BIBL. NAZ.
Vitt Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
30
NAPOLI

Digitized by Google

Ex Bibliotheca D[illegible]
c-15.

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

605614 ... Vll. C 301

SAMVELIS PETITI
MISCELLANEORVM
LIBRI NOVEM.

IN QVIBVS VARIA VETERVM Scriptorum loca, quæ Philologiam, Hiſtoriam, Philoſophiam, Chronologiam ſpectant, emendantur, illuſtrantur, explicantur.



PARISIIS,
Apud CAROLVM MORELLVM, viâ Iacobæâ, ad inſigne Fontis.

M. DC. XXX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Biblioteca Nazionale Napoli
Digitized by Google

Digitized by Google

Illuſtrißimo generoſißimóq. Toparchæ

ANTONIO RVZÆO MARCHIONI D'ESFIAT ET LONGIEVMEAV, EQVITI

torquato, Conſiſtoriano Comiti, Andegauenſium Proregi, ſummo ærarij aurifodinarum & rei tormentariæ Præfecto,

SAMVEL PETITVS CVLTVM.

CVM tot ſuſtineas, et tanta negotia, ILLVSTRISSIME TOPARCHA, in publica commoda peccem, ſi longo ſermone morer tua tempora. Dicam paucis quod volo. Hanc nomini tuo cultus noſtri tabellam, ſi pateris ILLVSTRISSIME TOPARCHA, imus inſcriptum LVBENTES MERITOQVE. Cultum merentur eximiæ illæ tuæ virtutes, quas Rex Optimus

Maximus plenis honorum muneribus, ſic ſpero, ſic voueo, in æuum per titulos memoréſque faſtos æternabit: Nos eò lubentius eum exhibemus, quod ingratum non fore haud parua teneat ſpes: Spem facit tua comitas, qua nos Nemauſi ad te ſalutandum inuitaſti, excepiſti, et, fatebor enim, cepiſti: Noſtra quoque et libellorum noſtrorum intererat, eos in tuo nomine apparere: aduocandus enim erat illis nobiſque patronus: tu vnus occurriſti, cuius præſcriptum libellis noſtris nomen gratiam, quam à ſe non habent, ijs conciliet: pretioſiora namque videntur, quæ Dijs dicantur. Deum ſupplex veneror, vt tua fortunet conſilia, tuque, ILLVSTRISSIME TOPARCHA, *ex animi tui voto et ſententia, valeas, floreas, perennes. Scripſimus Lutetiæ Pariſiorum Kalendis Martiis anni Dionyſiani* CIↃ CIↃ XXX.

LECTORI
SAM. PETITVS S.

SVSPICIONES noſtras tibi damus, MI LECTOR, & coniecturas, opus proxima fœtura natum, inter tubarum clangores, & armorum ſtrepitus, dum curis æger animus ſolatium à libris petit. Pauca hæc è multis, quæ nobis inter legendum ſunt obſeruata, maximè in argumento longè nobiliſſimo de anni Iudaïci & Samaritani modo atque Periodis, veterum item Chriſtianorum Cyclis Paſchalibus, quorum editionem in aliud differre tempus conſultius nobis viſum eſt, qui laureolam in hoc muſtaceo non quærimus, ſed pro illo, quo nos æquum eſt eſſe, in Rempublicam literariam affectu, canonem noſtrum inferimus: vtinam in eius commodum! hæc enim votorum meorum ſumma eſt. Tu, MI LECTOR, eodem, quo à nobis, præcipuè cùm à viris magnis diſſentimus, ſcripta ſunt animo, lege, & Vale.

SVMMA PRIVILEGII.

CAVTVM eſt auctoritate Regis, ne quis in Regno Franciæ aliįſve locis Regis ditioni ſubiectis, SAMVELIS PETITI MISCELLANEORVM LIBROS NOVEM, *in quibus varia veterum Scriptorum loca, quæ Philologiam, Hiſtoriam, Philoſophiam, Chronologiam ſpectant, emendantur, illuſtrantur, explicantur:* abſque eiuſdem Samuëlis Petiti permiſſu, intra ſexennium imprimat, aut diuendat, publicationis exemplarium, & ter mille librarum multa, ſi quis ſecus fecerit, indicta; prout amplius in ipſo diplomate continetur. Lutetiæ Pariſiorum 4. Februarij 1630.

Sic ſignatum,

De mandato Regis.

LE LONG.

Samuel Petitus hoc ſuum ius, Regio diplomate quæſitum, Carolo Morello ceſſit Nonis Februarijs anni CIϽIϽCXXX.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM
LIBRI PRIMI.

CAP. I. VETERIS *Comœdiæ Ariſtophanis alia* πολιτικὰ, *alia* ἰδιωτικὰ *dramata: Actores eius* Calliſtratus *&* Philonides. *Anonimus* περὶ κωμῳδίας, *itémque Auctor Vitæ Comici emendati.* pag. 1.

II. *Primum Ariſtophanis drama* Δαιταλεῖς. *Quando, & quo euentu actum: Eius argumentum. Galenus emaculatus.* 3.

III. *Drama* Babylonij *quando actum. Eius hypotheſis. Samij literati. Euclides Prætores Athenis. Faſti Athenienſium, Diodorus Siculus, Suidas, Apoſtolius correcti.* 13.

IV. *Fabula* Acharnenſes *quando, & quo ſucceſſu acta. Faſti Græci, & Didaſcaliæ veteres corriguntur.* 18.

V. Equites *quando & quo euentu docuerit Comicus, quis egerit. Stephanus emendatus.* 21.

VI. Nubes *drama, quando, & quo ſucceſſu commiſſum. Æliani error. Iterum editum, ſed interpolatum, non meliore euentu. Tertiæ in eo recentando Ariſtophanis curæ. Volūt & alij quartò manum adhibitam. Quod extat ex primis, ſecundis, & tertijs curis conflatum.* 24.

VII. *Ariſtophanis fabula* Veſpæ *ſemel atque iterum*

acta eodem anno: vbi, quando, & quo ſucceſſu. 31.

VIII. *Fabula* Irene *quando acta. Duæ eo nomine. Ariſtophanes illuſtratus. Eius Scholiaſtes, itémque Philochorus emendati.* 33.

IX. Amphiaraus *Ariſtophanis drama quando productum ſit in ſcenam. Hypotheſis dramatis* Auium *emendata.* 39.

X. Aues *drama quando, & quo ſucceſſu actum. Triceſimum quintum eſt Ariſtophanis.* 40.

XI. Plutus *fabula quando, & quo ſucceſſu acta.* 42.

XII. Lyſiſtrata *Comici quando producta.* 45.

XIII. Theſmophoriazuſæ *fabula quando acta, & quo ſucceſſu. Ea recentata eſt. Ælianus emendatus.* 46.

XIV. *Fabula* Ranæ *quando, & quo euentu, edita. Ariſtophani lux. Scholiaſtes emendatus.* 50.

XV. Concionantes *fabula quando in ſcenam producta. Philochorus emaculatus.* 52.

XVI. Secundus Plutus *drama, quando actum.* Plutus *fabula quæ extat multa habet è priore & poſteriore* Pluto. *Philochorus correctus.* 54.

LIBRI SECVNDI.

CAP. I. *Punica* Pœnoli *exponuntur & illuſtrantur ex Actu V. Scena I. Deus* Ταδ *Megara* Carthagine. ἐλ. *Saturnus.* pag. 58.

II. *Punica Scenæ II. exponuntur & emendātur. Carthaginis nomina Chadreanech.* οἰνοδοσα. *Ciun Saturnus.* 74.

III. *Punica Scenæ III. exponuntur & illuſtrantur. Auguſtinus emendatus.* 84.

IV.

IV. *Plautus emendatus Pœnulo Act. V. Sc. III.* οἷαι ἐξ οἵων. Οἷον *populus Athenis. Threſſæ meretrices.* 88

V. *Plautus emendatus* Milite Glorioſo. *Domus* ἄχρεος *Athenis.* 91

VI. *Plautus ſemel atque iterum emendatus* Truculento. *Populus Atticæ Plotheus.* 92

VII. *Plautus* Trinummo *emendatus.* Tænarius *Neptunus.* 94

VIII. *Plautus extremo dramate* Perſa *correctus.* 95

IX. *Plautus* Epidico *emendatus. Aſſertus Orationis Lyſianæ titulus. Plotheenſes. Platæenſes inter Athenienſes ciues.* 96

X. *Plautus ibidem emendatus.* Foria. *Venditio* ἐπ' ἐξαγωγῇ. 99

XI. *Plautus* Curculione *correctus Act.* I. *Sc. I. Comiſſantium ornatus : canticáque.* 100

XII. *Plautus eodem dramate emaculatus Act. II. Sc. III. Joci Paraſitorum nutrix.* 103

XIII. *Plauto* Menæchmis *Act. II. Sc. III. lux & medicina facta.* Agathocles. Hiero. *Pauſaniæ codices emaculati.* 105

XIV. *Plautus Truculento tribus locis emaculatus.* 109

XV. *Aſſerta ſcriptura Plautinorum codicum* Amphitruone. *Act. II. Sc. II.* 111

XVI. *E Plauti* Rudente, Act. IV. Sc. VIII. *mendum ſublatum. Cenſere equo* manno. 112

XVII. *E* Bacchidibus *Plauti*, Act. III. Sc. III. *abſterſa macula. Gymnaſia ad orientem Solem aperiebantur.* 114

XVIII. *Plautus quam multis locis è Pſeudolo emendatus, aut illuſtratus.* 115

XIX. *Reſtituta vera epigraphe Plautini dramatis* Caſinæ. *Pueri Cynoſargi expoſiti.* 121
XX. *Plautini codices eodem dramate,* Act. III. Sc. I. reſtituti. *Vocales aues.* 123
XXI. *Locus ex* Amphitruonis *Plautinæ Prologo emendatus. Nanno meretrix. Deus ἀπὸ μηχανῆς.* 125

LIBRI III.

CAP. I. *Martialis ſemel atque iterum emendatus. Heronibus impoſita epiſtylia in Epheſiæ Dianæ templo. Naumachiæ. Aqua Martia.* pag. 128
II. *Martialis correctus.* Equeſtris *cenſus. Athenis liberi ex æquo paterna bona diuidebant.* 132
III. *Illuſtratus Martialis.* Thaïs *Menandri fabula. Meretricum mores.* 134
IV. *Cicero duobus locis emendatus. Prouerbium Aut Regem aut fatuum naſci oportere. Heroum* νεκυΐα. 136
V. *Manilio, Lucano, Senecæ lux prælata.* Salamis *Athenienſium nauis: quare* Vera *dicatur.* 138
VI. *M. Tullius illuſtratus, itemque Tertullianus.* Lucij, *homines improbi.* 142
VII. *B. Hieronymi Chronicon emendatum. Variana clades: de ea Caßij Seueri iocus in Auguſtum.* 144
VIII. *Diomedes correctus. Perſonæ Satyrici dramatis Autolycus,* Burri. 147
IX. *Vergilius illuſtratus atque emendatus. Dij fluunt, non gradiuntur. Gloſſæ Tullij Cimbri. Ciſſi ſuccus epotus paullò largius noxius.* 149
X. *Vopiſcus in Aureliano illuſtratus & emendatus. Can-*

rilenæ ad cuius modos ſaltabant. Theoclius. 155
XI. *Emaculata Lex I X. D.* de lege Rhodia. *Telus vna è Cycladibus inſulis.* 158
XII. *Horatius illuſtratus. Nauigatio Indica. Statius Papinius emaculatus & illuſtratus.* 160
XIII. *Explicatur Nolana Inſcriptio. Regio* Iouia *quæ ſit, itemque* Romana. 162
XIV. *Inueſtigatur annus natalis, itemque denatalis Æſchyli. Quando primum docuerit. Eius Vita, & Suidas emaculati.* 164
XV. *Senecæ locus illuſtratus, itemque vnus Suetonij.* 166
XVI. *Duo dramata Euripidis,* Andromeda, *&* Andromache, *quando acta. hoc emendatum.* 167
XVII. *Euripides ſemel atque iterum* Supplicibus *emendatus. Theſeus Pelopis pronepos. παῖς nepos.* 169
XVIII. *Quando docuit primum ſuorum dramatum Sophocles. item quando acta eſt* Antigone: *ea emaculata, itemque Plutarchus. Sophocles quando fuerit Strategus.* 172
XIX. *Euripides* Hippolyto: *itemque Seneca eiuſdem tituli dramate emendati.* 176
XX. *Emendata Euripidis fabula* Hercules Furens. *itemque* Medea. 180
XXI. *Veteres aliquot Inſcriptiones exponuntur. Indictiones Fabrorum. item Collegia.* 181
XXII. *Tragœdia Rheſus cuius ſit, dubitanter proponitur: cui anni tempeſtati aſſignet Rheſi cædem: quando acta. Argumentum ex Homero deſumtum. Oeconomia domo allata, in qua non ſemel peccat. Emendatur aliquoties.* 185

Digitized by Google

XXIII. *De* Suburbicariis *&* Annonariis *Regioni-bus.* 197

LIBRI IV.

Cap.I. *De Grammaticorum, Rhetorum, & Philoſophorum docentium numero, διακρίσεως, & ſalario.* Bagous *Eunuchus. D. Pij Conſtitutio, Philoſtratus, B. Gregorius Nazianzenus emendati. Eumenius illuſtratus.* pag. I.

II. *Ordo Librorum Platonis ab ipſo in* Tetralogias *diſtributus, primæ* Tetralogiæ *argumentum. Primus à Platone ſcriptus Dialogus* Phædrus. Lyſis *ſcriptus, Socrate in viuis.* 16

III. *Singuli artifices Dijs ſuarum artium præſtitibus imagines conſecrarunt. Maximus Tyrius emendatus.* 20

IV. *Cebetis* Tabula *à Lyſide Thebis poſita.* Cretici. *De ingenuis diſciplinis Cebetis iudicium. Emendatur eius codex; itemq; ille Chalcidij.* 22

V. *Plutarchus emendatus, itemq; Callimachus apud eundem.* Pragora *locus vineis conſitus. Euemeri opus de Dijs.* 26

VI. *Tertullianus emendatur. Epicureorum voluptas ſeuera, eorumdem ἀπραξία, & ampla negotia.* 28

VII. *Ariſtoteles Libro II.* Phyſic. *emendatus & illuſtratus.* 30

VIII. *Titulus Librorum Ariſtotelis φυσικῶν κατὰ στοιχεῖον apud Diogenem Laërtium illuſtratus: eorum fragmenta quædam ſuperſunt.* 33

IX. *De* Metaphyſicorum *Librorum Ariſtotelis ordine: Ariſtoteles & Laërtius non ſemel illuſtrati. Cicero emendatus.* 34
X. *Quando ſcripta, & cui inſcripta Ariſtotelis Ethica Nicomacheia. Diogenes illuſtratus.* 53
XI. *Unicum ſcripſit Ariſtoteles de* Oeconomia *Librum: Illius hodie ſuperſunt tantùm fragmenta & eclogæ quæ illuſtrantur, emendanturque, ut & Tertullianus.* 63
XII. P*oſterioris* Oeconomicῶn, *ut vocant, Libri pars prior non eſt Ariſtotelis: poſteriori lux prælata, menda quammulta ſublata: quando ſcripta ſit Lex* P*erſarum.* תשורה *alia multa.* 69

LIBRI V.

CAP. I. *Eratoſthenes emendatur. Aquæ calidæ. Verſus ſedi ſuæ reſtitutus apud Athenæum.* pag. 79
II. *Laſyrtæ plani hiſtoria, qui cùm non biberet, meiebat non minus, quàm ceteri mortales. Athenæus emaculatus.* 80
III. *Antiphanes & Eriphus* Comici *illuſtrati.* Bœoti *voraces. Mercatorum mos merces obtrudentium.* 82
IV. *Damoxenus* Comicus *emendatus.* Canon *Epicuri: eiuſdem* Criteria. *Coquinaria cum Muſica comparatur.* 83
V. *Antiphanis verſus leuiter corrupti caſtigantur: eius ætas. Thearion piſtor.* 90
VI. *Alexidi* Comico *lux prælata. Profeßio liberorum. Satyri è Theſſalia. Equites iuuenes.* 92

VII. *Lauri folia olim inter bellaria. Athenæus emaculatus.* 95

VIII. *Alexis emendatus dramate* Tarentinis. *Pythagorici ad* Rempub. *accedebant. Sal non videntur comediſſe, quod ab Ægyptiis Sacerdotibus acceptum; incitat enim ad venerem.* 96

IX. *Reſtitutus dramatis Sopatri titulus, atque emendatum ex eodem fragmentum.* Cotytia *ſacra.* Edoni *populi. Lotus. Æſchylus emaculatus.* 98

X. *Pauli Æmilij ludi in Macedonia. Parmeno emendatus.* 102

LIBRI VI.

CAP. I. *Carmina veterum amaſios domum ducentia. Comus. Anaxandrides emendatus.* 104

II. *Lex de* Paraſitis *Attica emendata.* 106

III. *De* Paraſitis *elegans Epicharmi* ῥῆσις *emaculata.* Ex Hegeſandro *mendum ſublatum.* 107

IV. *Coquorum arrogantia.* 110

V. *Thynni Samij longè optimi. non item Chij. Cibus Deorum. Archeſtratus emaculatus.* 111

VI. Epicharmus *emendatus.* πάλις. σῶμα. Dorum. 112

VII. *Epicharmi fabula* Ἥβας γάμος. *ea emendata.* γάδλος. *Phœnicum.* 113

VIII. *Lampon* ἐν ὀψοφάγοις. *eius auctoritas apud Athenienſes magna. Cratinus emendatus.* 114

IX. Orneatarum *donarium in æde* Delphica *Apollinis Pythij. Epicharmus emaculatus.* 116

X. *Epicharmi* Ὀδυσσεὺς αὐτόμολος. *eius argumentum, emen-*

Digitized by Google

datur. Getæ ſerui. Vlyſſes. Troïæ λάτεις. Sues ſubiguntur æſtate in vmbroſum locum. 118
XI. Sues facile dignoſcunt ſuarij vocem. Alcæus emendatus. 121
XII. Cibi grati Θεοὶ dicti. Lachares tyrannus. Demetrius Comicus emaculatus. 122
XIII. Neſtoris poculum phiala Martis. Antiphanis Cæneus drama. emendatur. eius argumentum. Lapitharum pugna. 126
XIV. Griphus Eubuli de camo illuſtratus & emendatus. 129
XV. Calliæ Tragici fabula Grammatica illuſtratur atque emendatur. EI Dei. Athenæus emaculatus. Medea, quæ extat, Euripidis Mneſarchi non eſt: neque Neophronis: ſed alterius Euripidis, è Sophocle ſublatum mendum. 130

LIBRI VII.

Cap. I. Varia poculorum genera, ὄνυξ, δῖνος, μαθὶς. Vinum vetus ſpumans, colatum. Ex Alcæo atque Antiphane ſublatæ maculæ. pag. 145
II. Literata pocula. cælatura ex Homero. Eubulus emaculatus. 147
III. Thraciæ gens Καινοί. περίπολοι. ἔφηβοι. Stephanus Comicus emendatus. 149
IV. Thericlea pocula. Prouerbium ἀπὸ θήρ τ' ἀλέαν ἀπείρ. φιλοτησία. Theopompus emendatus. 153
V. Theorus Poëta. Scolia. eorum argumentum. ex Ephippo Comico ſublatum mendum. 157

VI. *Cupedinariis honores habiti à Perſarum Rege.* Διὸς καὶ Βασιλέως ἐγκέφαλος *cibus. Clearchus emendatus.* 161

VII. *Artemo pathicus. Petauriſta. Anacreon emaculatus.* 163

VIII. *Vrania Venus Corinthi. eius hierodulæ meretrices* κατάκλειστοι. *Pindarus emendatus.* 169

IX. *Artificium celandæ ventris amplitudini. Ventrale. Virgæ ſalignæ. Tabulæ tiliaceæ. Alexis Comicus correctus.* 173

X. *Harpalus Pythionicæ Templum conſecrauit:* χῶμα, ἄορες. *Satyricum drama* Agen *emendatum.* 175

XI. *Cygnus. Comus. Tibiæ. Hyporchema Pratinæ emaculatum.* 177

XII. Συναυλία. *Canticum* ἴουλος, τερετισμός. *Antiphanes emendatus.* 182

XIII. *Cottabiſſare. Manes. Æſchyli drama* ὀστολόγοι. *Eius argumentum. Emendatur.* 185

XIV. *Hilarotragœdiæ argumentum & cataſtrophe. Alexander Ætolus emendatur.* 188

LIBRI VIII.

CAP. I. *De anno Attico æquabili.* 191

CAP. II. 192

CAP. III 196

CAP. IV. 202

CAP. V. 209

SAMVELIS

Digitized by Google

SAMVELIS PETITI MISCELLANEORVM

LIBER I.

DIDASCALIÆ DRAMATVM ARISTOPHANIS.

Veteris Comœdiæ Ariſtophanis alia πολιτικὰ, *alia* ἰδιωτικὰ *dramata : Actores eius Calliſtratus & Philonides. Anonymus* περὶ κωμῳδίας, *itémque auctor vitæ Comici emendati.*

Capvt I.

Aristophanis inter Comœdiæ veteris Poëtas nomen illuſtre eſt, gloria magna, ſummáque quondam apud Athenienſes gratia, ídque merito ſuo; nam *Si quis erat dignus deſcribi, quod malus, aut fur,*
Quod mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus, multâ cum libertate notabat.
vt nimirum ſpectatores ex alijs ſumerent exemplum ſibi; etenim

auidos vicinum funus vt ægros
Exanimat, mortiſque metu ſibi parcere cogit:
Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe
Exterrent vitijs.

Ad docendas autem ſuas fabulas (vix enim vnquam ipſe Ariſtophanes in ſcenam prodijt, præterquam cùm Ἱππεῖς doceret, quia nullus hiſtrio Cleonis perſonam, qui in illo dramate inducebatur, exagitabatúrque, ſuſtinere audebat.) actores habuit Calliſtratum & Philonidem; ita tamen vt Calliſtratus illas ageret fabulas, in quibus nullus ciuis Athenienſis, qui tunc eſſet reuera inducebatur, aut τὰ ἰδιωτικὰ eius toto dramate repræſentabantur, ſed per ficta nomina & πρόσωπα, ciuitatis publici mores & vita quotidiana exprimebantur. Philonides verò ea agebat dramata, in quibus ciues, qui tunc erant, Athenienſes αὐτοπροσώπως inducebantur, eorúmque ἰδιωτικὰ illis dramatibus repræſentabantur. Anonymus περὶ κωμῳδίας, vbi de Ariſtophane ſcribit: ἐδίδαξε δὲ πρῶτος ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοτίμου διὰ Καλλιστράτου. τὰς μὲν γὰρ πολιτικὰς κωμῳδίας, τοῦτόν φασιν αὐτὸν διδόναι· τὰ δὲ κατ' ΕΥριπίδου καὶ Σωκράτους, Φιλονίδῃ. Priora verba in ſequentibus, Deo dante, expendemus & emendabimus. Cætera verò quæ ſequuntur, nemo non videt ita eſſe legenda: τὰς μὲν γὰρ πολιτικὰς κωμῳδίας τούτῳ φασὶν αὐτὸν διδόναι. Ad hoc exemplum legendum eſt apud Anonymum in Ariſtophanis vita: ὑποκριταὶ Ἀριστοφάνους Καλλίστρατος καὶ Φιλωνίδης, δι' ὧν ἐδίδασκε τὰ δράματα ἑαυτοῦ, διὰ μὲν Φιλωνίδου τὰ ἰδιωτι-

κῷ, διὰ δὲ Καλλιστράτου τὰ δημοτικά. Dramata eius quinquagintaquatuor fuiſſe traduntur: ſunt etiam qui ex illo albo quatuor eradant. Atque vtinam ſupereſſent illa, & fati inuidiam effugiſſent, maximam facem ineundæ antiquorum temporum rationi allucerent; vel ſaltem nobis de eorum omnium tempore, quo edita ſunt, conſtaret, quæ extant proculdubiò multo rectius intelligerentur: Sed res eſt inanis voti. Quare nos, exemplo Ariſtotelis, Dicæarchi, aliorum, qui διδασκαλίας ſcripſerunt, in quibus explicabatur, vbi, quando, quomodo, & quo euentu actæ fuiſſent ſingulæ Comicorum fabulæ, confecimus dramatum Ariſtophanis διδασκαλίας, ſed eorum dramatum, in quibus coniectura valuimus aſſequi fugacis temporis rationem: En tibi igitur illa κατὰ τὴν τάξιν αὐτῶν, ὡς ἐδιδάχθη.

Primum Ariſtophanis drama Δαιταλεῖς. Quando, & quo euentu actum: Eius argumentum. Galenus emaculatus.

CAPVT II.

ΔΑΙΤΑΛΕΙΣ.

HÆc omnium prima eſt fabularum, quas docuit Ariſtophanes, cuius ipſe meminit in diuina illa τῶν νεφελῶν Parabaſi:

Κἀγὼ παρθένος γὰρ ἔτ' ἦν, κοὐκ ἐξῆν πώ μοι τεκεῖν.

Ἐξέθηκα· παῖς δ' ἑτέρα τις λαβοῦσ' ἀνείλετο,
Ὑμεῖς δ' ἐξεθρέψατε γενναίως, κἀπαιδεύσατε.

Quibus verbis docet Poëta hoc drama à ſe fuiſſe expoſitum, quia ſcilicet Lege annali cautum erat: Ne quis, vt alibi diximus, annorum quadraginta, aut, vt alij tradunt, triginta minor in ſcenam prodiret. Scholia ad hunc locum: οὔπω ἐπετρέπετον ἐρωτᾷ τὸ λέγειν δημοσίᾳ, διὰ τὸ νέον τῆς ἡλικίας. οὐ γὰρ πρῶτον δι' ἑαυτοῦ καθῆκε τὰ δράματα ὁ ποιητὴς εὐλαβούμενος. ἀπὸ δὲ τῶν Ἱππέων ἤρξατο εἰσιέναι. νόμος γὰρ ἦν, μὴ εἰσελθεῖν ἵνα εἰπεῖν, μήπω τεσσαράκοντα ἔτη γεγονότα· ὡς δέ τινες τριάκοντα. οὐ γὰρ δι' ἑαυτοῦ ἐδίδαξε τοὺς Δαιταλεῖς, πρῶτον αὐτοῦ δρᾶμα. Quod, vt nobis quidem videtur, actum eſt Olympiade octageſima octaua, Diotimo Athenis Prætore; actore Calliſtrato: Nam ſcribit Anonymus in Deſcriptione Olympiadum ad primum Olympiadis octageſimæ octauæ annum, qui Archōtem habuit Diotimum, tunc egiſſe Calliſtratum primum Ariſtophanis drama, quod ex Græco eius Interprete ſcimus fuiſſe Δαιταλεῖς. Verba eius ſunt: Ἀριστοφάνης πρῶτον ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου. atque ita reſcribendum eſt apud Anonymum περὶ κωμῳδίας. ἐδίδαξε δὲ πρῶτον ἐπὶ ἄρχοντος Διοτίμου διὰ Καλλιστράτου. Atque hactenus de anno, ſequitur vt de anni tempeſtate, qua actum eſt hoc drama, diſputemus. Suſpicamur igitur doctum fuiſſe vertente anno primo Olympiadis octageſimæ octauæ, Diotimo Prætore, Dionyſijs τοῖς κατ' ἄστυ. Suſpicionis noſtræ cauſſa hæc eſt: Incipiebat à Dionyſijs τοῖς κατ' ἄστυ nouus annus, ab iiſque tempora diſtinguebant

Digitized by Google

Athenienſes. Suidas : ἔθος ἦν Ἀττικοῖς λέγειν τὰ ἔτη καὶ τὸν ὑπερπίπτοντα ἀριθμὸν ἀπὸ τῶν Διονυσίων. Dionyſia intelligit verna ἐν ἄστει, quemadmodum alij ſcriptores, vbi de rebus Atticis ſcribunt, cùm Dionyſia ſolum dicunt. Atque ex his liquet, quinam illi ſint καινοὶ Τραγῳδοὶ, quorum mentio in Attica hiſtoria, vt in plebiſcito, quod ſcripſit Cteſipho de coronando Demoſthene, quod interpretatur Æſchines Τραγῳδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν. Habes quoque apud Ælianum Variæ Lib. II. cap. XIII. ὁ δὲ Σωκράτης σπάνιον μὲν ἐπεφοίτα τοῖς θεάτροις, εἴ ποτε δὲ Εὐριπίδης ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς ἠγωνίζετο καινοῖς Τραγῳδοῖς, τότε γε ἀφικνεῖτο. καὶ πειραιοῖ δὲ ἀγωνιζομένου τοῦ Εὐριπίδου καὶ ἐκεῖ κατῄει. Neque hic audiendus Græcus Demoſthenis Interpres, cuius hæc nota, ἐν τοῖς Διονυσίοις εἰσήγοντο ἄνθρωποι καινὰς τραγῳδίας λέγοντες. Quid audio ? An non etiam Dionyſijs Antheſterijs, & Lenæis, itémque Panathenæis, nouæ in ſcenam producebantur fabulæ ? an ſolùm recentatæ? Nugæ. καινοὶ Τραγῳδοὶ attribuuntur quidem Dionyſijs τοῖς κατ' ἄστυ. Nam Dionyſia illa dicuntur τὰ μεγάλα in plebiſcito quod ſcripſit Cteſipho; id eſt, vt etiam ipſe Æſchines interpretatur τὰ ἐν ἄστει, quibus frequentes intererant peregrini, ſiue ad importandum tributum, ſiue ad obeunda vadimonia menſe Munychione, qui proximè Elaphebolionem excipiebat: etenim τῷ Μουνυχιῶνι μηνὶ τοῦ ἔαρος δικάζονται αἱ πρὸς τοὺς ξένους δίκαι· Atque hæc ratio eſt, quia incipiebat nonus, vt diximus, annus à Dionyſijs τοῖς κατ' ἄστυ, ideò καινοὶ Τραγῳδοὶ appellantur, qui ἀγω-

νίζονται ἐν ἄστει & fabulas docent, nouo ſcilicet anno & incipiente. Quare etiamſi deſitum ſit annos numerare ab iſtis interuallis, remanſit tamen Tragœdis, qui Dionyſijs vernis ἐν ἄστει dramata ſua committebant, τῶν Καινῶν appellatio, vt conſtat è Cteſiphontis pſephiſmate, & Æliano, in cùius verbis corruptum eſt iſtud Πειραιοῖ, quod vertunt viri eruditi, *in Piræo*: Non enim in Piræo docebantur Tragicorum fabulæ. Quare apud Ælianum reſcribimus: καὶ γὰρ ἀεὶ ἀγωνιζομένου τοῦ Εὐριπίδου καὶ ἐν ἄστει κα-τῇ. Rarò veniebat in theatrum Socrates, nimirum quando Dionyſijs τοῖς κατ' ἄστυ, id eſt, nouo anno Tragœdi, in iiſque Euripides, producebant in ſcenam ſua dramata: quanquam, inquit per ἐπανόρθωσιν Ælianus, non illis tantùm Dionyſijs τοῖς κατ' ἄστυ, verumetiam quandocunque fabulas ſuas docebat Euripides, ſpectabat Socrates: Ex hac tempora numerandi ratione lucem quoque mutuabitur Ariſtophanis iocus θεσμοφοριαζούσαις.

Μνη. Πόσ' ἔτη δ' γέγονεν; τρεῖς χοᾶς ἢ τέτταρας;

Γυ. Σχεδὸν τοσοῦτον, καὶ ὅσον ἐκ Διονυσίων.

Inducit Ariſtophanis hoc dramate feminas ſacra Cereris celebrantes *Theſmophoria*, quæ in menſem Pyanepſionem incidunt: Quærit Mneſilochus ab vna earum, quot annorum ſit puella, ſiue potiùs ἀσκὸς οἴνου πλέως, ἐφύεσθ' ἡ κόρη, an trium vel quatuor congiorum ſit capax. Reſpondit ſubleſta anus ad hæc coniunctim, non diuisè, σχεδὸν τοσοῦτον, fere trium & quatuor, ſcilicet quantum temporis eſt à Dionyſijs τοῖς κατ' ἄστυ, à quibus tempora numera-

Digitized by Google

re incipiebant, ad *Theſmophoria*, quæ agitari videbantur; Erat autem quaſi ſeptem menſium interuallum. Cùm igitur nouus Tragœdijs & Comœdijs docendis annus incipiat à Dionyſijs τοῖς κατ' ἄστυ, nulli dubitamus Ariſtophanem primum ſuum drama, nonniſi nouo anno, ſiue Dionyſijs τοῖς κατ' ἄστυ, in ſcenam produxiſſe: Ter autem quotannis fabulas docebant Comici, Dionyſijs τοῖς κατ' ἄστυ, Panathenæis, & Lenæis Liberalibus: anno demum tertio (quanquam nec iſtud diu obtinuit) Olympiadis nonageſimæ tertiæ, Archonte Callia, qui in Prætura excepit Antigenem, inſtitutum eſt, vt Antheſteria Dionyſia celebrarentur agone Comicorum. Quemadmodum Tragici quotannis, nempe Dionyſijs τοῖς κατ' ἄστυ, Lenæis, & Antheſterijs, itémque Panathenæis, quatuor committebant dramata, quæ Τετραλογίας appellabant: à quo more tamen diſceſſit Sophocles, qui nonniſi vnum quotannis commiſit drama. Suidas: καὶ αὐτὸς Sophocles ἦρξε τοῦ δρᾶμα πρὸς δρᾶμα ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ τετραλογίαν. Vnde pendet interpretatio verborum Ariſtophanis Grammatici apud Anonymum in Hypotheſi Antigones Sophocleæ: Φασὶ δὲ τὸν Σοφοκλέα ἠξιῶσθαι τῆς ἐν Σάμῳ στρατηγίας, εὐδοκιμήσαντα ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς Ἀντιγόνης. λέλεκται δὲ τὸ δρᾶμα τοῦτο τριακοστὸν δεύτερον. Nam primùm docuit Sophocles, vt probari poteſt è Plutarcho in Cimone, anno tertio Olympiadis ſeptuageſimæ ſeptimæ, Demotione Archonte: Antigone verò à Sophocle in ſcenam producta eſt anno tertio Olympiadis octageſimæ

quartæ: Ergo, ſi vnum tantum commiſit drama quotannis Sophocles, primo, quo docuit, anno excepto, quo τετραλογίαν docuiſſe nullus dubito, quo labore perterritus cæteris annis ſequentibus nonniſi vnum drama commiſit, conſtabit certè *Antigonem*, quam docuit, vt diximus, anno tertio Olympiadis octageſimæ quartæ, eſſe ordine triceſimum ſecundum eorum dramatum, quæ edidit. Sed è diuerticulo in viam. Actum igitur eſt hoc drama anno primo Olympiadis octageſimæ octauæ Liberalibus τοῖς κατ' ἄστυ. Idque ſatis proſperè: Nam etiamſi victoriam non reportauerit, fuit tamen in ſecundis. Scholia ad Nubes: τὸ πρῶτον δρᾶμα γράψας ὁ ποιητὴς ἐξέθηκε τοὺς Δαιταλεῖς, ἐν ᾧ σώφρον μειράκιον εἰσάγει καὶ ἕτερον ἄχρηστον. εὐδοκίμησε δὲ σφόδρα ἐν τούτῳ τῷ δράματι. ἀλλὰ τότε οὐκ ἐνίκησεν· ἐπεὶ δεύτερος ἐκρίθη ἐν τῷ δράματι, διόπερ ἔστι μὲν αὐτὸ πρῶτον τῶν δραμάτων. Ibi etiam habes hypotheſim fabulæ: Cui, vt ante nos obſeruauit Incomparabilis Caſaubonus ὁ μακαρίτης ad Athenæum Lib. III. cap. XXXII. nomen eſt ab Atticæ populo, qui appellabatur Δαιταλεῖς. Galenus id nos docet in Præfatione Lexici Hippocratei de γλῶττα voce diſputans, cuius verba, quanquam multa ſint, adſcribam, quia plurimum faciunt ad cognoſcendum dramatis argumentum: νομίζω δή σοι τὰ παρ' Ἀριστοφάνους ἀρκέσειν· τὰ ἐκ τῶν Δαιταλέων ὧδέ πως ἔχοντα. πρὸς ταῦτά σοι λέξω Ὁμήρου, γλώττῃ τινὶ καλοῦσι κόρυμβα. προβάλλει μὲν γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ δράματι ὁ ἐκ τοῦ δήμου τῶν Δαιταλέων πρεσβύτης τῷ ἀκολάστῳ υἱεῖ. πρῶτον μὲν

μὲν τὰ κόρυμβα τί ποτ' ἐστιν, ἐξηγήσασθαι. μετὰ δὲ τοῦτο τί καλοῦσιν ἀμενηνὰ κάρηνα. κἀκεῖνος μέν τοι ἀντιπροβάλλει τῶν ἐν τοῖς Σόλωνος Ἄξωσι γλωττῶν τὰς εἰς δίκας διαφερούσας ὧδέ πως. ὁ μὲν οὖν σὸς, ἐμὸς δ' οὗτος ἀδελφὸς, φρασάτω τί καλοῦσιν ἰδυιοί τε. ἐφεξῆς προβάλλει τί ποτ' ἐστι τὸ εὖ ποιεῖν, & paulo poſt: δηλοῖ δὲ καὶ αὐτὸς οὗτος Ἀριστοφάνης ἐν ταυτῷ δράματι διὰ τῶνδε. ἄλις, ὀρέλη, καὶ μύρον, καὶ ταινίαι. εἶτα ὁ πρεσβύτης ἐπισκώπτων· ἰδοὺ ὀρέλη τοῦτο παρὰ Λυσιστράτου. πάλιν δὲ αὐτοῦ τοῦ ἀκολάστου υἱέως εἰπόντος, ἦ μὴν ἴσως σὺ καταπληγήσῃ τῷ χρόνῳ. καὶ τοῦθ' υἱοῦ ὁ πρεσβύτης ἐπισκώπτων ἐρεῖ, τὸ καταπληγήσῃ τοῦτο παρὰ τῶν ῥητόρων. εἶτα αὖθις ἐκείνου φάντος, ἀποβήσεταί σοι ταῦτα ποῖ τὰ ῥήματα· πάλιν ὁ πρεσβύτης καὶ τοῦτο σκώπτει, παρ' Ἀλκιβιάδου τοῦτο ἀποβήσεται. καὶ μέν γε καὶ ὁ υἱὸς οὐδέπω παυόμενος οὐδὲ αἰδούμενος τὸν γέροντα φησὶ, τί ὑποτεκμαίρῃ καὶ κακοὺς ἄνδρας καλοκἀγαθεῖς ἀσκοῦντας. εἶτα ὁ πρεσβύτης· οἴμοι ὦ Θρασύμαχε τίς τούτων τῶν ξυνηγόρων τερύεται. Verum, age, expendamus iſta, quæ laudat Galenus: Neſcio quis ſenex *Dataleenſium* popularis filij ſui Thraſymachi perditiſſimis moribus adoleſcentis experimentum facit, an magnos in literis progreſſus fecerit, itaque ab illo petit interpretationem aliquot vocum, vt quid ſignificent τὰ κόρυμβα, item quid ἀμενηνὰ κάρηνα. Patri viciſſim reponit perditiſſimus filius, ſed non ſine ſale Comico: Notum eſt omnibus, vel ex vnius Ariſtophanis lectione, quam φιλόδικοι καὶ φιλοδικασταὶ fuerint Athenienſes, ita vt omnes pœne quotquot erant, eſſent ſubbaſilicani & ordinarij homines: atque id toto Veſparum dramate carpit Comicus, vt & his Thraſymachi verbis, qui iam viciſſim

parentem φιλόδικον καὶ φιλοδικαστήν, pro Athenienſium more atque inſtituto, de interpretatione cuiuſdam vocis forenſis interrogat, quæ legebatur in Solonis Axonibus, & quotidie vſurpabatur ab iſtis τῆς ἀγορᾶς τρίμμασι & quadruplatoribus, vbi cauſas ſuas agebant in foro: ὁ μὲν οὖν σός, ἐμὸς δὲ οὗτος ἀδελφός, φρασάτω τί καλοῦσιν ἰδδοσί τε. Effare, inquit, (quaſi iſta optimè noſſet, & φιλόδικος eſſet pater) quid ſibi volunt, cùm in cauſis agendis ita dicunt, ὁ μὲν οὖν σός, ἐμὸς δὲ οὗτος ἀδελφός. Latet hic in mendo aliqua vox forenſis Soloni vſurpata in Axonibus ſuis, quam γλῶτταν appellat. Nam non comparet in iſtis, quæ nihil habent difficultatis, & facilè quiuis per ſe intelligit. Eam γλῶτταν fugitiuam in mediam retrahemus lucem, eſtque, vt nobis quidem videtur, iſta, οἰώϊος, quæ auctore Gloſſographo Heſychio, idem eſt atque ὄϊνις, hoc eſt, orbum ſignificat: Repono igitur; ὁ μὲν οἰώϊος, ἐμὸς δὲ οὗτος ἀδελφός. Repræſentat iſtis verbis Thraſymachus orationem illius, qui apud iudices diſceptaret de hereditate fratris, qui orbus ſine liberis deceſſerat, quaſi ſibi delata, ideóque adeunda iure ἀγχιστείας. ὁ μὲν οἰώϊος, inquit, orbus quidem ille erat, & ſine liberis deceſſit, eáque ratione poterat teſtamento bona ſua dare, legare, heredémque ſcribere quemcumque libuiſſet ex Solonis lege, qui amicitiæ gratiæque neceſſitudinem neceſſitudini generis prætulit, vt alibi diximus: addit, ἐμὸς δὲ οὗτος ἀδελφός, ſed, inquit, meus iſte frater eſt, ita vt non videatur me ſibi tam arcta, fraterna ſcilicet, cognatione coniunctum exheredaſſe. Quibus verbis volebat infringere & irritam facere aucto-

ritatem tabularum teſtamenti, ſi quas ſcripſerat frater. Atque hanc noſtram emendationem & interpretationem confirmant ea, quæ reſpondet Thraſymacho pater, τί ποτέ ἐστι τὸ ἀῦ ποιεῖν; Quanquam enim non videatur pater interrogationi filij ſui reſpondere: ſed potius nouum ipſe πρόβλημα & quæſitum obijcere, tamen iſtud πρόβλημα patris, τί ποτέ ἐστι τὸ ἀῦ ποιεῖν; quæſitis filij ex parte ſatisfacit: ex aduerſarij namque perſona videntur iſta, qui reſpondeat, quare frater à fratre teſtamenti tabulis heres non ſit ſcriptus, quia benefactis ſcilicet gratiam illius non demeruerat; ſimulque nebulonem illum filium ſuum Thraſymachum perſtringit his verbis pater, qui quid ſit alios benefactis demereri ignoret, nedum demereatur. Corrupta quoque ſunt iſta apud eundem Galenum: ἀῆς, ὀρέλη, καὶ μῦρον, καὶ ταινίαι. Lego, ἄλλη θρήνη, καὶ μῦρον, καὶ ταινίαι. Legendum eſſe, θρέλλη, arguit quod reponit pater, ἤδου θρήνη· τοῦτο παρὰ Λεωστράτου. Vocem explicat Heſychius: θρέλλη, σκῶμμά τι ἐπιχωριάζον εἰς τοὺς γέροντας ἀπὸ τοῦ θεροῦ. Eratque vox iſta è Thracia petita, vt conſtat ex his Heſychij verbis: Τορέλλη, (idem eſt quod θρέλλη, vt & τορὸς quod θρός.) ἐπιφώνημα θρηνητικὸν σὺν αὐλῷ, Θρᾳκικόν. Quod verò repoſuimus, ἄλλη θρέλλη, Diogenianus Prouerbiorum Centuria II. Prouerbio LVIII. & Apoſtolius auctores nobis fuerunt, qui docent integrè efferri & iaci ita in ſenes iſtud conuicium: ἄλλη τορέλλη, σκῶμμα γερόντων. ἐκ τοῦ τορὸς γῆς. Conuicium autem his vocibus facit patri ſuo perditus adoleſcens. Qui enim ſimulat quærere à patre, quid ſit hoc verſu, (apud Lyſiſtra-

tum puto, ex patris reſponſo.) ἄλλη ζρέλλη, his vocibus ipſum compellat, vt conuicium faciat. Dicebantur iſta proculdubio apud Lyſiſtratum depontano ſeni: ἄλλη ζρέλλη, καὶ μῦρον, καὶ ταινίας. Laudant hanc fabulam Pollux, Ariſtophanis Scholiaſtes, Harpocration, Suidas, Athenæus, alij. In ea autem inter cætera etiam perſtringuntur οἱ παιδαγωγοὶ eorúmque diſciplina, quod ſcilicet iuuenes ab ijs docti ſint ad omnem intemperiem & luxum. Athenæus Lib. XII.

Ἀλλ' οὐ γὰρ ἐμάθετε ταῦτα ἐμοῦ πέμποντος,
Ἀλλὰ μᾶλλον πίνειν, ἔπειτ' ᾄδειν κακῶς,
Συρακοσίων τράπεζαν, Συβαρίτιδάς τε εὐωχίας,
Καὶ Χῖον ἐκ Λακαινᾶν κυλίκων μέθυ ἡδέως καὶ φίλως.

Ita enim legendus eſt hic locus è Lib. XI. Athenæi, qui duos poſtremos verſus laudat. Huic autem perditæ diſciplinæ videtur è contrario comparare illam Chironis Centauri, qui Achillem eduxit è paruulo: obiter tamen perſtringit & vellicat Heſiodi τὰς ὑποθήκας Χείρωνος, quibus Chironis monita & diſciplina continebantur. Phrynichus in Eclogis Atticarum dictionum: ἐστι μὲν ἡ πήσασθαι ἅπαξ παρ' Ἀριστοφάνη ἐν Δαιταλεῦσι παίζοντι τὰς Ἡσιόδου ὑποθήκας. Hæc Heſiodi carmina exagitabat non alia de cauſſa, quàm quia ex iis Chironis diſciplinam opponit diſciplinæ pædagogorum æui ſui: Hæc verò quæ leguntur apud Suidam in voce ἀναλίσκειν ſunt meo iudicio τοῦ σοφοῦ ἐργίου μειρακίου.

Εἰς τὰς πεπόρνας δή μ' ἀναλοῦ ταῦτα,
Καὶ τὰ τείχη.

Digitized by Google

Dicit enim obeunda ſibi eſſe publica munia, ac pecuniam ſuam non ſolutæ vitæ, ſed his λῃτουργίαις eſſe impendendam.

Drama Babylonij quando actum : eius hypotheſis. Samij liberati : Euclides Prætores Athenis. Faſti Athenienſium. Diodorus Siculus, Suidas, Apoſtolius correcti.

CAPVT III.

ΒΑΒΥΛΩΝΙΟΙ.

COMMISSA EST hæc fabula anno ſecundo Olympiadis octageſimæ octauæ, egit Calliſtratus, Prætore Athenis Euclide, vt ipſe indicat Ariſtophanes Acharnenſibus.

Αὐτός τ' ἐμαυτὸν ὑπὸ Κλέωνος ἅ 'παθον,
Ἐπίσταμαι διὰ τὴν πέρυσι κωμῳδίαν.

Comœdia, quam anno ante Acharnenſes exhibitam dicit, eſt hæc, cui titulus *Babylonij*. Scholia ad hunc locum : διὰ τὴν πέρυσι κωμῳδίαν, τοὺς Βαβυλωνίους. τούτους γὰρ πρὸ τῶν Ἀχαρνέων Ἀριστοφάνης ἐδίδαξεν. Docuit autem Acharnenſes, vt infrà Deo dante dicemus, anno tertio Olympiadis octageſimæ octauæ, qui Prætorem habuit Athenis, vt Faſti teſtantur, Euclidem. Suidas & Apoſtolius Prouerbio Σαμίων δῆμος ὡς πολυγράμματος. τοὺς δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης ἔτεσι πρὸ τοῦ ΕΥκλείδου καὶ κα' ἐπὶ Διοκλέους. Apoſtolius iſta ita habet, ἔτεσι πρὸ τοῦ

ΕΥκλείδου καὶ ἐπικλέους κ. Corruptus eſt hic locus, qui vt corrigatur, adſcribenda ſunt quæ præcedunt: ἢ ὅτι παρὰ Σαμίοις εὑρέθη πρώτοις τὰ κ̄δ γράμματα ὑπὸ Καλλιστράτου, ὡς Ἄνδρων ἐν τρίποδι. τοὺς δὲ Ἀθηναίους ἔπεισε χρῆσθαι τῶν Ἰώνων γράμμασιν Ἀρχῖνος ὁ Ἀθηναῖος ἐπὶ Ἄρχοντος ΕΥκλείδου. Notant Suidas & Apoſtolius Ariſtophanem non docuiſſe *Babylonios*, poſtquàm Athenienſibus perſuaſit Archinus Ionum literis vti, ſed longè antè. Verum tota iſta temporis notatio admodum confuſa ſiue potiùs mendoſa eſt. Quam vt emendemus, ſciendum eſt, Athenienſes poſt exactos Athenis triginta Tyrannos, vti cepiſſe vigintiquatuor literis: itaque coniungit ad annum quartum Olympiadis nonageſimæ quartæ Euſebius in Græcis Scaligeri: οἱ ἐν Ἀθήναις τύραννοι κατελύθησαν, Ἀθηναῖοι ἤρξαντο στοιχείοις κ̄δ χρῆσθαι, πρότερον ῑς χρώμενοι. Sed in Latinis B. Hieronymi anno primo Olympiadis nonageſimæ quintæ dicuntur *Tyranni Athenis oppreſſi.* anno verò ſequenti, qui ſecundus erat eiuſdem Olympiadis nonageſimæ quintæ, *Athenienſes viginti quatuor literis vti ceperunt, quum ante ſedecim tantum literas haberent*. Atque hoc ipſum ſcribunt Suidas & Apoſtolius, nimirum Athenienſes vti cepiſſe viginti quatuor Ionum literis poſt exactos triginta Tyrannos: Τοὺς δὲ Ἀθηναίους ἔπεισε χρῆσθαι τοῖς τῶν Ἰώνων γράμμασιν Ἀρχῖνος ὁ Ἀθηναῖος, ἐπὶ Ἄρχοντος ΕΥκλείδου. Cùm enim id factum eſſe eo anno dicunt, quo Faſtos Athenienſium ſignabat Euclides Archon, poſt exactos Tyrannos id factum eſſe innuunt: Nam vt notat Vlpianus ad Timocrateam ΕΥκλείδης Ἄρχων

ἐγένετο παρ' Ἀθηναίοις μετ' ὀλίγον χρόνον τῶν Τριάκοντα, vnde τὰ ἐπὶ τῶν Τριάκοντα dicuntur Æſchini τῷ περὶ Εὐκλείδου. Quare emendandi ſunt Athenienſium Faſti apud Anonymum in Deſcriptione Olympiadum, & Diodori Siculi codices, qui biennio ante exactos Triginta Tyrannos Prætorem faciunt Euclidem, quod omninò falſum eſt. Annus tertius Olympiadis nonageſimæ quintæ, qui tertius quoque, ſiue, vt alij habent, ſecundus eſt ab exactis Tyrannis, ſignatur ab Archonte Ithycle. Ego verò in Ithyclis locum ſufficiendum eſſe reponendúmque Euclidem puto, qui μετ' ὀλίγον χρόνον τῶν Τριάκοντα Prætor ſorte captus eſt. Illuſtre autem nomen conſequutus eſt hic Euclides, vt qui Athenienſium Rempublicam attonſam & attritam Laconum conſilijs, Tyrannorúmque ſcelere, priſtino reſtituerit ſplendori. Duo verò ſunt Archontes hoc nomine, qui, docente fabulas Ariſtophane, Faſtos Atticos ſignarunt; vnus anno ſecundo Olympiadis octageſimæ octauæ; alter, poſt exactos Athenis Triginta Tyrannos, de quo hic agitur, & cuius Præturam coniecimus in annum tertium Olympiadis nonageſimæ quintæ, quo Archonte Athenienſes viginti quatuor literas à Samijs acceperunt, vt docent Suidas & Apoſtolius; erátque annus tertius ab exactis Tyrannis, quanquam Latina Euſebij aſſignant anno ſecundo Olympiadis nonageſimæ quintæ. Sed προχρονισμός eſt vnius anni. His igitur poſitis reſcribendum eſt apud Suidam & Apoſtolium: Τοὺς δὲ Ἀθηναίους ἔπεισε χρῆσθαι τοῖς τῶν Ἰώνων

Digitized by Google

γράμμασιν Ἀρχῖνος ὁ Ἀθηναίου, ἐπὶ Ἄρχοντος Εὐκλείδου. τοὺς δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης ἐπὶ Εὐκλείδου, ἔτεσι πρὸ τοῦ εὐκλέους (ſiue, quod idem eſt ἐπικλέους.) λ. id eſt: Archinus Athenæi filius Athenienſibus perſuaſit, Archonte Euclide, vti Ionum literis: *Babylonios* verò docuit Ariſtophanes, egit Calliſtratus, Euclide Archonte, ante Præturam huius famoſiſſimi Euclidis annis triginta. Atque hæc coniectura, ipſa res eſt: Nam viginti quatuor literas à Samijs acceperunt Athenienſes, cùm Præturam gereret Euclides μετ' ὀλίγον χρόνον τῶν Τριάκοντα, anno tertio Olympiadis nonageſimæ quintæ. *Babylonios* verò docuit Ariſtophanes anno ſecundo Olympiadis octageſimæ octauæ, Euclide alio Archonte. Ab hoc autem Euclide ad illuſtrem illum alterum, hoc eſt, ab anno ſecundo Olympiadis octageſimæ octauæ ad annum tertium Olympiadis nonageſimæ quintæ, anni ſunt triginta; id eſt, annus triceſimus vertit. Sed de his ſatis. Commiſſum autem eſt hoc Ariſtophanis drama, Babylonij, actore Calliſtrato, Liberalibus, per quæ ſocij tributum Athenas importabant; itaque multi aderant peregrini atque hoſpites. Ariſtophanes:

Οὐ γάρ με καὶ νῦν διαβαλεῖ Κλέων, ὅτι
Ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγω.

Interpres Græcus: εἶπε γὰρ δρᾶμα τοὺς Βαβυλωνίους τῇ τῶν Διονυσίων ἑορτῇ, ἥ τις ἐν τῷ ἔαρι ἐπιτελεῖται, ἐν ᾧ ἔφερον τοὺς φόρους οἱ σύμμαχοι. In hac fabula carpebat Comicus Magiſtratus Athenienſes, ſorte captos, aut populi calculis electos, toti faciebat vrbi conuicium,

uicium, & nominatim Cleonem traducebat. Quare commotus Cleo Ariſtophani dicam ſcripſit, & diem dixit, ὅτι ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς ἔλεγε. Scholia: Βαβυλωνίοις δράματι πολλοὺς κακῶς εἶπεν. ἐκωμῴδησε γὰρ τάς τε κληρωτὰς, καὶ χειροτονητὰς ἀρχὰς, καὶ Κλέωνα, παρόντων ξένων, καὶ διὰ τοῦτο ὀργισθεὶς ὁ Κλέων ἐγράψατο αὐτὸν ἀδικίας εἰς τοὺς πολίτας, ὡς εἰς ὕβριν τοῦ δήμου ταῦτα πεποιηκότα. καὶ ξενίας δὲ αὐτὸν ἐγράψατο, καὶ εἰς ἀγῶνα ἐνέβαλεν. Auctor vitæ Ariſtophanis: διήχθρευσε δὲ αὐτῷ (Κλέωνι) ὁ Ἀριστοφάνης, ἐπειδὴ ξενίας γραφὴν κατ' αὐτοῦ ἔθετο, καὶ ὅτι ἐν δράματι αὐτοῦ Βαβυλωνίοις διέβαλε τῶν Ἀθηναίων τὰς κληρωτὰς ἀρχὰς παρόντων ξένων. Accuſabat enim hos Magiſtratus, viróſque ciuitatis principes Ariſtophanes δωροδοκίας, hinc fluxiſſe belli principia demonſtrabat, vt teſtatur eius Scholiaſtes ad Aues: καὶ δωροδοκῆσαί φησιν Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις. διὰ τούτων οἱ δῶρ' αἰτοῦντες ἀρχὴν πολέμου πορίσασθαι μετὰ Πεισάνδρου. Itaque in hac fabula conquerebatur Bacchus, τοὺς Δημαγωγοὺς ſibi dicam ſcripſiſſe, vt vel ab inuitio extorquerent duo pocula. Athenæus Lib. XI. Κἀν τοῖς Βαβυλωνίοις δὲ τοῖς Ἀριστοφάνους ἀκουσόμεθα ποτήριον ὀξύβαφον, ὅταν ὁ Διόνυσος λέγῃ περὶ τῶν Ἀθήνησι δημαγωγῶν, ὡς αὐτὸν ᾔτουν ἐπὶ τὴν δίκην ἀπελθόντα ὀξύβαφα δύο. οὐ γὰρ ἄλλο τι ἡγητέον εἶναι, ἢ ὅτι ἐκπώματα ᾔτουν. Huc ſpectant verſus iſti ex hac fabula apud Pollucem Lib. X. cap. XXIII.

Δεῖ διακοσίων δραχμῶν πόθεν δὲ ἂν γένοιτ' ἂν
Κότυλον τούτων φέρειν.

Huic fabulæ nomen fuit à ſeruis Babyloniis molitoribus, qui inducebantur ora notis compuncta, ſuſpi-

Digitized by Google

cari licet ex Heſychio: Ἀριστοφάνης ἐν Βαβυλωνίοις τὰ μέτωπα τῶν οἰκετῶν ἰστριανὰ φησίν· ἐπεὶ ἐστιγμένοι εἰσίν. οἱ γὰρ περὶ Ἴστρῳ οἰκοῦντες, στίζονται· καὶ ποικίλαις ἐσθήσεσι χρῶνται. Διονύσιος δὲ φησὶν ἐπεὶ πρότερος τις ἰστριανὸς λέγεται ὁ λευκὸς, κατ' ἀντίφρασιν εἰρῆσθαι· ὡς καθαρὰ καὶ λευκὰ τὰ μέτωπα, τοὐναντίον δὲ νοεῖσθαι ἐστιγμένα. Idem alibi: Σαμίων ὁ δῆμος φησί τις περὶ τῶν Ἀριστοφάνους, τοὺς ἐκ τοῦ μύλωνος ἰδὼν Βαβυλωνίους, Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν ὡς πολυγράμματος. καταπληττόμενος τὴν ὄψιν αὐτῶν, καὶ ἐπαπορῶν. Parœmiographi: Σαμίων δῆμος ὡς πολυγράμματος. ἤτοι μαστιγίας. Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις ἐπισκώπτων τοὺς ἐστιγμένους. Nam Athenienſes, auctore Pericle, qui biennio antequam Ariſtophanes doceret hoc drama deſierat eſſe, τοὺς ληφθέντας ἐν πολέμῳ Σαμίους ἔστιξαι, & contra Samij Athenienſium ora notis compunxerunt.

Acharnenſes *fabula quando, & quo ſucceſſu acta. Faſti Græci, & Didaſcaliæ veteres corriguntur.*

Caput IIII.

Ἀχαρνεῖς.

Extat hæc fabula, quam docuit Ariſtophanes, cùm Prætor Athenis eſſet Euthydemus poſt Euclidem, anno tertio Olympiadis octageſimæ octauæ: Nam anno ſexto à bello Peloponneſiaco acta eſt, vt ipſe teſtatur:

Digitized by Google

Εκτῳ σ' ἔτει προσσιῶπον ἐς
Τὸν δῆμον ἐλθὼν ἄσμενος
Σπονδὰς ποιησάμενος ἐμαυ-
τοῦ πρᾶγμάτων τε καὶ μαχῶν.

Veteres Magiſtri ad hunc locum : *ἕκτον γὰρ ἦν λοιπὸν ἔτος, ἀφ' οὗ ὁ πόλεμος Ἀθηναίοις πρὸς Πελοποννησίους συνέστη.* Hic autem annus incidit in annum tertium Olympiadis octageſimæ octauæ, Prætore Athenis Euthydemo, vt patet è Faſtis, vbi anni Olympiadum, & Archontes Athenienſes adnotantur

OLYMPIAS. LXXXVII.	
ANNI. OLYMP.	ARCHONTES.
I.	PYTHODORVS.
II.	EVTHYDEMVS.
Incipit bellum Peloponneſiacum.	
III.	APOLLODORVS.
Annus ſecundus belli.	
IIII.	EPAMINONDAS.
Hic annus erat tertius belli.	

OLYMPIAS. LXXXVIII.	
ANNI. OLYMP.	ARCHONTES.
I.	DIOTIMVS.
Primum ſuorum dramatum *δαιταλεῖς* docuit Ariſtophanes. Annus erat IIII. belli.	
II.	EVCLIDES.
Acta eſt fabula *Babylonij.* Annus erat V. belli.	
III.	EVTHYDEMVS.
Annus belli VI. inibat. *Acharnenſes* edidit Ariſtophanes.	

Atque hæc erant ſatis, ſed ne quis dubitationi ſit locus, id etiam probari poteſt ex Ariſtophanis Scholiaſte ad hæc verba:

Επέμψαθ' ἡμᾶς ὡς βασιλέα τὸν μέγαν,
Μισθὸν φέροντας δύο δραχμὰς τῆς ἡμέρας,
Επ' ΕΥθυμένους Αρχοντος.

Scholia : *πρὸ δώδεκα ἐτῶν ἦρχεν ὁ ΕΥθυμένης Ἀθήνησι*, hoc eſt, anno duodecimo, ex quo Euthymenes Prætor Athenis fuit, acta eſt hæc fabula. Annus autem ille duodecimus ab Euthymene incidit in Præturam Euthydemi : Nam anno quarto Olympiadis

octageſimæ quintæ Præturam geſſit Euthymenes: Annus ab eo duodecimus eſt annus tertius Olympiadis octageſimæ octauæ, Archonte Euthydemo. Itaque delenda cenſeo illa Anonymi in Deſcriptione Olympiadum ad annum quartum Olympiadis octageſimæ quintæ, qui Prętorem habet Euthymenem : Ἀχαρνῆς Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν ἐν Ληναίοις. Simile mendum occupauerat veteres illas Didaſcalias pręfixas huic dramati : ἐδιδάχθη ἐπὶ ΕΥθυμένους Ἄρχοντος. Reſcribo ἐπὶ ΕΥθυδήμου. Huic emendationi firmandę accedat & hęc ratio : Primam ſuarum fabularum *Dætaleenſes* docuit Ariſtophanes , Prętore Athenis Diotimo . Diotimi Prętura incidit in annum primum Olympiadis octageſimę octauę : à quo ad Euthymenem Archontem retro colliguntur anni decem. Itaque dubium non eſt, quin *Acharnenſes* docuerit Comicus anno tertio Olympiadis octageſimę octauę , Euthydemo poſt Euclidem Prętore, non verò Euthymene, à cuius Euthymenis Prętura , anno demum decimo , Diotimo Archonte , primum ſuum drama commiſit Ariſtophanes. Docuit autem *Acharnenſes*, actore Calliſtrato, Liberalibus Lenęis. Didaſcalię veteres : ἐδιδάχθη ἐν Ληναίοις διὰ Καλλιστράτου. Vetus Interpres ad hanc fabulam: τὰ δὲ Λήναια ἐν τῷ μετοπώρῳ ἤγετο· ἐν οἷς οὐ παρῆσαν οἱ ξένοι, ὅτε τὸ δρᾶμα τοῦτο οἱ Ἀχαρνῆς ἐδιδάσκετο. Ariſtophanes ipſe:

Οὐ γάρ με καὶ νῦν διαβαλεῖ Κλέων, ὅτι
Ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγω.
Αὐτοὶ γάρ ἐσμεν, οὑπὶ Ληναίῳ τ' ἀγών.

Scholia : *μόνον Ἀθηναῖοι χωρὶς τῶν συμμάχων καὶ ξένων. χειμῶνος γὰρ λοιπὸν ὄντος, εἰς τὰ Λήναια καθῆκε τὸ δρᾶμα.* Placuit, atque victor renunciatus eſt contra antagoniſtas Cratinum & Eupolim. Didaſcalię : *καὶ πρῶτος ἦν Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσι, δεύτερος Κρατῖνος Χειμαζομένοις. τρίτος ΕΥπολις Νουμηνίαις.*

Equites *quando & quo ſucceſſu docuerit Comicus, quis egerit. Stephanus emendatus.*

CAPVT V.

EXTAT quoque hoc drama, quo toto inuehitur Comicus in Cleonem, quem priuatim inimicum habuit, cùm biennio ante Cleon ei dicam ſcripſiſſet *ἀδικίας εἰς τοὺς πολίτας καὶ ξενίας*, ſtatim ac edidit Babylonios anno ſecundo Olympiadis octageſimę octauę Archonte Euclide. Dicebat enim Cleo, vt in ſuperioribus obſeruauimus, Ariſtophanem conuicium feciſſe Athenienſium populo *Babyloniorum* editione : eúmque peregrinum eſſe, ſiue Æginetam, ſiue Rhodium ; non ciuem. Qua in re, vt hoc obiter addam, corrupti ſunt Stephani codices, qui Ariſtophanem Melium faciunt : *ὁ πολιτικὸς Διαγόρας ὁ Μήλιος, καὶ Σωκράτης καὶ Ἀριστοφάνης.* At id veterum nemo dixit : & quod de Socrate ſcribitur manifeſti arguit vitij, viam tamen ad emendandum præit. Reſcribimus : *ὁ πολίτης καὶ Διαγόρας ὁ Μήλιος, καὶ Σωκράτης Ἀριστοφάνει.* Socratem, quanquam Athenienſis eſſet, Melium ab Ariſto-

phane dictum fuiſſe, his verbis ſignificat Stephanus, qui ad iſta è *Nubibus* Comici animum aduertebat:

Φιλ. Τίς φησὶ ταῦτα; στρ. Σωκράτης ὁ Μήλιος,
Καὶ Χαιρεφῶν, ὃς οἶδε τὰ ψυλλῶν ἴχνη.

Scholia: παρ' ἱστορίαν. Ἀθηναῖος γὰρ ὁ Σωκράτης, ἀλλ' ἐπεὶ Διαγόρας Μήλιος ὢν διεβάλλετο ὡς θεομάχος, καὶ τὸν Σωκράτη δὲ ὡς ἄθεον διαβάλλει. διὰ τοῦτο αὐτὸν Μήλιον ἔφη. Sed è diuerticulo in viam. Acta igitur eſt hęc fabula, cuius index Ἱππεῖς, anno quarto eiuſdem Olympiadis octageſimæ octauæ, Prętore Athenis Stratocle, Liberalibus Lenæis. Anonymus in Deſcriptione Olympiadum ad hunc annum: Ἱππεῖς Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν δι' αὐτοῦ ποιητοῦ δημοσίᾳ εἰς Λήναια. Veteres Didaſcaliæ: ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα Ἱππεῖς ἐπὶ τοῦ Στρατοκλέους ἄρχοντος δημοσίᾳ. id eſt, ita iubente & volente populo producta eſt in theatrum, ac commiſſa hæc Ariſtophanis fabula. Nam conſtat in delectu Poëtæ ſpectatam fuiſſe aliquando, non Choragi ſolùm, aut tribus vnius voluntatem, ſed vniuerſi populi. Addunt Didaſcaliæ doctam fuiſſe fabulam εἰς Λήναια, Liberalibus Lenęis, cùm iam Cleo omnia ſúſque déque haberet in Republica vitio creatus Athenienſium Strategus, trimeſtri fere, antequàm ageretur hoc drama, ſpatio: Nam quando in Strategúm electus eſt Cleo, accidit Lunæ eclipſis. Ariſtophanes *Nubibus*:

Εἶτα τὸν θεοῖσιν ἐχθρὸν βυρσοδέψην παφλαγόνα
Ἡνίχ' ᾑρεῖσθε στρατηγὸν τὰς ὀφρῦς συνήγομεν,
Κἀποιοῦμεν δεινά. βροντὴ δ' ἐρράγη δι' ἀστραπῆς,

Η Σελήνη δ᾽ ἐξέλιπε τὰς ὁδούς.

Hęc autem Lunæ eclipſis incidit in menſem Boë-dromionem. Scholia: ἐπεὶ ἔκλειψις ἐγένετο Σελήνης τῷ προτέρῳ ἔτει ἐπὶ Στρατοκλέους, Βοηδρομιῶνι. Anonymus in Deſcriptione Olympiadum ad hunc annum quartum Olympiadis octageſimæ octauæ, Stratocle Archonte: ἔκλειψις Σελήνης Βοηδρομιῶνος. Sequitur in Didaſcalijs huius fabulæ, δι᾽ αὐτοῦ Ἀριστοφάνους, egiſſe eam ipſum Ariſtophanem (cùm nullus præ metu hiſtrio auderet) ora fæcibus perunctum: Nam cùm ſolerent Comici ὅμοια τὰ προσωπεῖα ποιεῖν τοῖς κωμῳδουμένοις, καὶ περιθεῖναι τοῖς ὑποκριταῖς, οὐκ εἶχεν τοῦ Κλέωνος προσωπεῖον, διὰ τὸ δεδοικέναι τοὺς σκευοποιούς, καὶ μὴ θέλειν μήτε πλάττειν, μήτε σχηματίζειν τὴν ὄψιν τοῦ Κλέωνος, inquiunt Grammatici. Itaq; in ſcenam tunc primum prodiit Ariſtophanes, quod innuit *Veſpis*.

Μετὰ δὲ τοῦτο φανερῶς ἤδη κινδυνεύων καθ᾽ ἑαυτόν,
Οὐκ ἀλλοτρίων, ἀλλ᾽ οἰκείων μουσῶν στόμαθ᾽ ἡνιοχήσας,
Ἀρθεὶς δὲ μέγας καὶ τιμηθεὶς ὡς οὐδεὶς πώποτ᾽ ἐν ὑμῖν.

Verùm autem eſt, de quo gloriatur: Nam cùm ipſe victor renunciatus eſt, antagoniſtis Cratino & Ariſtomene. Didaſcaliæ: Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσι πρῶτος ἐνίκα. δεύτερος Κρατῖνος Σατύροις. τρίτος Ἀριστομένης Ολοφύροις, tum Cleo quinque talentis eſt multatus.

Nubes *drama quando & quo ſucceſſu commiſſum. Æliani error. Iterum editum, ſed interpolatum, non meliore euentu. Tertiæ in eo recentando Ariſtophanis curæ. Volunt & alij quartò manum adhibitam. Quod extat ex primis, ſecundis & tertiis curis conflatum.*

Capvt VI.

ΝΕΦΕΛΑΙ.

Argvmentvm huius dramatis notum eſt, vel ex iis, quę refert Ælianus Variæ Hiſtoriæ Lib. XII. cap. XIII. Quo maximam apud omnes bonos inuidiam ſibi creauit Ariſtophanes, qui illud docuit contra antagoniſtas Cratinum & Amipſiam, Dionyſiis, Prętore Athenis Iſarcho, Olympiadis octageſimę nonę anno primo. Anonymus in Deſcriptione Olympiadum ad hunc annum: αἱ πρῶται Νεφέλαι Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει. Didaſcaliæ pręfixę huic dramati: αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει ἐπὶ Ἄρχοντος Ἰσάρχου. Quidam in Diodori Siculi codicibus legunt hoc Archontis nomen Ἰππάρχος. Etſi autem hęc fabula neque inuentionum acumine, neque iocorum ſalibus deſtitueretur, tamen neſcio quo fato exacta eſt, nec ſtetit. Quare miror quid in mentem venerit Æliano, & à quo acceperit, cùm narrat Ariſtophanem cum plauſu fuiſſe à populo exceptum, & iuſſos iudices victorem eum renunciare: ἄκουσμα ἔδοξεν ἥδιστον αἵδε αἱ Νεφέλαι, καὶ ἐκρότουν τὸν ποιη-

τὴν

τὴν ὡς οὔποτε ἄλλοτε, καὶ ἐδόκων νικᾶν· καὶ προεσέταττον τοῖς κριταῖς αὖθις Ἀριστοφάνην, ἀλλὰ μὴ ἄλλον γράφειν. At contra legimus in veterum Criticorum Didaſcaliis, ὅτε Κρατῖνος μὲν ἐνίκα Πυτίνῃ, Ἀμειψίας δὲ Κόννῳ. Anonymus in Deſcriptione Olympiadum, loco laudato: Κρατῖνος νικᾷ Πυτίνῃ· Ἀμειψίας δὲ δρᾶμα Κόννον διδάσκει. Victus eſt ſcilicet Ariſtophanes in commiſſione huius fabulæ à Cratino & Amipſia. Qua re commotus, vix ſibi temperauit, quin populo conuicium faceret, iterata anno ſequenti editione huius dramatis, ideò inſcripti,

ΝΕΦΕΛΑΙ ΔΕΥΤΕΡΑΙ.

QVÆ eadem pæne eſt fabula cum priore, pauca quippe ſunt immutata, quædam expuncta, alia vix interpolata, ídque vel in ſerie & ordine, vel in perſonis. Acta eſt igitur hæc fabula anno ſecundò Olympiadis octageſimæ nonæ, Archonte Aminia. Anonymus in Deſcriptione Olympiadum ad hunc annum: αἱ δεύτεραι Νεφέλαι Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν. idque rurſum Liberalibus, ſi quid iudico: Nam quando *Veſpas* docuit, nondum τὰς δευτέρας Νεφέλας ediderat Ariſtophanes, quia dramate *Veſpis* conqueritur tantum de infelici commiſſione fabulæ anno præterito, quo τὰς προτέρας Νεφέλας docuerat. eius verba ſunt:

Ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν ἔτι καὶ νυνὶ πολεμεῖ φησίν τε μετ' αὐτοῦ
Τοῖς ἠπιάλοις ἐπιχειρῆσαι πέρυσιν καὶ τοῖς πυρετοῖσιν
Οἳ τοὺς πατέρας τ' ἦγχον νύκτωρ, καὶ τοὺς πάππους ἀπέπνιγον.

Κατακλινόμενοί τ' ἐπὶ ταῖς κοίταις, ἐπὶ τοῖσιν ἀπράγμοσιν ὑμῶν,

Ἀντωμοσίας, καὶ προσκλήσεις, καὶ μαρτυρίας συνεκόλλων.

Ὥστ' ἀναπηδᾶν δειμαίνοντας πολλοὺς ὡς τὸν Πολέμαρχον.

Τοιόνδ' εὑρόντες ἀλεξίκακον τῆς χώρας τῆσδε καθαρτήν.

Πέρυσι καταπρούδοτε, καινοτάταις σπείραντ' αὐτὸν διανοίαις.

Ἃς ὑπὸ τοῦ μὴ γνῶναι καθαρῶς ὑμεῖς ἐποιήσατ' ἀναλδεῖς.

Καίτοι σπένδων πόλλ' ἐπὶ πολλοῖσιν ὄμνυσι τὸν Διόνυσον,

Μὴ πώποτ' ἀμείνον' ἔπη τούτων κωμῳδικὰ μηδέν' ἀκοῦσαι.

Τοῦτο μὲν ἔσθ' ὑμῖν αἰσχρόν, τοῖς μὴ γνοῦσιν παραχρῆμα.

Scholia: πέρυσι γὰρ τὰς Νεφέλας ἐδίδαξεν, ἐν αἷς τοὺς περὶ Σωκράτην ἐκωμῴδησεν. ὁ δὲ τοὺς πατέρας ἧττον λέγει διὰ τὸν ἥττονα λόγον τὸν παραλογίαν ἢ διὰ τὸν ὑπ' αὐτοῦ, ὡς φησι πέρυσιν εἰσαχθέντα ἐν Νεφέλαις, τὸν τύπτοντα τὸν πατέρα αὐτοῦ. ἄλλως. ὅτι πέρυσι διδάξας τὰς προτέρας Νεφέλας ἡττήθη.

Docuit igitur Ariſtophanes τὰς δευτέρας Νεφέλας, poſt editionem *Veſparum*. Docuit autem *Veſpas* anno hoc ſecundo octageſimæ nonæ Olympiadis, Aminia Archonte, Liberalibus Lenæis. Quare ſi hoc eodem anno τὰς δευτέρας Νεφέλας edidit, vt certum eſt edidiſſe, omninò eas Liberalibus κατ' ἄστυ edidit. Nam non eſt, quod aliquis ſuſpicetur Ariſtophanem docuiſſe iſtud drama Liberalibus Antheſterijs, quæ τὰ κατ' ἄστυ præcedunt, nondum enim erat inſtitutum, vt Antheſteria Dionyſia celebrarentur agone Comicorum. Inſtitutum id demum anno tertio Olympiadis nonageſimæ tertiæ, Prætore Athenis Callia, qui in Prætura excepit Antigenem, vt conſtat ex Ariſtotelis Didaſcalijs, & à nobis alibi, Deo dante, dicetur. Quanquam paullo poſt mutauit hic mos, neque am-

Digitized by Google

pliùs datę ſunt Comediæ Antheſterijs Liberalibus, Cineſia Ariſtophanis æquali auctore: donec tandem obſoletum hunc morem Rhetor Lycurgus renouauit. Sed ad rem. Drama iſtud igitur recentatum à ſe, τῶν δευτέρων Νεφελῶν nomine docuit Ariſtophanes hoc anno ſecundo Olympiadis octageſimæ nonæ, Archonte Aminia, Dionyſijs, verùm non meliore ſucceſſu, quam anno illud τῶν πρώτων. Exactum enim quoque eſt, vnde animum omninò abiecit hanc fabulam rurſum limandi & recentandi, vt de nouo in ſcenam produceret. Veteres Critici in Didaſcalijs poſtquàm obſeruarunt Ariſtophanem victum fuiſſe in commiſſione τῶν πρώτων Νεφελῶν, addunt: διόπερ Ἀριστοφάνης ἀπορριφεὶς παραλόγως, ᾤετο δεῖν ἀναδιδάξας τὰς δευτέρας Νεφέλας καταμέμφεσθαι τὸ θέατρον. ἀτυχῶν δὲ πολὺ μᾶλλον καὶ ἐν τοῖς ἔπειτα οὐκέτι τὴν διασκευὴν εἰσήγαγεν. αἱ δὲ δεύτεραι Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐπὶ Ἀμινίου Ἄρχοντος. τοῦτο δὲ ταὐτό ἐστι τῷ προτέρῳ. διεσκεύασται δὲ ἐπὶ μέρους, ὡς ἂν δὴ ἀναδιδάξαι μὲν αὐτὸ τοῦ ποιητοῦ προθυμηθέντος. οὐκέτι δὲ τοῦτο δι' ἣν ποτε αἰτίαν ποιήσαντος. καθόλου μὲν οὖν σχεδὸν παράπαν μέρος γεγενημένη διόρθωσις. τὰ μὲν γὰρ περιῄρηται, τὰ δὲ πέπλεκται· καὶ ἐν τῇ τάξει, καὶ ἐν τῇ τῶν προσώπων διαλλαγῇ μετεσχημάτισται. Putem in hunc cenſum venire quæ leguntur etiamnum hodie ἐν Νεφέλαις, quæ ſuperſunt, de Aminia. Nam obliquè tectóque nomine ridet Archontem Athenienſem illius anni, qui Aminias vocabatur, quo Præturam gerente, poſteriores docuit *Nebulas*. Cùm enim Lege eſſet veritum, ſummum Magiſtratum ὀνόματι in Comœ-

Digitized by Google

dia traducere, mutauit literulam Ariſtophanes, vt poſſet impune τωθάζειν. Scholia Comici: Τὸν Αρχοντα διασύρειν βουλόμενος, τῇ Αμεινίου προσηγορίᾳ ἐχρήσατο. τότε γὰρ ἦρχεν Αμυνίας Προνάπου υἱός. ἐκεῖνον οὖν ἐπισκῶψαι θελήσας, παρέτρεψε τὸ ι εἰς υ, καὶ παρεγραμμάτισε γελοίως. ἐπεὶ παρὰ τοῖς Αθηναίοις ὁ νόμος φανερῶς ἐκώλυε τὸν Αρχοντα κωμῳδεῖν. Αμεινίαν δ᾽ αὐτὸν εἶπεν, ἀντὶ τοῦ Αμυνίαν. Hinc liquet, tum nomen huius Prætoris apud Diodorum Siculum, Anonymum in Deſcriptione Olympiadum ad hunc annum, alios, vitioſè ſcribi Αμεινίας, cùm verum ſit Αμυνίας: tum etiam hæc eſſe è poſterioribus *Nebulis*, vt & illa verba, quæ cum Strepſiade commutat Amynias daniſta. Nam quod extat hodie *Nebularum* drama nobis videtur eſſe ex vtriſque *Nebulis* prioribus & poſterioribus conflatum, atque vel hinc colligi poteſt, quod in poſterioribus Nebulis immutata ſit Chori Parabaſis, vt docent veteres Magiſtri ad hoc drama: ἁ' ἡ ὁλοσχερῆ τῆς διασκευῆς τοιαῦτα ὄντα τετύχηκεν, αὐτίκα ἡ παράβασις τοῦ Χοροῦ ἤμειπται. Atque hæc eſt, quæ hodie legitur, diuina certè, cuius initium, ὦ θεώμενοι. Nam niſi ad ſecundam *Nebularum* editionem hæc referri non poſſunt:

Πρώτους ἠξίωσ᾽ ἀναγεῦσ᾽ ὑμᾶς ἣ παρέσχε μοι
Ἔργον πλεῖστον. εἶτ᾽ ἀνεχώρουν ὑπ᾽ ἀνδρῶν φορτικῶν
Ἡττηθεὶς οὐκ ἄξιος ὤν. ταῦτ᾽ οὖν ὑμῖν μέμφομαι
Τοῖς σοφοῖς. ὧν οὕνεκ᾽ ἐγὼ ταῦτ᾽ ἐπραγματευόμην.

Conqueritur namque de infauſta priorum *Nebularum* commiſſione, in qua victus eſt à Cratino & Amipſia, & iniuſta Iudicum ſententia: Itaque Scholia

Digitized by Google

notant ad hæc verba, ὑπ' ἀνδρῶν φορτικῶν. τῶν κριτῶν. τοῦτο ἐπὶ τῶν προτέρων Νεφελῶν, ἐπεὶ Κρατίνου καὶ Ἀμειψίου δεύτερος ὤφθη· & id verſus eiuſdem Parabaſcos oſtendit:

Οὐδ' εἰσῆξε δᾶδας ἔχουσ', οὐδ' ἰοὺ ἰοὺ βοᾷ.

Hæc de ſe dicit Poëta, qui extremâ fabulâ in priori commiſſione docuerat (quod & hodie legitur.) Socratis ædes incendi, eo fruſtra eiulante. Scholia: τὰς δὲ δᾶδας καὶ τὸ ἰοὺ ἰοὺ ἐν Νεφέλαις τὸ πρῶτον. ἐπεὶ πεποίηκεν ἐν τῷ τέλει τοῦ δράματος καιομένην τὴν διατριβὴν τοῦ Σωκράτους· καί τινας τῶν φιλοσόφων λέγοντας ἰοὺ ἰού. ἐν δὲ ταῖς προτέραις Νεφέλαις τοῦτο οὐ πεποίηκεν. Luculentus eſt locus & inſignis, ſed quem deformat poſtremis verbis negatiua particula οὐ. Reſcribo: ἐν δὲ ταῖς προτέραις Νεφέλαις τοῦτο ἰοὺ πεποίηκεν. Idque ſatis oſtendunt Scholiaſtæ præcedentia verba: & obſeruare nos iubent veteres Critici in Didaſcalijs mutatum & recentatum fuiſſe à Comico ἐν ταῖς δευτέραις Νεφέλαις, quod ἐν ταῖς προτέραις legebatur: ἃ δὲ ὁλοσχερῆ τῆς διασκευῆς τοιαῦτα ὄντα τετύχηκεν. αὐτίκα ἡ παράβασις τοῦ χοροῦ ἤμειπται. καὶ ὅπου ὁ δίκαιος λόγος πρὸς τὸν ἄδικον λαλεῖ. καὶ τελευταῖον ὅπου καίεται ἡ διατριβὴ Σωκράτους. Quædam etiam eſſe videntur à tertijs curis, vbi ſcilicet meminit fabulæ illius Eupolidis, cui titulus Μαρικᾶς. Nam docuit Eupolis Maricam biennio poſt priores *Nebulas*, ſcilicet poſt mortem Cleonis, hoc eſt, anno tertio Olympiadis octageſimæ nonæ, Archonte Alcæo. Ideò notant Critici ad Nebulas: δῆλον οὖν ὅτι κατὰ πολλοὺς τοὺς χρόνους διεσκεύασε τὸ δρᾶμα. Eratoſthenis verba ſunt è Libro περὶ ἀρχαίας κωμῳδίας, vt puto.

Καλλίμαχος ἐγκαλεῖ ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι φέρουσιν ὕστερον τρίτῳ ἔτει τῶν Νεφελῶν τὸν Μαρικᾶν, σαφῶς ἐνταῦθα εἰρημένου, ὅτι πρότερον καθεῖται. λανθάνει δὲ αὐτὸν, inquit Eratoſthenes, ὅτι ἐν μὲν ταῖς διδαχθείσαις, οὐδὲν τοιοῦτον εἴρηκεν. ἐν δὲ ταῖς ὕστερον διασκευασθείσαις εἰ λέγεται οὐδὲν ἄτοπον. αἱ διδασκαλίαι δὲ δῆλον ὅτι τὰς διδαχθείσας φέρουσι. E quibus verbis colligimus variè interpolatum fuiſſe, variíſque temporibus, à Poëta hoc drama Νεφέλας. Nam primò illud docuit Archonte Iſarcho: Recentatum anno ſequenti, Aminia Athenis Prætore, actum eſt & commiſſum titulo τῶν δευτερῶν Νεφελῶν. Demum poſtquàm docuiſſet Eupolis *Maricam*, Alcæo Archonte, tertium correxit Ariſtophanes: Sed correxit tantùm ſcripſitque, non autem produxit in ſcenam. Itaque mirum non eſt, ſi in Didaſcalijs locum non habuit hæc fabula tertiùm correcta; eam quippe Poëta non docuit. Atque in hac tertiùm interpolata meminit *Maricæ*, quam fabulam edidit Eupolis paullo poſt mortem Cleonis: καὶ γὰρ Εὔπολις μετὰ θάνατον Κλέωνος τὸν Μαρικᾶν ἐποίησεν. Atqui Alcæo Athenis Archonte, vt teſtantur Hiſtorici, ſupremum in Thracia Cleo diem obijt. Addo videri & quartùm correctam fuiſſe hanc fabulam poſt nauale illud prælium, quo Athenienſes anno tertio Olympiadis nonageſimæ tertiæ, Callia Archonte, Lacedæmonios ad Arginuſas vicerunt, ſi ſtandum eſt interpretationi veterum Grammaticorum ad hos è *Nebulis* verſus,

Ἀπόλοιο δῆτ' ὦ πόλεμε πολλῶν οὕνεκα,
Οτ' οὐδὲ κολάσ' ἔξεστί μοι τοὺς οἰκέτας.

Digitized by Google

Φασὶν ὡς Ἀθηναῖοι Λακεδαιμονίοις ἐν Ἀργινούσαις ναυμαχήσειν μέλλοντες, προεῖπον τοῖς δούλοις, ὡς εἴ τις αὐτῶν συμπαρατάξεται τῇ ναυμαχίᾳ, τιμῆς εἰς τὸ λοιπὸν ἀπολαύσειν. βοηθησάντων οὖν τῶν δούλων, Λακεδαιμονίους ἐνίκησαν. Sed vix iſta nobis perſuadent Magiſtri: Ratio autem cur hæc dicantur à Comico non tantùm eſt, ne ad hoſtes transfugerent, quod adnotauit Interpres, ſed etiam ne poſſent aduerſus dominos πρᾶσιν αἰτεῖν, & illos actione ἀποστασίου conuenire: id enim iuris erat ſeruorum, ſi dura & iniqua foret ſeruitus. Cùm autem vndique premerentur Athenienſes bello Peloponneſiaco, certiſſimus maximúſque prouentus erat è ſeruorum artificio, Legibus namque ſeruos ἀργοὺς non licebat alere. Quare metuunt domini ne ſi malè aut duriter habeant, ſerui ijs ipſis inuitis libertatem conſequantur.

Ariſtophanis fabula Veſpæ *ſemel atque iterum acta eodem anno: vbi, quando, quo ſucceſſu.*

Caput VII.

ΣΦΗΚΕΣ.

Extat hoc drama, quod primò docuit Comicus, cùm Athenis celebrarentur Olympia, Archonte Aminia, vt teſtantur Didaſcaliæ: ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἄρχοντος Ἀμινίου διὰ Φιλωνίδου ἐν τῇ πόλει Ὀλυμπίων. Olympicus hic agon Athenis celebrabatur; Acta rurſum eſt hæc fabula, eodem Aminia Prætore, Liberalibus Lenæis, ſiue ea recentata ſit, ſiue, quia ad-

modum placuit, denuò producta: atque in hac commiſſione vicit Philonides *Proagone*, ſecundus fuit Ariſtophanes, tertius Glauco *Preſbeſi*. Didaſcaliæ: ἰῶ β εἰς Λήναια. καὶ ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης Προαγῶνι, Γλαύκων Πρέσβεσι τρίτος. Annus erat ſecundus Olympiadis nonæ ſupra octageſimam, qui Archontem habuit Aminiam, deſignant quoque veteres Magiſtri ad hunc dramatis verſum:

Τὸν δῆμον ἡμῶν βούλεται διϊστάναι,

Καὶ ἀφ' ἱστορίας τοῦτό φασι. καὶ γὰρ πρὸ δύο ἐτῶν τῆς διδασκαλίας τούτου τοῦ δράματος, Λακεδαιμονίων περὶ εἰρήνης πρεσβευσαμένων ὁ Κλέων ἀπήλασε τοὺς πρέσβεις. Duobus annis antequàm *Veſpas* doceret Comicus, cùm de pace legatos miſiſſent Lacedæmonij, expulit eos Cleo, atque abire coëgit. Annus hic, quo legatos de pace Athenas miſerunt Lacedæmonij, eſt quartus Olympiadis octageſimæ octauæ, Prætore Athenis Stratocle; cùm enim, vt narrat Diodorus Siculus, Spartani, qui in inſula Sphacteria obſidebantur, in extremæ famis periculum incurrerent, οἱ Λακεδαιμόνιοι φοβηθέντες περὶ τῶν ἀπειλημμένων ἐν τῇ νήσῳ, πρέσβεις ἀπέστειλαν εἰς τὰς Ἀθήνας περὶ τῆς καταλύσεως τοῦ πολέμου. Expulerunt autem impellente & inſtigante Cleone. Plutarchus in Nicia de hac legatione ἀπεώσαντο δὲ Κλέωνος ἐναντιωθέντος. quæ eadem narrat Thucydides Hiſtoria IV. Alter verò ab hoc annus eſt ſecundus Olympiadis octageſimæ nonæ, qui Prætorem habet Aminiam: Ergo anno ſecundo Olympiadis octageſimæ nonæ hanc fabulam docuit Ariſtophanes.

Fabula

Fabula Irene *quando acta. Duæ eo nomine. Ariſtophanes illuſtratus: Eius Scholiaſtes, itémque Philochorus emendati.*

CAPVT VIII.

ΕΙΡΗΝΗ.

EXTAT hoc drama, actúmque eſt, vt eſt noſtra coniectura, Alcæo Athenis Prætore, anno tertio Olympiadis octageſimæ nonæ: Nam poſt mortem Braſidæ & Cleonis hoc drama produxit, cùm iam agitarentur de pace ineunda conſilia.

— τὼ δεινὼ γὰρ
Ἀπόλωλ' Ἀθηναίοις ἀλετρίβανος ὁ ῥῶς,
Ὁ βυρσοπώλης, ὃς ἐκύκα τὴν Ἑλλάδα.

Cleonem enim deſignat, vt notant Scholia, quemadmodum & Braſidam his verbis,

— ἀπόλωλε γὰρ
Καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοισι κακὸς ἀλετρίβανος.

Atque eodem dramate inuehenti in Cleonem Mercurio reſpondet Trygæus:

—παῦε παῦ' ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ, μὴ λέγε,
Ἀλλ' ἔα τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον, οὗπέρ ἐστ' ἐστὶ κάτω.
Οὐ γὰρ ἡμέτερος ἔτ' ἐστ' ἐκεῖνος ἀνὴρ, ἀλλὰ σός.

Scholia: Ἀποθανὼν γὰρ ἦν ὁ Κλέων, καὶ οὐκ ἔξεστι τεθνηκότας κωμῳδεῖν. Interfecti autem ſunt Cleon & Braſidas in Thracia, Alcæo Archonte, anno tertio Olympiadis octageſimæ nonæ, vt narrant Thucydides Lib. V.

Diodorus Siculus Bibliothecæ Lib. XII. Anonymus in Deſcriptione Olympiadum, à bello Peloponneſiaco anno decimo vertente: Teſtis locupletiſſimus eſt Interpres Græcus ad hæc Comici verba;

Καὶ γὰρ ἱκανὸν χρόνον ἀ—
πωλλύμεθα καὶ κατατετρίμμεθα πλανώμενοι
Εἰς Λύκειον κἀκ Λυκείου
Ξὺν δορὶ σὺν ἀσπίδι τε.

ιγ γὰρ εἶχον ἔτη πολεμοῦντες, πολλὴν φησὶ θλίψιν ὑπομεμενήκαμεν εἰς τὸ Λύκειον εἰσιόντες καὶ συναγόμενοι, καὶ πάλιν ἐξιόντες ἐκ τοῦ Λυκείου, καὶ ἀπιόντες εἰς τὴν πόλιν. Τὸ Λύκειον δὲ γυμνάσιον Ἀθήνησι, ὅπου πρὸ τοῦ πολέμου ἐδόκουν γυμνάζεσθαι. Locus corruptus eſt in literis numeralibus: Reſtituendus itaque annorum decem numerus, & reſcribendum eſt: ῑ γὰρ εἶχον ἔτη πολεμοῦντες. Nam litera γ̄ irrepſerat è voce γὰρ, & adhæſerat, maximo cum hiſtoriæ veritatiſque damno, numerali literæ ῑ. Ac certè decem tantum annos continuos pugnatum eſt, poſtea induciæ factæ ſunt: Id ita eſſe, vt ſentio, vel hinc patet, quod μετὰ τὴν εἰρημένην μάχην, inquit Diodorus Siculus, ἔδοξαν οἱ Ἀθηναῖοι τοῖς Λακεδαιμονίοις συνθέσθαι σπονδὰς πεντηκονταετεῖς. ὁ μὲν οὖν Πελοποννησιακὸς πόλεμος διαμεμενηκὼς μέχρι τῶν ὑποκειμένων καιρῶν ἔτη δέκα, τὸν εἰρημένον τρόπον κατελύθη. Ictum eſt fœdus, inquit, annorum quìnquaginta inter Athenienſes & Lacedæmonios: idem etiam teſtatur Philochorus, ſed mendoſo Prætoris nomine: ἐπὶ τοῦ Ἀλκμαίωνος (reſcribo Ἀλκαίου.) σπονδὰς γενέσθαι πεντηκονταετεῖς Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαιμονίοις, καὶ τοῖς συμμάχοις, πλὴν Βοιωτῶν, καὶ Κορινθίων, καὶ Ἠλείων. Erat autem hic annus decimus à

bello Peloponneſiaco, qui incidit in annum tertium Olympiadis octageſimæ nonæ, Prætore Athenis Alcæo. Nam anno ſecundo Olympiadis octageſimæ ſeptimæ, Archonte Euthydemo μετὰ Πυθόδωρον, aſſignantur ab Hiſtoricis initia belli Peloponneſiaci. Ergo annus decimus ab eo vertens, eſt annus tertius Olympiadis octageſimæ nonæ, qui Prætorem habet in Faſtis Atticis Alcęum, ἐφ' οὗ actum eſt hoc drama, inclinantibus ad pącem Græcorum mentibus. Sed obſtat, quod annus, quo fabula hæc producta eſt, numeratur Ariſtophani decimus tertius à bello, ſiue potiùs decimus quartus vertens:

—οἱ σου τρυχόμεθ' ἤδη
Τρία καὶ δέκ' ἔτη.

Non igitur Alcæo Prætore docuit hoc ſuum drama. Verum aliud principium belli aſſignant Hiſtorici, aliud Ariſtophanes. Illi volunt anno ſecundo Olympiadis octageſimæ ſeptimæ, vt iam antè diximus, Prætore Athenis Euthydemo, coortum eſſe bellum, quod Peloponneſiacum vocatur: Noſter verò Comicus eius cauſas altiùs repetit, ab ipſo ſcilicet pſephiſmate Athenienſium in Megarenſes, auctore Pericle, de quo Pericle Ariſtophanes,

Εμβαλὼν σπινθῆρα μικρὸν Μεγαρικοῦ ψηφίσματος.

Scholiaſtes: ἐπεὶ ψήφισμα περὶ τῶν Μεγαρέων ὁ Περικλῆς ἔγραψε, μήτε γῆς, μήτε λιμένων Ἀττικῶν αὐτοὺς ἐπιβαίνειν. εἰ δὲ μὴ, τὸν ληφθέντα ἀγώγιμον εἶναι. Comicus *Acharnenſibus*:

Εντεῦθεν ὀργῇ Περικλέης ΟΥλύμπιος
Ηστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα.

Ετίθει νόμους ὥσπερ σκολιὰ γεγραμμένους,
Ὡς χρὴ Μεγαρέας μήτ' ἐν γῇ, μήτ' ἐν ἀγορᾷ,
Μήτ' ἐν θαλάττῃ, μήτ' ἐν ἠπείρῳ μένειν.

Decretum autem hoc in Megarenſes factum nobis videtur anno ſecundo Olympiadis octageſimæ ſextæ, Antilochida Athenis Prætore. Nam in Pericle Plutarchus narrat Corinthios, poſtquàm fracti ſunt bello, quod gerebant contra Corcyræos, quibuſcum ſocia arma iunxerant Athenienſes, omnia ſua commouiſſe ſacra, vt Athenienſibus turbas darent. Victi autem ſunt à Corcyræis & fœderatis Athenienſibus Corinthij nauali prælio Olympiadis octageſimæ ſextæ anno primo, Archonte ſiue Nauſimacho, ſiue Lyſimacho. Anno verò ſequenti, qui erat ſecundus eiuſdem Olympiadis octageſimæ ſextæ, Archonte Antilochida, vt ſcribit Diodorus Siculus, irati Corinthij Athenienſium ſocios καὶ ὑπηκόους ἀπέστησαν ἀπ' αὐτῶν, inter cæteros Megarenſes, quos Athenienſibus infenſos maximè ſciebant: Nam tunc ἔγραψε ψήφισμα κατὰ Μεγαρέων Χαρῖνος, incentore Pericle, ἄσπονδον μὲν εἶναι καὶ ἀκήρυκτον ἔχθραν. ὃς δ' ἂν ἐπιβῇ τῆς Ἀττικῆς Μεγαρέων, θανάτῳ ζημιοῦσθαι. τοὺς δὲ στρατηγοὺς, ὅταν ὀμνύωσι τὸν πατρικὸν ὅρκον, ἐπομνύειν, ὅτι καὶ δὶς ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὴν Μεγαρικὴν ἐμβαλοῦσι. Itaque Megarenſes vltrò in ſocietatem belli venerunt, χαλεπαίνουσι δὲ τοῖς Κορινθίοις, καὶ κατηγοροῦσι τῶν Ἀθηναίων, ἐν Λακεδαίμονι προσεστέλλοντο Μεγαρεῖς, αἰτιώμενοι πάσης μὲν ἀγορᾶς, πάντων δὲ λιμένων, ὧν Ἀθηναῖοι κρατοῦσιν, εἴργεσθαι καὶ ἀπελαύνεσθαι, παρὰ τὰ κοινὰ δίκαια καὶ τοὺς γεγενημένους ὅρκους τοῖς Ελλησιν. Hinc Græcis omnibus prima ma-

lilabes;

Κάπειθεν ἤδη πάππους ὑπὲρ τῶν καιδίων.
Κάπειθεν ἀρχὴ τοῦ πολέμου κατερράγη
Ἕλλησι πᾶσιν.

Interpres Comici Græcus: ἐπὶ τούτῳ τῷ ψηφίσματι κινηθεῖσα πᾶσα Ἑλλάς, τὸν πόλεμον ἐποίησε. Hoc igitur belli principium ſtatuit Comicus; atque ab eo principio ad Alcæum Prætorem anni ſunt lapſi tredecim, & vertit quartus decimus: Nam Antilochidas, quo Faſtos ſignante plebiſcitum factum eſt aduerſus Megarenſes, præfuit Athenienſium Reipublicæ anno ſecundo Olympiadis octageſimæ ſextæ: Alcæus verò Archon fuit anno tertio Olympiadis octageſimæ nonæ: Ergo vertebat annus quartus decimus ab Antilochida, incluſo vtroque termino; & ἐπὶ Ἄρχοντος Ἀλκαίου ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα Εἰρήνη, idque Dionyſijs κατ' ἄστυ, vt conijcere licet ex his Comici verbis,

Ἀλλ' ὦ γεωργοὶ, κἄμποροι, καὶ τέκτονες,
Καὶ δημιουργοὶ, καὶ μέτοικοι, καὶ ξένοι,
Καὶ νησιῶται, δεῦρ' ἴτ' ὦ πάντες λεῴ.

His quippe omnes ſpectatores alloquitur, qui in theatrum ludorum cauſſa conuenerant, inter quos aderant hoſpites, & inſulares, & peregrini. Dionyſia ergo κατ' ἄστυ celebrabantur, per quæ ſocij tributum Athenas importabant: ἡ τῶν Διονυσίων ἑορτὴ ἐν τῷ ἔαρι ἐπιτελεῖται, ἐν ᾧ ἔφερον τοὺς φόρους οἱ σύμμαχοι, καὶ αἱ πόλεις, vt cum Eupoli ἐν ταῖς Πόλεσι dicam, Ἀθηνάζε κομίζουσι τοὺς φόρους εἰς τὰ Διονύσια. Itaque multi etiam ſpectabant peregrini, quos, vt & ciues, hac oratione compellat: præterea, quemadmodum ἀκ-

μάζοντος σίτου, vt loquitur Thucydides, quando ἐκστρατεύουσι καὶ ἐξέρχονται Athenienſes, πολεμικῷ κηρύγματι iubebantur milites, exempli gratia, eſſe in armis, καὶ ἔχοντες ἥκειν σιτί' ἡμερῶν τειῶν, ita per contrariam imaginem, verno tempore, quo celebrabantur Dionyſia, quibus productum eſt hoc drama, iubentur coloni agros petere, & opus ruri facere:

Ακούετε λέω, τοὺς γεωργοὺς ἀπιέναι
Τὰ γεωργικὰ σκεύη λαβόντας ἐς ἀγρόν.
Πᾶς χώρει πρὸς ἔργον εἰς ἀγρὸν παιωνίσας.

Quinetiam pacem, quam hoc dramate ſuis ciuibus it conciliatum, docet Dionyſijs, quia tunc peragebantur, maximè delectari: Pax namque redolet

— ὑποδοχῆς Διονυσίων.

Dionyſijs igitur τοῖς κατ' ἄστυ fabulam hanc docuit Ariſtophanes. Quo nomine etiam alteram inſcripſit: Φέρεται ἐν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι καὶ ἑτέραν δεδίδαχεν ὁμοίως Ἀριστοφάνης Εἰρήνην.

ΕΙΡΗΝΗ ΕΤΕΡΑ.

DE qua ambigitur, an ſit prioris διασκευή, atque recentatio tantùm, an verò prorſus noua: ἄδηλον οὖν φησὶν Ἐρατοσθένης, πότερον τὴν αὐτὴν ἀνεδίδαξεν, ἢ ἑτέραν καθῆκεν, ἥτις οὐ σώζεται. Crates tamen Criticus aliam omninò à priori eſſe vult: Κράτης μέντοι δύο εἶπε δράματα, γράφων οὕτως· ἀλλ' οὖν γε ἐπὶ τοῖς Ἀχαρνεῦσιν, ἢ Βαβυλωνίοις, ἢ ἐν τῇ ἑτέρᾳ Εἰρήνῃ. καὶ σποράδην δέ τινα ποιήματα παρατίθεται, ἅπερ ἐν τῇ νῦν φερομένῃ οὐκ ἔστιν.

Digitized by Google

Amphiaraus *Ariſtophanis drama quando productum ſit in ſcenam. Hypotheſis dramatis* Auium *emendata.*

CAPVT IX.

NON extat hodie hoc Ariſtophanis drama, ſed illius leguntur fragmenta apud Græcum eius Interpretem, Ælianum, Pollucem, Athenæum, Suidam, & Hephæſtionem. Liberalibus autem Lenæis hanc fabulam docuit Ariſtophanes, Prætore Athenis Chabria, id eſt, anno ſecundo Olympiadis nonageſimæ primæ. Id ſuſpicari licet è veterum Criticorum verbis in Hypotheſi *Auium*. Sed locus mendo atque interpunctione laborat. hodie editur: ἐπὶ Χαβρίου τὸ δρᾶμα (Ὄρνιθες) καθῆκεν εἰς ἄστυ, διὰ Καλλίου εἰς δὲ Λήναια. τὸν Ἀμφιάραον ἐδίδαξε διὰ Φιλωνίδου. Lego atque interpungo, ἐπὶ Χαβρίου τὸ δρᾶμα καθῆκεν εἰς ἄστυ διὰ Καλλιστράτου. hic interpungo, atque ita reſcribo nomen eius, qui fabulam egit, vt & in altero Argumento *Auium* legitur, ſatíſque notus hic Calliſtratus actor fabularum Ariſtophanis: εἰς δὲ Λήναια τὸν Ἀμφιάραον ἐδίδαξε διὰ Φιλωνίδου. Senſus eſt: Docuit Ariſtophanes fabulam *Aues*, Archonte Chabria, Dionyſijs: egit Calliſtratus. Eodem Chabria Prætore, præcedentibus Liberalibus Lenæis, ediderat *Amphiaraum* Ariſtophanes; egerat Philonides. Quod indicio eſt, quale ſit argumentum huius fabulæ, nempe ciuis alicuius τὰ ἰδιωτικά.

Aues *drama quando & quo ſucceſſu actum. Triceſimum quintum eſt Ariſtophanis.*

Capvt X.

ΟΡΝΙΘΕϹ.

Extat hoc drama, quod productum eſt in ſcenam anno, vt iam diximus, ſecundo Olympiadis nonageſimæ primæ, Chabria Archonte, egit Calliſtratus, Dionyſiis, vnde illa in dramate de luſcinia:

—φθέγμασιν ἱεροῖς

Αρχου τῶν ἀναπαίστων.

Vicit Amipſias in hac commiſſione, ſecundus fuit Ariſtophanes, tertius Phrynichus. Didaſcaliæ: Αριστοφάνης ἦν δεύτερος Ορνισι. πρῶτος Αμειψίας Κωμασταῖς. τρίτος Φρύνιχος Μονοτρόπῳ. Quod ſequitur ibidem: ἔστι δὲ λε', difficultate non caret, & ſignificat, triceſimum quintum Ariſtophanis drama eſſe iſtud, cui titulus Ορνιθες. De quo vt conſtet, obſeruandum eſt, ante annum tertium Olympiadis nonageſimæ tertiæ, qui Prætorem habuit Calliam, Comicos nonniſi ter quotannis fabulas docuiſſe, Panathenæis, quorum fuiſſe Ολύμπια, τὸν Αθήνησιν ἀγῶνα, ſuſpicamur, ex eo quòd drama *Veſpas* docuit Ariſtophanes ἐν τῇ πόλει Ολυμπίων. Commiſiſſe quoque Liberalibus Lenæis, & Liberalibus τοῖς κατ' ἄστυ. Primum autem ſuum drama docuit Ariſtophanes, Diotimo Archonte, anno primo Olympiadis octageſimæ octauæ, Liberalibus

τοῖς

τοῖς κατ' ἄςυ. Non plures igitur hoc anno fabulas docuit Ariſtophanes hâc vna : celebrata enim fuerant iam ante huius anni Panathenæa, & Lenæa Liberalia: Reſtant huius Olympiadis tres anni, quibus ſingulis nulli dubitamus, tres fabulas, pro cęterorum Comicorum more, doctas fuiſſe ab Ariſtophane. Ergo intra Olympiadem octageſimam octauam fabulas decem edidit: adde Olympiades duas, octageſimam nonam, & nonageſimam: conſtabit intra has duas Olympiades acta fuiſſe dramata viginti quatuor: rurſum denique numerandæ ſunt fabulæ primorum duorum annorum Olympiadis primæ ſupra nonageſimam, Ὄρνιθες fabula, quæ Liberalibus τοῖς κατ' ἄςυ acta eſt, hoc eſt, vltima earum trium, quæ commiſſæ ſunt anno ſecundo Olympiadis nonageſimæ primæ, hęc, inquam, fabula erit ſexta earum, quæ actæ ſunt intra hos duos primos annos Olympiadis nonageſimæ primæ. Atque ex his omnibus exurget numerus fabularum quadraginta, quas ab anno primo Olympiadis octageſimæ octauæ ad annum ſecundum Olympiadis nonageſimæ primæ, vtroque termino incluſo, editas fuiſſe ab Ariſtophane colligere eſt : Fuit igitur drama, Ὄρνιθες, quadrageſimum. Atqui veteres Critici numerant tantùm, λε, triceſimum quintum. Ergo non veniunt in hunc cenſum, id eſt, non numerantur tanquam nouum drama, Νεφέλαι δεύτεραι, quæ actæ ſunt anno ſecundo Olympiadis octageſimæ nonæ, ſed idem drama eſſe cenſentur cum ταῖς προτέραις Νεφέλαις, quæ commiſſæ ſunt anno primo Olympiadis octageſi-

mæ nonæ, vt certè αἱ δεύτεραι Νεφέλαι nihil aliud erant, quàm τῶν προτέρων recentatio. Rurſum drama Σφῆκες bis actum eſt eodem anno, qui ſecundus erat Olympiadis octageſimæ nonæ, prius quidem cùm celebrarentur Athenis Olympia, poſterius verò Lenęis Liberalibus. Quare anno ſecundo Olympiadis octageſimę nonę nonniſi vnum drama, Σφῆκες, imputandum eſt: neque enim altera *Veſparum* editio, aut τῶν δευτέρων Νεφελῶν commiſſio recenſendę ſunt. Conſtabit igitur drama Σφῆκας triceſimum octauum eſſe ab Ariſtophane commiſſum nouum, non interpolatum, aut iteratum. Atque hic numerus reponendus eſt: ἔστι δὲ λη'. Faciliſque fuit lapſus propter eundem ſonum τοῦ η in δε.

Plutus *fabula quando & quo ſucceſſu acta.*

CAPVT XI.

ΠΛΟΥΤΟϹ.

ARGVMENTVM huius dramatis notum eſt, extat quippe; ſed non tempus, quo productum eſt. Nos non dubitamus illud editum fuiſſe ab Ariſtophane anno quarto Olympiadis nonageſimæ ſecundæ, Prętore Athenis Diocle: Nam obſeruant veteres Magiſtri hoc verſu,

Ἐρᾷ δὲ Λαῒς οὐ διά σε Φιλωνίδου;

Poëtam illius Laïdis ſcorti famoſiſſimi non meminiſſe, (vnde emendandum cenſet Athenęus ἐρᾷ

δὴ Ναΐς.) ſed cuiuſdam cognominis, quia cùm hanc fabulam doceret Comicus, erat tantùm annorum quatuordecim: Nam Chabria Archonte, quando capta eſt, ſeptennis erat Laïs: anno autem ſeptimo à Chabriæ Prętura Reipublicæ pręfuit Archon Diocles: Ergo Diocle Archonte annos erat tantùm nata quatuordecim. Illud docent Faſti: Anno ſecundo Olympiadis nonageſimæ primæ Prętor eſt Chabrias; anno verò quarto Olympiadis nonageſimæ ſecundæ Pręturam geſſit Athenis Diocles. Hoc ſcribunt veteres Magiſtri: ληφθῆναι γὰρ φασὶν τὴν Λαΐδα ἐν Σικελίᾳ πολιχνίου τινος ἁλόντος ὑπὸ Νικίου ἐπλέτιν, ὠνηθῆναι δὲ ὑπὸ Κορινθίου τινός, καὶ πεμφθῆναι δῶρον τῇ γυναικὶ εἰς Κόρινθον, ἵνα δὴ ἐπὶ Χαβρίου τις ταῦτα γενέσθαι δῷ, ὅτε δὴ ἐστράτευον οἱ Ἀθηναῖοι ἐν Σικελίᾳ· ἔστι δὲ ἕως Διοκλέους ἔτη ιδ΄. Præterea docent anno retro viceſimo antequam doceretur ὁ δεύτερος Πλοῦτος, actum fuiſſe τὸν πρότερον. Atqui Antipatro Prætore τὸν δεύτερον in ſcenam produxit, à quo ad Dioclem anni ſunt retro viginti: Nam Diocles Prætor fuit anno quarto Olympiadis nonageſimæ ſecundæ; Antipater verò præfuit. Archon anno quarto Olympiadis nonageſimæ ſeptimæ: δῆλον οὖν ἐκ τοῦ ἐν δευτέρῳ φέρεσθαι, ὃς ἔσχατος ἐδιδάχθη ὑπ' αὐτοῦ εἰκοστῷ ἔτει ὕστερον· εἰ μὴ ὅπερ εἰκὸς ἐκ τοῦ δευτέρου τοῦτο μετενήνεκται· ἐκεῖ γὰρ ὀρθῶς ἔχει. ἤδη γὰρ ὁ Κορινθιακὸς πόλεμος συνέστη τρισὶν ἢ τέτρασιν ἔτεσι (quod omnino verum non eſt, nam quinquennio ante, hoc eſt, anno tertio Olympiadis nonageſimæ ſextæ, Eubulide Archonte, aſſignatur à Diodoro Siculo, alijs, ἡ ἀρχὴ τοῦ Κο-

Digitized by Google

ελληνικοῦ πολέμου.) πρότερον τοῦ Αντιπάτρου, ἐφ᾽ οὗ ἐδιδάχθη. Adde quod narrat Græcus Interpres, præcedenti, antequam doceretur hoc drama, anno, τὴν βουλὴν κατὰ τὸ γράμμα τότε πρῶτον καθέζεσθαι. Quod accidit, vt idem è Philochoro refert, Glaucippo Athenis Prætore, anno tertio Olympiadis nonageſimæ ſecundæ, is enim annus hunc habuit Prætorem: ὅτι δὲ κατὰ γράμματα ἐκληρώθη, προείρηται. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐβουλεύοντο οὗτοι τῷ πρὸ τούτου ἔτει ἀρξάμενοι. Φησὶ γὰρ ὁ Φιλόχορος ἐπὶ Γλαυκίππου καὶ ἡ βουλὴ κατὰ τὸ γράμμα τότε πρῶτον ἐκαθέζετο. Ita hunc locum in noſtra Atticarum Legum Synagoge emendabamus, ibidémque illuſtrauimus. Quare anno quarto Olympiadis nonageſimæ ſecundæ, Archonte Diocle, exhibitum eſt hoc drama. Atque hæc de anno; Sequitur, vt de feſto, quo editum eſt, inquiramus. Atque id Lenęis quidem Liberalibus non docuit Ariſtophanes: *Lyſiſtratam* enim hoc anno Lenęis commiſit, neque item Dionyſijs τοῖς κατ᾽ ἄστυ, ijs quippe produxit Θεσμοφοριαζούσας. Antheſterijs nondum licuit per Leges. Reſtat igitur, vt ediderit Ariſtophanes hoc drama Panathenęis, quod ab illo factum, ſed infelici ſucceſſu; itaque illud recentauit, iterumque τοῦ δευτέρου Πλούτου titulo, de quo nos, θεοῦ διδόντος, ſuo ordine, edidit.

Digitized by Google

Lyſiſtrata *Comici quando producta.*

Capvt XII.

ΛΥCΙCΤΡΑΤΗ.

Extat fabula, productáque eſt anno quarto Olympiadis nonageſimæ ſecundæ, vt in ſuperioribus diximus, Prætore Athenis Diocle, Dionyſijs Lenęis. Id vt ſuſpicemur faciunt Poëtæ verba, qui in Chori perſona Lacedęmonios adhortatur, vt pacem ineant atque fœdus feriant cum Athenienſibus, antequàm illos fundat & perdat Ἑρμοκοπίδης Alcibiades:

Εἰ σωφρονεῖτε, θοἰμάτια λήψεσθ', ὅπως
Τῶν Ἑρμοκοπιδῶν μή τις ὑμᾶς ὄψεται.

Alcibiadem enim intelligit, qui eo anno quarto Olympiadis nonageſimæ ſecundæ in gratiam cum ſuis Athenienſibus redijt, ac feliciter aduerſùs Lacedęmonios manu rem geſſit: quo eodem anno etiam Pylus obſidebatur à Lacedęmonijs, erátque ſeptimus obſidij menſis ille, quo doctum eſt hoc drama:

Ὁ δ' ἐμός γε τελέους ἑπτὰ μῆνας ἐν Πύλῳ.

Septimus ille menſis erat belli ad Pylum: Nam cùm ſub finem Prętura Glaucippi, τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, vt loquitur Thucydides, circa Thargelionem menſem, eſſent in armis Athenienſes, & τὴν ἔξοδον pararent, ac vniuerſæ circa Helleſpontum copiæ morarentur, Lacedęmonij infeſto exercitu Pylum petunt, & tandem expugnant. Septem autem menſes ſunt

ab hac ἐξόδῳ ad menſem Poſideonem, quo celebrantur Lenæa Liberalia, quibus commiſſum eſt hoc drama. Erat item quartus à profectione in Thraciam;

> Ὁ γοῦν ἐμὸς ἀνὴρ πέντε μῆνας, ὦ τάλαν,
> Ἄπεστιν ἐπὶ Θρᾴκης.

Nam cùm profectus eſſet τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, vt iam diximus, cum triginta nauibus & magna armatorum manu Thraſybulus, Epheſum tranſmittit, vbi καρτερὰν συνέβη μάχην συστῆναι, poſteà in Thraciam miſſus eſt circa Hecatombęonem, Archonte iam Diocle, vt regionis illius vrbes imperio Athenienſium ſubijceret: Ab Hecatombęone autem ad Poſideonem quinque menſes ſunt.

Theſmophoriazuſæ *fabula quando acta, & quo ſucceſſu. Ea recentata eſt: Ælianus emendatus.*

CAPVT XIII.

ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΑΙ.

EXTAT hæc fabula, actáque eſt, meâ ſententiâ, Dionyſijs, indicio eſt primus fabulæ verſus:

> Ὦ Ζεῦ, χελιδὼν ἆρά ποτε φανήσεται;

& paullo poſt de Agathone Poëta Tragico:

> Ευ. Ἀγάθωνά μοι δεῦρ' ἐκκάλεσον πάσῃ τέχνῃ.
> Θε. Μηδὲν ἱκέτευ', αὐτὸς γὰρ ἔξεισιν τάχα·
> Καὶ γὰρ μελοποιεῖν ἄρχεται. χειμῶνος οὖν
> Ὄντος κατακάμπτειν τὰς στροφὰς οὐ ῥᾴδιον
> Ἢν μὴ προΐῃ θύραζε πρὸς τὸν ἥλιον.

Digitized by Google

Optimè hæc illi anni tempeſtati conueniunt: Elaphebolione namque menſe, pręcipitata iam hyeme, vere nouo imminente dicuntur. Atque hæc de feſto, iam verò de anno, quo producta eſt in ſcenam fabula, agamus. Qua in re etiam nos deſtituunt veteres. Videamus tamen, ſi quid coniecturâ valemus aſſequi. In anno necis Socratis aſſignando non eadem eſt & conſtans veterum opinio. Alij enim, quæ pars maior eſſe videtur, Socratem ſeptuagenarium volunt ſupremum obijſſe diem, τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἐνενηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος, vt loquitur Apollodorus in Chronicis, id eſt, Olympiade nonageſima quinta, Prætore Athenis Lachete. Quidam verò Socratis necem conferunt in annum tertium Olympiadis nonageſimæ ſecundæ, qui Prætorem habuit Glaucippum : Nam ex illorum ſententia Socrates annos natus ſexaginta iuit illuc, vnde negant redire quenquam. Atqui annus Socratis ſexageſimus incidit in Præturam Glaucippi, ſiue annum tertium Olympiadis nonageſimæ ſecundæ. Quàm verum id ſit, iam non diſputamus : Hoc tamen vnum conſtat, literis eſſe proditum à quibuſdam, Euripidem Socratis necem grauiter, vt par erat virum amiciſſimum, tuliſſe : itaque Palamedem ſuam cùm doceret, hæc verba in ea fuiſſe pronuntiata :

Ἐκάνετ' ἐκάνετε τὰν πάνσοφον, ὦ Δαναοὶ,
Ταν οὐδὲν ἀλγυνοῦσαν ἀηδόνα μουσᾶν.

Quæ verba, vbi ſpectatores, cur dicerentur, intellexiſſent, toto theatro lacrymas fuderunt. Palamedem autem commiſit Euripides Olympiade illa, qua Exæ-

netus Acragantinus ſtadio vicit, vt refert Ælianus variæ Hiſtoriæ Lib. II. cap. VIII. Olympiadis numerus corruptus eſt. Viri eruditiſſimi emendant, κατὰ τὴν πρώτην καὶ ἐνενηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος στάδιον. Habent emendationis ſuæ fundum Anonymum in deſcriptione Olympiadum ad Olympiadem nonageſimam primam. Sed longè falluntur, meo iudicio. Bis ſtadium vicit Exænetus, Olympiade nonageſima prima, & ſequenti nonageſima ſecunda: Ælianus autem annum, quo Palamedem docuit Euripides, ſolo Olympionicæ Exæneti, non etiam τοῦ Ἄρχοντος ἐπωνύμου, nomine ſignat. Quare, cur ad priorem potius Exæneti victoriam, quàm ad poſteriorem, hæc referri debeant, cauſæ quid ſit non video. Quin contra, ita cenſeo: Olympiadis nonageſimæ ſecundæ, καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος στάδιον τὸ δεύτερον, anno tertio, Archonte Glaucippo, Euripides Palamedem ſuam commiſit cum Xenocle. Quia namque Glaucippo Archonte eam fabulam produxit in ſcenam Euripides, hinc factum, vt illi, (ſi enim ante hunc annum acta eſſet, ijs ſua non conſtaret ratio) qui eodem Archonte Glaucippo Socratem veneno ſublatum ſcribunt, hac fabula Euripidem decoraſſe Socratem lacrymis, planctuſque feciſſe laudatis iam à nobis verbis, item ſcribant. Quare reponendum exiſtimo apud Ælianum, κατὰ τὴν δευτέραν καὶ ἐνενηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος στάδιον, reſtituendamque loco ſuo, ad annum ſcilicet tertium Olympiadis nonageſimæ ſecundæ, notam illam Anonymi in Deſcriptione Olympiadum,

piadum, quæ legitur hodie ad Olympiadem nonageſimam primam: ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης, &c. His diſputatis, ſciendum eſt Ariſtophanem hoc dramate Euripideæ Palamedis meminiſſe, quaſi anno quarto actæ: Ergo edidit hoc drama Ariſtophanes anno quarto Olympiadis nonageſimæ ſecundæ, Prætore Athenis Diocle. Imitaturum ſe quoque nouam fabulam *Helenam* pollicetur Comicus: Euripidis autem *Helena* acta nobis videtur anno quarto Olympiadis nonageſimæ ſecundæ, Archonte Diocle, tum quia anno poſt editionem *Palamedis* acta eſt, cùm etiam quia notant veteres Critici in ſuis Didaſcalijs, ἐπὶ Ἄρχοντος Διοκλέους Εὐριπίδης τὸν Ὀρέστην ἐδίδαξε. Eodem anno *Helenam*, affinis cum *Oreſte* argumenti, commiſiſſe ſuſpicamur: Ratio eſt, quia quæ toto docebantur anno Tragicorum dramata, & τετραλογίαν ſiue τριλογίαν vnam conficiebant, hypotheſes cognatas habebant. Sic anno in ſcenam produxit Euripides Ἀλέξανδρον, Παλαμήδην, Τρώας, καὶ Σίσυφον Σατυρικὸν, ita horno docuit *Helenam* & *Oreſtem*, anno ſcilicet quarto Olympiadis nonageſimæ ſecundæ; quo etiam hoc ſuum drama docuit Ariſtophanes: Nam, τὴν καινὴν Ἑλένην μιμήσομαι, inquit; hoc eſt, *Helenam* fabulam laudat, quaſi eodem anno editam, ſed paulo ante quam hoc drama committeret Comicus. Quod factum infelici ſucceſſu; itaque recentauit, iterúmque edidit hac epigraphe:

ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΑΙ ΔΕΥΤΕΡΑΙ.

LAVDANT Athenæus, Pollux, Harpocration, Suidas, alij. Sed de eius appellatione diuerſum ab alijs ſentiebat apud Dipnoſophiſtam Lib. I. Demetrius Trœzenius, ὅτι Ἀριστοφάνους τὰς δευτέρας Θεσμοφοριαζούσας Δημήτριος ὁ Τροιζήνιος Θεσμοφοριασάσας ἐπιγράφει. Nimirum drama prius Θεσμοφοριαζούσας, *Cereris feſtum celebrantes*, poſterius Θεσμοφοριασάσας, *Quæ feſtum Cereris celebrarunt*, voluit inſcribi; videtúrque hic Criticus exiſtimaſſe, quam vulgo τὰς δευτέρας Θεσμοφοριαζούσας vocabant, nouam planè fuiſſe fabulam, non prioris emendationem.

Fabula Ranæ, *quando, & quo euentu, edita. Ariſtophani lux. Scholiaſtes emendatus.*

CAPVT XIV.

ΒΑΤΡΑΧΟΙ.

EXTAT hoc drama, quod docuit Ariſtophanes Olympiadis nonageſimæ tertiæ anno tertio, Callia Athenis Prætore, Liberalibus Lenæis. Veteres Didaſcaliæ: ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα Βάτραχοι ἐπὶ Καλλίου Ἄρχοντος τοῦ μετ' Ἀντιγένη ἐπὶ Ληναίῳ. Eodem anno, quo Athenienſes nauali prælio ad Arginuſas Lacedæmonium Imperatorem Callicratidem vicerunt, vt refert Diodorus Siculus Lib. XIII. & Xenophon Ἑλληνικῶν

Lib. I. Neque audiendus eſt Anonymus in Deſcriptione Olympiadum, qui hanc victoriam Athenienſium confert in annum quartum Olympiadis nonageſimæ tertiæ, Archonte Alexia. Græcus Comici Interpres videtur adſcribere hanc victoriam anno ſecundo Olympiadis nonageſimæ tertiæ præcipitato Archonte Antigene: Sed corrupta & luxata ſunt eius verba ad hæc Xanthiæ:

Τί γὰρ ἐγὼ οὐκ ἐναυμάχουν.

Πρὸς τοὺς χρόνους, ὅτι τῷ προτέρῳ ἔτει ἐπὶ Ἀντίνου, ὅτε περὶ Ἀργίνουσαν ἐνίκων ναυμαχίᾳ. οἱ Ἀθηναῖοι συμμαχούντων δούλων. προσκακωθέντες ἄλλαις ναυμαχίαις, οὓς ἠλευθέρωσαν. Reſcribendum eſt: *πρὸς τοὺς χρόνους, ὅτι τῷ προτέρῳ ἔτει ἐπὶ Ἀντιγένους, ὅτε περὶ Ἀργίνουσαν ἐνίκων ναυμαχίᾳ οἱ Ἀθηναῖοι (προσκακωθέντες ἄλλαις ναυμαχίαις) συμμαχούντων δούλων, οὓς ἠλευθέρωσαν.* Atque ita quoque legendum eſt apud Suidam in *οἴμοι*. Exiſtimabat fortè Interpres non poſſe hæc commodè diuidi temporibus, ſi Callia Archonte viciſſe dicerentur Athenienſes: Sed nihil eſt hac in re incommodi: Nam prælium commiſſum eſt, ſiue vertente Antigenis Prætura, ſiue ineunte Præturam Callia, æſtate noua; Hoc verò drama docuit Ariſtophanes imminente hyeme: Ad iſta quoque ſpectant quæ leguntur eodem dramate;

Καὶ γὰρ αἰσχρόν ἐστι τοὺς μὲν ναυμαχήσαντας μίαν
Καὶ Πλαταιᾶς εὐθὺς εἶναι, κἀντὶ δούλων δεσπότας.

Alludit ad Platæenſes ciuitate olim donatos, qua de re plebiſcitum legitur apud Demoſthenem aduerſùs Neæram: Sed iſta non viderat Criticus Calli-

ſtratus, qui Ariſtophanis dramata recenſuerat. Optimè Hellanicus obſeruauit τοὺς συνναυμαχήσαντας δούλους ἐλευθερωθῆναι, καὶ ἐγγραφέντας ὡς Πλαταιεῖς συμπολιτεύσασθαι αὐτοῖς. Placuit maximè hoc dramate Comicus, vicítque in hac cum Phrynicho & Platone commiſſione ἐπεγράφη καὶ ἐνίκα Ἀριστοφάνης Βατράχοις. Φρύνιχος δεύτερος Μούσαις. Πλάτων τρίτος Κλεοφῶντι. Narrat Dicæarchus Ariſtotelis diſcipulus in Didaſcalijs, ita gratum & acceptum populo fuiſſe hoc drâma, vt iterum ederetur. eius verba ſunt: οὕτω δὲ ἐθαυμάσθη τὸ δρᾶμα Βάτραχοι, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ παράβασιν, ὥστε καὶ ἀνεδιδάχθη.

Concionantes *fabula quando in ſcenam producta.*
Philochorus emendatus.

Capvt XV.

ΕΚΚΛΗCΙΑΖΟΥCΑΙ.

Extat fabula, editáque eſt anno quarto Olympiadis nonageſimæ ſextæ, Prætore Athenis Demoſtrato, vt liquido poteſt demonſtrari è Philochoro, qui biennio ante huius fabulæ editionem vult ictum fuiſſe fœdus inter Athenienſes & Bœotos, quò referuntur hæc Ariſtophanis;

Τὸ συμμαχικὸν αὖ τοῦθ᾽ ὅτ᾽ ἐσκοπούμεθα,
Εἰ μὴ γένοιτ᾽ ἀπολεῖν ἔφασκον τὴν πόλιν.

Scholiaſtes: περὶ τοῦ Συμμαχικοῦ Φιλόχορος ἱστορεῖ, ὅτι πρὸ δύο ἐτῶν ἐγένετο συμμαχία Λακεδαιμονίων καὶ Βοιωτῶν.

Corrigendum eſt', Ἀθηναίων καὶ Βοιωτῶν. Inita eſt hæc belli ſocietas inter Athenienſes & Bœotos anno ſecundo Olympiadis nonageſimæ ſextæ, Diophanto Archonte: Diodorus Siculus Lib. XIIII. ἐπὶ Διοφάντου ἄρχοντος Ἀθήνησι Βοιωτοὶ καὶ Ἀθηναῖοι, πρὸς δὲ τούτοις Κορίνθιοι καὶ Ἀργεῖοι συμμαχίαν πρὸς ἀλλήλους ἐποιήσαντο. Neque euentus belli tam proſperè, quàm rebantur, illis ceſſit. Comicus noſter;

Ὅτε δή γ' ἐζήτει' (τὸ συμμαχικὸν ſcilicet)
ἤχθοντο.

Nam cùm ad Nemeam fluuium manus conſeruiſſent, plures Athenienſium Bœotorúmque, quàm Lacedæmoniorum, milites deſiderati ſunt. Anno verò ſequenti, tertio Olympiadis nonageſimæ ſextæ, Eubulida Athenis Prætore, cùm Corinthij, vt refert Diodorus, inter ſe diſſiderent, atque ſeceſſionem facerent, vtrinque eſt dimicatum inſtructa acie, ſed fuſi ſunt Bœoti, eorúmque σύμμαχοι, meminit Ariſtophanes.

Κορινθίοις ἄχθεσθε.

Ἦσαν γὰρ διάφοροι, diſſidebant enim, inquit Græcus Interpres. Atque hinc patet productum fuiſſe hoc drama anno quarto Olympiadis nonageſimæ ſextæ, Demoſtrato Athenis Prętore, idque Panathenæis, quæ peragebantur Hecatombæone menſe, in quo Πρυτάνεις καὶ Ἄρχοντες ſemper ſuas Πρυτανείας & Magiſtratum inibant. Itaque toto hoc dramate de ordinanda Republica anni illius, qui iam vertebat, agitur, habetúrque ἡ κυρία ἐκκλησία, quaſi eſſet illa, quæ cogebatur ſtata die, Hecatombęonis εἰδεκάτῃ.

Pręterea hęc ad Panathenæorum pompam, ἐν ῇ οἱ γέροντες θαλλοὺς ἔχοντες ἐπόμπευον, referri debent:

Κόμιζε τοὺς θαλλοὺς καὶ καθίζη πλησίον.

Meminit etiam Scirorum, quaſi paullo antè præceſſiſſent, quod verum eſt: Nam agebantur die duodecimo menſis Scirchophorionis, qui Hecatombæonem præcedebat, vbi vult agitata fuiſſe à mulieribus conſilia de occupanda per fraudes Republica.

Αἰθ᾽ ὦν συνοίσετ᾽ καὶ τὰ νῦν βουλεύματα,
Ὅσα Σκίροις ἔδοξε ταῖς ἐμαῖς φίλαις.

Demum, quia Hecatombæone menſe Μετοικέσια feſtum celebrabatur, & inquilini ἐνοίκιον pendebant, migrabántque ex ædibus in alias, cùm videret neſcio quis vaſa quæ efferrentur, petit an migret in alias ædes.

Τί τὰ σκευάρια ταυτὶ βούλεται;
Πότερον μετοικιζόμενος ἐξενήνοχας
Αὐτά;

Secundus Plutus *drama, quando actum*. Plutus *fabula quæ extat multa habet è priore & poſteriore Pluto. Philochorus correctus.*

Caput XVI.

ΠΛΟΥΤΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

AD annum quartum Olympiadis nonageſimæ ſecundæ actum eſt à nobis de priori huius dramatis commiſſione: Quod cùm non ſtetiſſet, iterum

Digitized by Google

edidit à ſe recentatum Ariſtophanes hoc titulo. Edidit autem anno demum viceſimo poſt priorem editionem, Prætore Athenis Antipatro, anno quarto Olympiadis nonageſimæ ſeptimæ. Scholia verbis in ſuperioribus laudatis: δῆλον δὲ ἐκ τοῦ ἐν τῷ δευτέρῳ φέρεσθαι· ὃς ἔσχατος ἐδιδάχθη ὑπ' αὐτοῦ εἰκοστῷ ἔτει ὕστερον. Anonymus in Deſcriptione Olympiadum ad annum quartum Olympiadis nonageſimæ ſeptimæ Antipatro Archonte Πλοῦτος Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθη. Didaſcaliæ veterum Criticorum: ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἄρχοντος Ἀντιπάτρου ἀνταγωνιζομένου αὐτῷ Νικοχάρους μὲν Λάκωσιν, Ἀριστομένους δὲ Ἀδμήτῳ, Νικοφῶντος δὲ Ἀδώνιδι· Ἀλκαίου δὲ Πασιφάῃ. Docuit autem hanc fabulam, τὸν δεύτερον Πλοῦτον, Ariſtophanes, cùm iam eſſet vetitum, Antimacho rogante, μὴ ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν τινά, &

Lex eſt accepta, Chorúſque
Turpiter obticuit, ſublato iure nocendi.

Cuius Chori partes præcipuè erant, λοιδορεῖν, τοὺς κακῶς πράττοντας διαβάλλειν, καὶ ὥσπερ δημοσίᾳ μάστιγι τῇ κωμῳδίᾳ κολάζειν. Itaque hic δεύτερος Πλοῦτος (etſi etiam prior, cuius hic δεύτερος διασκευὴ tantum eſt, inquiunt Magiſtri, ἐνεωτέριζε κατὰ τὸ πλάσμα. τήν τε γὰρ ὑπόθεσιν ὡς ἀληθῆ εἶχε.) propter hanc legem, vt obſeruarunt veteres Critici, Χορῶν ἐστέρηται Chorum non habet, vt neque Noua Comœdia omnis. Chorum tamen habebat ὁ πρῶτος Πλοῦτος, è quo multa etiam hodie leguntur, in quibus multi ὀνομαστὶ perſtringuntur. Vnde patet quod legitur hodie drama, multa præferre & habere, tum ἐκ τοῦ δευτέρου Πλούτου, cùm ἐκ τοῦ πρώτου. Neque hæc tantùm, quę de illius Choro ob-

Digitized by Google

ſeruauimus, id probant; ſed & alia: Nam hęc, vbi meminit belli Corinthiaci, cuius initia quinquennio tantùm antecedunt τὴν τοῦ δευτέρου Πλούτου διδασκαλίας,

Τὸ δ' ἐν Κορίνθῳ ξενικὸν οὐχ οὗτος τρέφει;

è poſteriori *Pluto* eſſe quis dubitet? Eſt & hic verſus è poſteriore quoque *Pluto*,

Μὴ μνησικακήσῃς, εἰ σὺ Φυλὴν κατέλαβες.

Mire hic ęſtuant Interpretes, ὅτι μετὰ τὸ κατελθεῖν τοὺς μετὰ Θρασυβούλου, Φυλὴν καταλαβόντας καὶ νικήσαντας ἐν Πειραιεῖ τοὺς Τριάκοντα, ψηφίσασθαι ἔδοξε μὴ μνησικακῆσαι ἀλλήλοις καθάπαξ τοὺς πολίτας, ἀλλὰ ταῦτά γε οὔπω ἐπέπρακτο, οὐδὲ τὸ ἐπὶ Τριάκοντα ἤδη ἦν. ἀλλὰ καὶ ὡς Φιλόχορος, πέμπτῳ ἔτει ὕστερον μάχεται μετὰ Θρασυβούλου γενομένου ἡ Κριτίας ἐν Πειραιεῖ τελευτᾷ. Sed hæc ſunt è poſteriore *Pluto*. Quare nulla hic ἀπορία. Philochori verba, quæ laudantur, inemendata ſunt: Reſcribo, ὀγδόῳ ἔτει ὕστερον μάχης τῆς μετὰ Θρασυβούλου γενομένης Κριτίας ἐν Πειραιεῖ τελευτᾷ. Docet è Philochoro Interpres meminiſſe Thraſybuli atque Critiæ, è Triginta Tyrannis vnius occiſi in Piræo, non poſſe: Hæc enim contigerunt anno quarto Olympiadis nonageſimæ quartæ, Archonte Exæneto, vt referunt Hiſtorici. Atqui priorem *Plutum* docuit πέμπτῳ ἔτει ante, inquit. Sed malè. Error ortus eſt è literis numeralibus, & facilis lapſus τοῦ η in τὸ ε. Octauo quippe ante hoc egregium Thraſybuli facinus anno, qui erat quartus Olympiadis nonageſimæ ſecundæ, Archonte Diocle, priorem *Plutum* in ſcenam produxit. Sed plura ſunt, puto, è priori: ita notat Scholiaſtes ad hunc verſum,

Ταύτης

Digitized by Google

Ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας,

Poëtam recentaſſe: δεῖ καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ μεταπεποίηται,

Τῆς συμφορᾶς ταύτης σε παύσειν, ἧς ἔχεις.

Ita etiam in poſteriore *Pluto* hunc verſum emendauerat, vt teſtantur Magiſtri, qui hodie ita legitur è priore,

O Ζεῦ μὲν οὕτω εἰδὼς τὰ τούτων μῶρ', ἐμ', εἰ.

Sed de his ſatis: ὁ δεύτερος Πλοῦτος poſtrema eſt fabularum Ariſtophanis ab ipſo editarum. Veteres Didaſcaliæ præfixæ huic dramati: τελευταίαν δὲ διδάξας τὴν κωμῳδίαν ταύτην Πλοῦτον ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι. Critici veteres ad ipſum drama: δῆλον δ' ἐκ τοῦ ἐν τῷ δευτέρῳ φέρεσθαι· ὃς ἔσχατος ἐδιδάχθη ὑπ' αὐτοῦ εἰκοστῷ ἔτει ὕστερον. E quibus liquet, annos ipſos quadraginta docuiſſe ipſum Ariſtophanem; primum quippe omnium ſuorum dramatum, *Datalænſes*, produxit, Diotimo Prætore, Olympiade octageſima octaua: poſtremum vero, hoc eſt, poſteriorem *Plutum*, anno quarto Olympiadis nonageſimæ ſeptimæ, Antipatro Archonte, commiſit.

SAMVELIS PETITI MISCELLANEORVM

LIBER II.

IN PLAVTVM OBSERVATIONES.

Punica POENOLI *exponuntur & illuſtrantur ex Actu V. Scena I. Deus* Ταῦ. *Megara Carthagine.* ἐλ. *Saturnus.*

CAPVT I.

QVÆ in Plauti POENVLO Punica leguntur, ea adeo corrupta ſunt, & male ſana, vt verè dici queat, Africam iſtam tot pæne lectionum monſtra adferre, quot ſunt verba. Expectabamus, qui illa debellarent, νέους Ηρακλέας. Sed ſpes noſtras cùm fruſtrentur viri eruditiſſimi, auſi ſumus, pro noſtro in literas tenerrimo adfectu, monſtra iſta inuadere, vtinam & expugnare quiti eſſemus; præſtitimus tamen quæ potuimus; meliora dabunt alij: nos interim hoc Catone contenti erimus. Punica Hannonis ora-

tio viri eſt rebus ſuis afflictiſſimis, modo ſpe, modo metu corrupti, ϗ ταῖς γνώμας διαφόρου: itaque nunc deſpondet animum, nunc aliquam proſperi ſucceſſus ſpem concipit. Eam nos orationem è Camerarij literarum iſtarum principis editione repræſentamus, additis, ſi quæ ſunt, ad oram variantibus lectionibus.

ACTVS V. SCENA I.

"NY thalonim ualon uth ſi corathiſima * conſith. *"al. Ythalonim. al. Nyethalonim. * comzeth. al. comſyth.*
Chym lach chunyth mumys tyalmyctibari imiſchi
Lipho canet hyth bymithij ad ædin bynuthij.
Byrnarob ſyllo homalonim uby miſyrthoho
Bythlym " mothyn noctothij nelechanti daſmachon. *" al. mothym.*
Yſſidele brim tyfel yth chylys chon, tem, liphul
Vth bynim " yſdibur thimo cuth nu Agoraſtocles *" yſdibut.*
Ythe manet ihy chyrſae " lycoeh ſith naſo *" lycoch.*
"Bynni id chil luhili gubylim laſibit thym *" Byuni.*
Bodyalyt herayn nyn nuys lym moncoth luſim
Exanolim uolanus ſuccuratim miſti atticum eſſe
Concubitum à bello cutim beant lalacant chona enus es
Huicc ſilec paneſſe athidamaſcon alem induberte felono buthume
Celtum comucro lueni, at enim auoſo uber " hent hyach Ariſtoclem *". beut*
Et te ſe aneche naſoctelia elicos alemus duberter mi comps ueſpiti
Aodeanec lictor bodes iuſſum limnimcolus.

Corruptiſſima iſta ſunt, confuſa, & indiſtincta. Sed ea nos emaculabimus, diſtinguemus, & interpungemus. Quanquam in his corrigendis multum nobis non permiſimus, ſed editæ lectionis veſtigia preſſimus, eáque nos ſemper ad veram ſcripturam quaſi manu deduxerunt. Nimium autem quantum errarunt imperiti librarij in appingendis vocalibus, vnde prima mali labes. Scripta quippe iſta erant ſine punctis vocalibus, vt & Hebræa ſiue Phœnicia omnia. Librarij verò vocales pro ingenij & eruditionis ſuæ modulo ſubſtituerunt, falſo ſæpius quàm factum vellem. Sunt autem reſcribenda Latinis primum literis, & diſtinguenda ad hunc modum, quibus Hebræa ſiue Phœnicia ſubiecimus.

Neth alonim, ualonoth, ſecor eth iſi macom ſoth:
Chyni lachchu, vultmimi. Sty almoth ibarti miſchi:
Liphoc anethy bymi Thu ad ædin, bymi Thu,
Byrna rob, ſyllo hom alonim, ubymi ſyr, tohu:
Bythym othynoth athu: nelech an, ta das machon?
E ſod elle? brum tyfeloth chyly, ſchontem li, phol
Eth banim. Ys diber noth co noth Agoraſtocles:
Vthemuna tehy chora, ſel ucoch, ſoth noſe,
Bynnu. Dehi li ihi gebulim, laſbit thumi:
Bady al ethe ra, ennyn, uaſlym mincoth uiſim
Et alonim ualonoth: ſeccarati miſti attic, umaſſe,
Conco biti miabel lo cuti nibe ani: lo laccu tehina,
anus-is.
Hoi ceſi, lec po, naſſe athid amas, con al emun
diber Teſelon, ob, uthume:
Cel tum: com ucra: lu enu: et oni mau oſe: ubar

banthy ach Ariſtoclem.

At, aſſena china ſot, el iacli, coſa lemun diber termi, cai:upſu aſpoti:

E od eanec lictor bo deſi aſſam limnim coles.

Hebraïce ſiue Phœnicie ita leguntur:

נֵט עֶלְיוֹנִים וְעֶלְיוֹנוֹת זְכוֹר אֶת־אִישֵׁי מָקוֹם זאת
חִינִי לַקְחוּ ותְמִימִי שְׁתֵּי עֲלָמוֹת עֲבַרְתִּי מִזְּהִי
לִיפֹּק אֲנִיתִי בִימִי תָּהוּ עַד עֶדֶן בִּימִי תָּהוּ
בִּרְנָה רַב שֶׁלוּ הוּם עֶלְיוֹנִים וּבִימֵי שִׁיר תהו
בְּתוּלִים עוֹטְנוּת אִתּוֹ נֵלֵךְ אִן תָּא דָשׁ מָקוֹם
אִי שׁוֹד אֱלָא בְרוֹם הַפְּלוּת חִילִי שֶׁחָנְטֶם לִי פְּעוֹל
אֶת־בָּנִים אִישׁ דִּבֵּר נְוֹות כֹּה נְוֹות Agoraſtocles
וְהַמּוּנָה תְּהִי קוֹרְאָה שֶׁאָל וְהֹק זאת נֹשֵׂא
בֵּינֵנוּ דְחִי לִי יְהִי לִי גְבוּלִים לַשְׁבִית תְּמִי
בַּדֵּי אֶל אֶתְעֶה רַע אֳנִין וְאַשְׁלִים מִנְחוֹת וְאִשִּׁים
אֶת־עֶלְנִיוִים וְעֶלְיוֹנוֹת שֶׁקְּרָאתִי מְעַשְׁתִּי עָתִיק וּמַעֲשֶׂה
חֶנְכוּ בֵיתִי מֵאֵבֶל לוֹ קוֹטְתִי נִבָּא אֲנִי לֹא לַקְחוּ תְּחִנָּה אֱנוֹשׁ אִשׁ
הוֹי חָסִי לֵךְ פֹּה נַשָּׂא עָתִיד עַמַּס כּוּן עַל אֵמוּן דִּבֵּר תָּהוּ עֶלְיוֹן אוֹב וְתוֹמֵה
קֹל תּוֹם קוֹם וּקְרָא לוֹ עָנוּ אֵת עוֹנִי מֵאָב חוֹסֶה וּבַר בְּנָתִי אֶח Ariſtoclem
הֵט אַזְנָה קִינָה זאת אֵל יַעֲלִי חוֹשָׁה לְאֵמוּן דִּבֵּר תְּרָמִי הַי וּפְסוּ אַשְׁפּוּתַי
הָא עוֹד אֶעֱנַק לְקִטוֹר בּוֹ דִשִׁי אָסַם לְמָנִים קוֹלֵס ׃

Latinè ita reddas licet;

Inclinate & aduortite, ô DI Deæque, quorum ſub numine viri huius ciuitatis ſunt:

Deprecationem & integritatem meam accipite. Duas filias generaui, robur meum:

Digitized by Google

Fato impulſus feci vt irent ſingulis Deorum diebus feſtis ad hortos,

Cum gaudio multo, quod conturbauit Deus, & in die cantici fuit vacuitas:

Puellæ ſurreptæ abierunt: Quonam ibo thalamos omnes calcans?

Vbi eſt qui illas rapuit?vt tollam ineptitudines doloris mei, quas quaſi fructus producit mihi gignere & educare

Liberos. Dixerũt hic pro certo habitare Agoraſtoclẽ:

Eſt hoſpitalis teſſera, Saturni imago, (hanc fero)

Inter nos: Eſto aliquis finis itineris mei, quo tandem integritati meæ requies concedatur:

Ne ſolus,& miſer,afflictuſq; errem huc illûc, quin potius inliberis meis innouer, & rependam dona & oblationes

Dis Deabuſque, quos inuocaui conſultores, & adiutores mihi,

Ad luſtrandã domũ meam à dolore,quo affectus ſum cum illos laudarem.Sed orationem non acceperũt; afflictiſſimuſq; ſum & animum deſpondeo.

O ſpes mea,huc veni: & qui me cumque manet labor, perferre facito,animos ſume à veritate oraculi & reſponſorum Dei Ταῶ, à diuinationibus, & oſtentis, prodigijſque:

Numero adimplere:erige te, & precare:Vtinam exaudiant: faceſſat dolor à patre religioſo,& dignoſcam fratris filium Ariſtoclem:

Attente audi lamentationem iſtam, Deus mea potentia,feſtina ad veritatem verbi exaltationis meæ,

Digitized by Google

ô Deus, & ceſſabunt ſterquilinia mea.
Ecce deinceps de meis facultatibus honorem habebo,
ſacrificans far DIs omnibus, & laudans.

Sed iam ſingulorum rationes ſunt aperiendæ & expendendæ. I. Vir CL. & eruditiſſimus Ioh. Seldenus IC. in ſuis libellis de DIs Syris ita legebat:

נְא אֶת־עֶלְיוֹנִים וְעֶלְיוֹנוֹת שֶׁקְּרָא אוֹתָם מְקוֹם הַזֹּאת׃

Id eſt: Obſecro ſuperos ſuperaſque, quibus contigit locus iſte. Verum longè nimis recedit à veſtigijs editæ lectionis. Reſcripſimus itaque, vt hic habes, quæ plane reſpondent iſtis Hannonis verbis Latinis:

Deos Deaſque veneror, qui hanc vrbem colunt.

נֵט vel etiam נְט, quod non eſt ſine exemplo, à נטה: excidit ה, vt in futuro eiuſdem coniugationis, & in Imperatiuo Hiphil. נטה *inclinare* ſignificat, & in Sacris paſſim, vt in Libro Pſalmorum, Deus hac voce compellatur. Eleganter autem verbum iſtud ſingulare cum nominibus pluralis numeri, עליונים ועליונות conſtruitur, (cuius conſtructionis exempla, ὅσπ κόνις, in Biblijs leguntur.) atque ita diſtributio ſiue partitio, vt obſeruant Grammaticorum filij, notatur, & generatim omnes, atque ſpeciatim ſinguli DI Deæq́; hoc loquendi modo inuocantur. Sequitur de Dijs Calydoniorum tutelaribus, quod venuſtiſſimum eſt, זכור את־אישי מקום זאת Vos veneror, inquit, qui memoria καὶ ἐπονομασία Calydoniorum eſtis. Vbi Deus inuocatur & colitur, poſuiſſe memoriam nominis ſui dicitur. Exodi XX. 24. מזבח אדמה תעשה לי וזבחת עליו את עלתיך ואת שלמיך בכל המקום אשר אזכיר את שמי Seniores LXX. vertunt, vbi ἐπονομάσω.

Ita hoc ſenſu Calydoniorum Dij dicuntur זכור illorũ, quia illic הזכירו את שמם. Dixit autem זכור *ἀντὶ τοῦ* זְכַר Infinitiuus pro nomine, vt factum ſæpe in Sacra pagina. זכור את אישי eadem conſtructione, qua apud Eſaiam VIII. 6. ומשוש את־רצין dicitur, & ſexcenta huiuſmodi.

II. Deos orat, vt deprecationem ſuam acceptam habeant, & integritati ſuæ præmium reponant : חין *deprecationem* ſignificat, vt apud Iobum XLI. 3. Hactenus Deos compellauit Hanno. Sequitur narratio. Duas puellas עברתי *generaui*. Hoc ſenſu vox iſta vſurpatur Iobi XXI. 10. Eleganter autem filias ſuas, quas habebat duas tantum, non vllam maſculam prolem, vt conſtat ex ipſo dramate, robur ſuum, & vires ſuas appellat, qui loquendi modus eſt paſſim obuius, hinc etiam *ἶνις* apud Euripidem de filia.

III. Liphoc ליפק quaſi ex יפק, cuius cognatum thema פוק ſæpius occurrit in Biblijs, atque forte inde reſcribendum eſt לְפוּק *Laphoc*, quod idem eſt. Thu eſt Ταῦ תַּהוּ, quem Phœnices, vt auctor eſt Philo Byblienſis ex Sanchoniathone Berytio apud Euſebium *εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς* Lib. I. primum Deorum fuiſſe contendunt, quem Ægyptij vocauerunt *Thoth*, Græci Ἑ*ρμῆν*. Τ*άαυτος* dicitur Philoni, qui Phœnicia lingua nuncupatur Τ*αῦ*, quod Hebræorum eſt תַּהוּ ſicut Β*αῦ* ex בהו fecerunt, qua voce noctem à Phœnicibus ait deſignari. Dei autem iſtius nomen, vel propriè & ſpeciatim de eo ipſo vſurpat hic Hanno Pœnus, vel generatim fortaſſe pro quouis Deo. Narrationem igitur inſtituit, quomodo filias ſuas amiſerit. Fato, inquit,

inquit, impulſus feci vt irent ambulatum ſingulis, ſiue Dei Thau, ſiue alius cuiuſuis, aut omnium, diebus feſtis, (id ſignificat repetitis iſtis vocibus בימי תהו *bymi Thu.*) ad hortos. עדן hic vſurpat pro horto & loco amœniſſimo. Veteribus puellæ domi in proprijs œcis continebantur, vnde κατάκλειστοι perpetuo Græcis epitheto dicuntur, & nomen עלמות apud Hebræos inuenerunt, nec in publicum temerè prodibant. At diebus feſtis paullo laxiorem atque ſolutiorem ſibi θεοβλαβεῖς in educandis filiabus ſuis fuiſſe diſciplinam docet Hanno verbis iſtis. Nam ſingulis feſtis Deorum diebus, impulſus ipſe vi fati, quos enim perdere vult Iupiter, dementat, filias ſuas iubebat ire ambulatum ad hortos; Quod tandem male ceſſit. Nam inde ſurreptæ ſunt, vt docet in ſequentibus. Optime autem nos iſta interpretatos eſſe liquido probant hi verſus è Prologo:

Sed illi patruo huius, qui viuit ſenex,
Carthaginenſi duæ fuere filiæ:
Altera quinquennis, altera quadrimula.
Cum nutrice vna periere à Megaribus.

Perierunt, inquit, à Megaribus, id eſt, ab hortis, ad quos ambulatum iuerant, volente & iubente patre. Erant enim Megara locus in ipſa vrbe Carthagine, hortis & arboribus conſitus. Appianus Punicis, χωρίον δ' ἐστὶν εὐμέγεθες ἐν τῇ πόλει τῇ Καρχηδόνι τὰ Μέγαρα, τῷ τείχει παρεζευγμένον. paullo poſt: ὃ γὰρ χωρίον τὰ Μέγαρα ἐλαχανεύετο, καὶ φυτῶν ὡραίων ἔγεμεν, αἱμασιαῖς τε καὶ θριγκοῖς βάτου, καὶ ἄλλοις ἀκάνθοις, καὶ ὀχετοῖς βαθέσιν ὕδατος ποικίλοις τε καὶ σκολιοῖς κατάπλεων ἦν.

IV. רִנָּה hic poſitum pro רְנָנָה at רַב aduerbiaſcit, vt ſæpe in Bibliis. הוֹם עֶלְיוֹנִים enallage eſt frequentiſſima in Sacræ paginæ idiotiſmo. Valide autem iſta confirmant ſententiam noſtram, de feſtis Deorum diebus, quibus irent ambulatum ad hortos Hannonis filiæ: Nam addit iuiſſe ad hortos, בְּרִנָּה רַב *byrna rob*, cum exultatione & gaudio multo: τὰ γὰρ τ' ἀναθήματα ἑορτῆς. Præterea eos dies appellat eadem de cauſſa יְמֵי שִׁיר *dies cantici*. Elegantiſſima vero & venuſtiſſima eſt antitheſis, quam inſtituit inter תהו Tαῦ *Thau* Deũ, & תהו deſolationem atque vacuitatem: Putabat Hanno nihil quicquam ſibi & filiabus ſuis periculi eſſe בִּימֵי תהו *bymi* Tαῦ, diebus Deorum feſtis: at contra illis diebus fuit תהו vacuitas, & deſolatio, neque fuerunt Hannoni יְמֵי תהו *dies Thau*, ſed יְמֵי תהו *dies atri*: Nam perierunt filiæ. Atque id omnino vult Pœnus, Deum conturbaſſe rationes diei feſti, & læta mutaſſe triſtibus. Cum enim occaſione diei feſti filiæ Hannonis, eo iubente, iuiſſent Megara ambulatum ad hortos, inde ſurreptæ ſunt.

V. בתולים *bythlym* dixit voce abſtracta, vt virgines ipſas ſignificaret, itaque participium ſequens עטנות eſt in fœminino genere, idque eſt intranſitiuum. Ab hoc themate legitur apud ſacros Scriptores עֲטִין mulctra: Hic vſurpatum thema in intranſitiua ſignificatione de puellis quæ furto perierant, & quæ quaſi emulctæ fuerant: ita Græci μολγοὺς ἢ ἀμολγοὺς appellabant τοὺς μοχθηρούς, τοὺς ἀμέλγοντας τὰ κοινὰ καὶ τὰ δημόσια, κλέπτας, vt obſeruarunt veteres Critici. Sequitur apud Plautum: נֶלֵךְ אִן תַּא דִּשְׁמְקוֹם *Nelec an ta das ma-*

chom. Quæ dicuntur ab Hannone, cum Calydone eſſet: in ea enim vrbe ſcena eſt huius dramatis. Poſt emenſum terra marique longum iter, dum filias ſuas vſquequaque quæritat. igitur pæne deſperans in hæc erumpit verba: Quid mihi porro reſtat agendum, quæ peragranda terra, quod maris æquor arandum? Quonam ibo thalamos omnes ſiue cellas calcans & perreptans? (מָקוֹם & תָא, quæ hic ſynonyma ſunt, ſimul reguntur ad denotandam auxeſim atque euidentiam, vt docent Hebræorum technici.) Adſtruendæ huic noſtræ ſententiæ & interpretationi, atque ad horum verborum lucem faciunt iſta è Prologo:

Sed pater illarum Pœnus, poſtquam eas perdidit,
Marique terraque vſquequaque quæritat.
Vbi quamque in vrbem eſt ingreſſus, illico
Omnes meretrices, vbi quiſque habitant, inuenit:
Dat aurum: ducit noctem: rogitat poſtibi
Vnde ſit, cuiatis, captane, an ſurrupta ſit,
Quo genere gnata, qui parentes fuerint.
Ita docte atque aſtu filias quærit ſuas.

VI. Nomen toar, vt vocant Hebræorum Magiſtri, שור *ſod*, regit non ineleganter caſum verbi ſui: Addit בְרוּם הֶפְּלוֹת חִילִי *brum tyſelot chyly*, ad auferendum doloris mei הפלות: Ita vocat ea, quæ dolorem & animi ægritudinem conſequuntur, quemadmodum apud Iobum cap. I. extremo, de Iobo, qui in afflictiſſimo rerum ſuarum ſtatu eſſet, dicitur, בכל זאת לא חטא איוב ולא נתן תפלה לֵאלֹהִים. Sequitur hoc verſu & ſequentis initio, quod eſt coniungendum, שְׁחוּנְטִם לִי פשל אֶת־בָּנִים *Schontem li phol*

Digitized by Google

eth banim. Quas תפלות produxit mihi λειτουργία τῶν παίδων, liberos genuiſſe & educaſſe. In voce שחנטם eſt pleonaſmus ם & ש vſitatiſſimus apud Sacros Scriptores. Eleganter autem פעול את־בנים quemadmodum Græci ποιέσθαι παῖδας, & Latini *liberis operam dare*, atque Ariſtoteli Lib. VII. Politicων λειτουργία dicitur ἡ τεκνογονία, liberorum procreatio atque educatio: vnde θῆτες, id eſt, capite cenſi & proletarij, qui neque Magiſtratum, neque militiam, neque publica vlla poterant obire munia, liberis dabant operam, vt hac ſaltem ratione Reipublicæ prodeſſent. Appellatione autem בנים vt & *liberorum*, nam huic Agoraſtoclis patruo maſcula proles nulla erat, cenſetur ſequior quoque ſexus, quia non opponitur, vt Geneſ. III. 16. בְּעֶצֶב תֵּלְדִי בָנִים Vno autem & altero verbo expreſſit, quantis curis & miſerijs ſit afflictatus, ob ſuſceptos liberos: Nam, vt ſcribit Menander,

> Οἷον τὸ φύεσθαι πατέρα παίδων, ὢ λύπη,
> Φόβος, φροντὶς, πέρας οὐδέν ἐστι.

VII. נוה Infinitiuus verbi נוה repetitur ad denotandam certitudinem: Reſpondet autem huic Latino eiuſdem Hannonis in ſequentibus,

In hiſce habitare monſtratu' ſt regionibus Agoraſtocles.

VIII. תמונה קוראת *Imago inuitans*, id eſt, teſſera hoſpitalis, de qua Scena ſequenti: Atque idem hoc verſu, cum quo coniungenda eſt prima ſequentis vox, dicit cum iſto ſequentis Scenæ,

Hæc mihi hoſpitalis teſſera cum illo fuit.

Teſſeram autem appellat תמונה, quia teſſera iſta erat Dei alicuius imago expreſſa, vt deſcribit ſequenti-

Digitized by Google

bus verbis שְׁאֵל וְחוּק, *quæ*, inquit, *eſt Deus & ſculptura*, id eſt, *Deus inſculptus*, vel שְׁאֵל חוּק, *cuius ſcul-ptura Deus eſt*, quod eodem recidit. Nos ex vero verba iſta interpretatos fuiſſe euincunt iſta Hannonis Latina in hac ipſa Scena,

Deum hoſpitalem ac teſſeram mecum fero.

Quæ verba figurata ſunt, exprimitur namque ἓν διὰ δυοῖν. Nam Deus hoſpitalis teſſera eſt, quia teſſera hoſpitalis, quæ Hannoni cum Antidama & eius filio Agoraſtocle fuit, erat Dei alicuius imago; fortean Saturni: Nam apud Phœnices Saturnus peculiariter *El* dicebatur. Philo Byblienſis ex Sanchoniathone auctor eſt apud Euſebium loco laudato. Atque fruſtrà eſt Vir Incomparabilis, qui *Deum hoſpitalem*, Iouem Ξένιον interpretatur, & à teſſera ſeparat. Nuſquam enim illum inuocat Hanno, neque reuerentia Iouis Ξενίου, ſed ſolo conteſſerationis iure hoſpitium ſibi præberi petit: Sed id eſt quod diximus.

IX. דחה vnde דְּחִי ſignificat *aliquò impellere*: יְהִי eſt in optandi ſignificatu: לִי denotatur Hannonis commodum: Mari terraque vſquequaque quæritauerat filias ſuas Hanno. Itaque laborum ſuorum pertæſus i,s finem imponi ſuo ſibi commodo optat: תְּמִי *thumi* dixit, quemadmodum in ſuperioribus חִינִי לִקְרוּ וּתְמִימִי & infra in Latinis Sc. ſequenti:

—Da diem hunc ſoſpitem quæſo
Rebus meis agundis, quibus annos multos carui, quaſque è patria
Perdidi paruas, redde his libertatem: inuictæ præmium vt eſſe ſciam pietati.

Eſt igitur hic חום idem quod in Latinis *pietas.*

X. יְנִין vel יִנוּן legitur in Pſalmorum Libro, Pſal. LXXII. 17. Hanc vocem in prima perſona vſurpat noſter Pœnus, qui vota Dijs concipit hoc verſu, & ſequentis primis vocibus.

XI מעשׂתי à themate עָשַׂת, quod ſignificat *cogitauit.* Dicit autem Hanno ſe Deos aduocaſſe in conſilium de quærendis filiabus ſuis, vt rem expeditam factamque darent.

XII. Dicit Hanno petiiſſe ſe ſupplicem à Dijs חִנְכו בִּיתִי מֵאֵבֶל luſtrationem procurationemq́; domus ſuæ à dolore, quem de filiabus ſuis ſurreptis conceperat, atque ita quaſi de nouo conſecrationem: Videbatur enim intercidiſſe Hannonis domus, ſurreptis illius filiabus, quas ſolas habebat; itaque precatur liceat ſibi ijs inuentis recidiuam domum ponere, & de nouo quaſi inſtaurare & conſecrare: Eſt autem pleonaſmus pronominis ו, in his חנכו ביתי vſitatiſſimus Sacris Scriptoribus. In ijs, quæ ſequuntur, inuidiam Dijs facit, eo quod filias ſuas amiſerit, & de illis dolorem iſtum conceperit, cum illorum ſacris operaretur, לו קוטתי נבא אֲנִי quem dolorē concepi Deos laudans; id enim ſignificat verbum נבא apud Hebræos. Quod maximè confirmat ea, quæ ſuperius à nobis ſunt expoſita, perijſſe Hannonis filias à Megaribus, feſto die, & Deorum religione ſolenni, quem etiam appellauit יום, vt & viciſſim locus iſte lucem inde fœneratur. Addit ſuam curā Deos minimè gentium ſollicitaſſe; לא לָקְחוּ תְּחִנָּה orationem acceptam non habuerunt. Vnde conclu-

dit, אנש אש 'afflictiſſimus ego ſum, atque animum deſpondeo: אש αὐτὴ τοῦ יש.

XIII. Exprimit morata, vt quæ optime, hæc oratio τὸ ἦθος viri inter ſpem metúmque fluctuantis. Verſu præcedenti plane animo concidebat: Hic verò ſeipſe ſolatur, & erigit in ſpem aliquam è Deorum reſponſis, diuinationibus alijs, & prodigijs ſiue oſtentis, ſeipſum itaque hortatur, vt animos ſumat עַל אָמֻן תַּהוּ עֶלְיוֹן. Ταῦ iſte idem eſt, de quo verſu III. בִּימֵי תַּחוּ, quem antequam filias ſuas quæſiturus Hanno viæ ſe committeret, conſuluerat: itaque dixit paullo ante de Dijs, שְׁקָראתִי מעשתי עַתִּיק וּמַעֲשָׂה quos in conſilium adhibui, vt rem conſilio ab ipſis dato ſuſceptam factam quoque darent. Nam iſta eſt aggreſſus οὐ θεῶν ἄτερ. Quare Dei Ταῦ oraculum conſuluit, ſiue quia ipſe Deorum omnium primus eſt, ſiue quia die feſto eius ſurreptæ ſunt Hannonis filiæ, vel etiam ſpecialis iſta appellatio indefinitè ponitur, pro illo Deo, cuius oraculum, hanc rem aggreſſurus, ſcitatus eſt Hanno. Bono itaque animo eſt ob reſponſa & ſortes Dei Ταῦ ſibi datas. Nam θεῶν τελεσθέντων οὐδὲν ποτε φαίνεται ἔμμεν ἄπιστον. Addit de diuinatione, עַל אוב, & de prodigiis על תוכה, (eſt enim repetenda præpoſitio על in vtroque membro) ne quid videatur prætermiſiſſe, quod religionem poſſet obijcere: אוב apud Sacros Scriptores eſt diuinatio תָּמַה ſignificat *admiratus eſt, obſtupuit:* & hinc factum puto nomen iſtud, quo prodigium & oſtentum ſignificetur. Atque ſe iſtis omnibus confirmatum fuiſſe in ſuo incepto docet.

XIV. Primis iſtis verbis ſpem ſuam adhuc compellat: קל הום, facilis & leuis eſto, adimpletor, id eſt, numero adimpletor. Quibus verbis caſtigat, quod præcedenti verſu dixerat, נשׂא עתיד עמם. Iubet Deorum fidem inuocare קום וקרא. Atque excipit, לו ענו, vtinam, quæſo exaudiant. Quod pietati ſuæ præmium rependi optat: אֶת עֹנִי מֵאַב הוּסֶה abeat & faceſcat dolor mœrórque è patre pio & numinis reuerente, inuentis nimirum filiabus ſuis, & Ariſtocle nepote è fratre ſuo, de quo extremo hoc verſu, quæ plane reſpondent Latinis iſtis,

Meáſque vt gnatas, & mei fratris filium
Reperire me ſiritis, Dij voſtram fidem,
Quæ mihi ſurreptæ ſunt, & fratris filium.

Sed turbat fortaſſe, quod nepotem è fratre *Ariſtoclem* appellat Hanno, Pœnum Græco nomine. Verum etiam Hannonis filiæ, quæ Pœnæ quoque erant, Græcis nominibus à parentibus inditis appellantur in hoc dramate, *Adelphaſium*, & *Anteraſtilis*: Nondum enim mutata fuiſſe illarum nomina, quæ iſta ſunt, à parentibus accepta, liquet è Giddenemes nutricis verbis ad Hannonem in ſequentibus.

XV. הַט אִזְנָה idem eſt, atque attente audi: אל יעלי Deum, Saturnum forte, quem peculiariter hoc nomine appellari ſupra è Philone Byblienſi retulimus, potentiam ſuam & vires nominat, optime, & pie, vt eſt captus illius: eundémque vocat hoc ipſo verſu חַי. Nam Deus etiam abſolute iſto nomine intelligitur, vt Hebræorum Magiſtris eſt obſeruatum: חושה לאמון דבר תרמי propera exequi, quod oraculo reſpõdiſti

diſti, & me meas inuenire filias da propere: תרמי à voce רום deducitur, felixque ſucceſſus, & beatus alicuius ſtatus iſta voce ſignificatur, & exempla vbique proſtant in Sacris: cui opponit ſordes illas, in quibus hactenus, perditis filiabus ſuis, iacuit Hanno, vocátque אשפות qua voce etiam vtuntur Sacri Scriptores eodem ſenſu: ita Pſalmo CXIII. 17. qui locus adſcribendus eſt, illuſtrabit enim Hannonis verba, de vtroque ſuo ſtatu מאשפת ירים אביון. Vox ופסו, cum ו Hippuc, quaſi eſſet à themate פסה, cum פסס, *ceſſauit, finiuit*, tantum in vſu reperiatur apud Sacros Scriptores, atque inde forte eſt Punicum ופסו.

XVI. כו refertur ad ō עור additurque per pleonaſmum: רשי fit à רש *triturare* רשי אסם *triturationes horrei*, id eſt, frumentum, far. קולם coniungitur cum אענק. Dicit autem gratum ſe futurum erga Deos, ſi filias ſuas, quas quæritabat, repererit, ſeque nullum eorum inhonoratum habiturum, (id ſignificat מנים nam מני apud Eſaïam LXV. ij eſt Deorum numerus.) ſe illis ſacra farre & libis facturum, & ad ea ſacra omnes inuitaturum: Nam, *ne quod numen præterirent*, inquit Seruius, *ritu veteri, in omnibus ſacris, poſt ſpeciales Deos, quos ad ipſum ſacrum, quod fiebat, neceſſe erat inuocari, generaliter omnia numina inuocabantur.*

K

Punica Scenæ II. exponuntur & emendantur.
Carthaginis nomina Cadreanech. οἰκοδόματα.
Ciun Saturnus.

CAPVT II.

MI. *Auo, cuiates eſtis? aut quo ex oppido?*
Ha. *Hanno muthumballe bechadreanech.*
Ag. *Quid ait?* Mi. *Hannonem ſeſe ait Carthagine,*
Carthaginenſem Muthumballis filium.
Ha. *Auo.* Mi. *Salutat.* Ha. *Donni.*
Ag. *Saluta hunc rurſus Punice verbis meis.*
Mi. *Auo donni, hic mihi tibi inquit verbis ſuis.*

Hauo ſiue *Auo*, quod iamdudum obſeruarunt alij, ſalutantis eſt. *Doni* verò decurtatum eſt ex אֲדוֹנִי Phœnicie igitur חוה אדני *Salue Domine mi.* Secundum verſum ita reſcribo,

Hanno Mutumballe ben Chadreanach

Hannonem ſeſe ait Muthumballis filium Carthagine. Sed quæſtionis eſt, quare Carthago appelletur *Cadreanach.* Verè conijciebat vir magnus prius membrum huius nominis eſſe, vt in *Hadramyton*, חֲצַר ſiue potius חֲצֵרִי, qua voce ἔπαυλις, id eſt, ſedes ſignificatur: Hoc verò opus, hic labor eſt, indagare quid hic appelletur *Anach*, quod poſterius eſt membrum. Quando Ioſue Cananitidem terram inuaſit, Cananæorum & Phœnicum non contemnenda manus, bello illo ſacro afflicta, in Africam iuit nouas ſedes quæſitum, cuius rei fidem facit Inſcriptio duarum il-

Digitized by Google

larum Columnarum, quæ in Tingitana viſebantur, quam habes apud Procopium Vandalicorum Lib. II. 135. Διαδέχεται τῆς ἡγεμονίας Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ παῖς. ὃς ἔς τε τὴν Παλαιστίνην τὸν λεὼν τοῦτον εἰσήγαγε· καὶ ἀρετὴν ἐν τῷ πολέμῳ κρείσσω ἢ κατ' ἀνθρώπου φύσιν ἐπιδειξάμενος, τὴν χώραν ἔσχε. καὶ τὰ ἔθνη ἅπαντα καταστρεψάμενος, τὰς πόλεις εὐπετῶς παρεστήσατο, ἀνίκητός τε παντάπασιν ἔδοξεν εἶναι. τότε δὲ ἡ ἐπιθαλασσία χώρα, ἐκ Σιδῶνος μέχρι τῶν Αἰγύπτου ὁρίων, Φοινίκη ξύμπασα ὠνομάζετο. ἐπεὶ οὖν ὁ λαὸς ἐπὶ ἄμαχόν τι χρῆμα τὸν ἐπηλύτην στρατηγὸν εἶδον· ἐξ ἠθῶν τῶν πατρίων ἐξαναστάντες, ἐπ' Αἰγύπτου ὁμόρου οὔσης ἐχώρησαν. ἔνθα χῶρον οὐδένα σφίσιν ἱκανὸν ἐνοικήσασθαι εὑρόντες, ἐπεὶ ἐν Αἰγύπτῳ πολυανθρωπία ἐκ παλαιοῦ ἦν, ἐς Λιβύην ἐστάλησαν. πόλεις τε οἰκήσαντες πολλὰς, ξύμπασαν Λιβύην μέχρι στηλῶν τῶν Ἡρακλέους ἔσχον. ἐνταῦθά τε καὶ ἐς ἐμὲ τῇ Φοινίκων φωνῇ χρώμενοι ᾤκηνται. ἐδείμαντο δὲ καὶ φρούριον ἐν Νουμιδίᾳ πόλει, οὗ νῦν πόλις Τίγισίς ἐστί τε καὶ ὀνομάζεται. ἔνθα στῆλαι δύο ἐκ λίθων λευκῶν πεποιημέναι ἄγχι κρήνης εἰσὶ τῆς μεγάλης, γράμματα Φοινικικὰ ἐγκεκολαμμένα ἔχουσαι, τῇ Φοινίκων γλώσσῃ λέγοντα ὧδε. ΗΜΕΙΣ. ΕΣΜΕΝ. ΟΙ ΦΥΓΟΝΤΕΣ. ΑΠΟ. ΠΡΟΣΩΠΟΥ. ΙΗΣΟΥ. ΤΟΥ. ΛΗΣΤΟΥ. ΥΙΟΥ. ΝΑΥΗ. Quod Ioſuam appellant Phœnicij ΤΟΝ ΛΗΣΤΗΝ. Iudæorum quoque omnium eſt; itaque vulgo audiebant apud cæteras gentes, vt obſeruatum eſt Hebræis vetuſtioribus apud Salomonem Iarhium in ipſo Commentariorum ſuorum ad Geneſim limine שאם יאמרו אומות העולם לישראל לסטים אתם שכבשתם ארצות שבעה גוים. De fuga quoque Cananæorum in Africa habes in Græcis Euſebij Chronic. Lib. I. οὗτοι ἔφυγον ἀπὸ

προσώπου τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. καὶ κατῴκησαν Τρίπολιν τῆς Ἀφρικῆς ὡς ἦσαν ἐν τῷ Κλήρῳ τοῦ Χάμ. Loca quoque inſediſſe illa Africæ, in quæ poſtea coloniam deduxit Dido, & vrbem Carthaginem poſuit, nos non ſinunt dubitare iſta, quæ ſequuntur apud Procopium: χρόνῳ δὲ ὕστερον καὶ ὅσοι μετὰ Διδοῦς ἐκ Φοινίκης ἀνέστησαν, ἅτε παρὰ ξυγγενεῖς τοὺς ἐν Λιβύῃ ᾠκημένους ἀφίκοντο. οἳ δὴ αὐτοῖς Καρχηδόνα κτίσαι τε καὶ ἔχειν ἐθελούσιοι ξυνεχώρησαν. Inter illos autem Palæſtinæ populos erant qui dicebantur ענקים *Anachim*, vt conſtat è Sacra Moyſis Hiſtoria, quorũ ſedes erant in Kirjatharba ſiue Hebrone, indeq; eos fugauit & expulit Calebus, vt narratur Ioſuæ XV. Iſtos igitur *Anachim* patria pulſos cum cęteris in Africam migraſſe nouas ſedes occupatum, nullus dubito, atque ea loca inſediſſe, in quibus ſita fuit poſteà Carthago, facilè mihi perſuadeo. Certè iſta Carthaginis appellatio *Cadreanach* id arguit: Eſt quippe Phœnicum lingua הַצְרֵי־עֲנָק ἔπαυλις Αναχ, *Sedes Anachim.* Ita verò vulgo vocabatur Carthago, quanquam noua Phœnicum eo deducta eſſet colonia à Didone, non inuidentibus nimirum nouis iſtis colonis hanc, quantulacumque ea eſt, appellationis gloriam, veteribus illis conterraneis ſuis, quibus acceptum referre debebant, patere ſibi in Africam aditus. Atque hactenus de hoc Carthaginis nomine: Fuit quoque aliud, de quo addam, quia vltro ſe offert occaſio. Stephanus Καρχηδών, μητρόπολις Λιβύης ἀπὸ Καρχηδόνος Φοίνικος. ἐκαλεῖτο δὲ καινὴ πόλις, καὶ Καδμεία, καὶ Οἴνουσα. Quod ad hanc Οἰνούσης appellationem attinet, nulli dubitamus reſpondere Phœniciæ תַּרְשִׁישׁ. Nam תַּרְשִׁישׁ

deducitur à voce תִירוֹשׁ, quæ *muſtum* ſiue *vinum* ſignificat : חרשיש igitur eſt Οἴνουσα. Iam verò Carthaginem dictam fuiſſe חרשיש non eſt quod quiſquam neget ; ita namque appellatur in Sacris Literis καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ.

Ad Plautum redeamus, apud quem ſequitur ex Hannonis perſona;

Me bar bocca.

Ad intelligenda iſta nihil nos iuuat interpretatio Milphionis;cùm enim verba hæc iſtis excepiſſet Milphio:

— *Iſtuc ſit tibi potius, quam mihi.*

Quærit Agoraſtocles,

Quid ait? Mi. *Miſeram eſſe prædicat buccam ſibi.*

Hannonis verba ridiculè interpretatur, atque præter mentem; quemadmodum & ſupra, vbi dixiſſet Hanno, *Hauo doni*, interpretatur Milphio,

— *Doni vult tibi*

Dare hinc neſcio quid. audin pollicerier?

Imponit igitur Agoraſtocli Milphio, neque illi tantùm, ſed & lectoribus, qui Punicorum iſtorum è Milphionis verbis vellent coniecturam facere; quemadmodum autem in voce, *Doni*, luſit; ita & in iſta, *bocca*, imponit interpretanda. Quia enim non multum abludebat à Latina voce, *bucca*, hinc ludum & iocum captauit Milphio. Miſſis itaque Milphionis ludis, & iocularibus interpretationibus, verba Hannonis ita putamus reſcribenda: *Me bar becce.* Punicè ſiue Hebraïce eſt, מָה בַר בָכָה, quod ſignificat, *Quam lachrymarum filius*, hoc eſt, miſer & ærumnoſus ego ſum. Milphio Punicè ſalutauerat. Hannonem Ago-

raſtoclis nomine, *Hauo doni: Hauo* autem reſpondet τοῦ Græcorum χαῖρε. Salutationi huic παρὰ προσδοκίαν & ἀπόνοιαν, (quæ figura in veterum Comœdia vtramq; facit paginam.) reſpondet Hanno מָה בַר בָכָה ærumnoſus ego ſum, ita vt χαίρειν nequaquam poſſim, nimirum quia filiæ plagio perierant. Qui iubetur χαίρειν, ſe in luctu & ærumna eſſe prædicat. Idem lepos quæſitus in huius Comici Curculione Actu I. Scena II.

Ph. *Salue.* An. *Egon' ſalua ſim, quæ ſiti ſicca ſum.*

Sequuntur Milphionis verba,

* nuco. *Audi tu: ruſen" mico iſtam*

Reſcribo,

— roſe maco iſtom

Hebraïcè ſiue Phœniciè:

רופא מְחוה יִסְתוֹם

Medicus abſtergere claudet.

Facit his verbis Milphio Agoraſtoclis iuſſis ſatis, nec minus ijs, quæ dixerat Hanno, reſpondet. Poſtrema Hannonis verba iſta ſunt, *Me bar becce:* Ego valde ſum filius lachrymarum: Detorſerat, vt iam à nobis dictum eſt, Milphio, addiderat,

Fortaſſe medicos nos eſſe arbitrarier.

Quare iubet Agoraſtocles negare medicos eſſe.

Si ita eſt, nega eſſe: nolo ego errare hoſpitem.

Dixit igitur Hannoni Milphio, qua ratione fieri poſſit, ne in poſterum filius ſit lachrymarum; eadémque ſe medicos eſſe poſſe, quod hoſpiti, ne erraret, dici volebat Agoraſtocles, negat, Sed ludit facetè nimis, cum παρὰ προσδοκίαν, (nemo enim eſt, qui iſtud igno-

ret.) docet, ſi abſtergat lachrymas ſuas, ſe eas compreſſurum, & ſiccaturum, futurúmque illud τὸ abſtergere lacrymas, medici vicem: מְחה בֶּכֶה ſiue דִּמְעָה, vt apud Eſaïam XXV. 8. dicitur prouerbialiter, omnem moleſtiam auferre: quod oculos ſiccabit, neque vllo alio medico opus erit.

Quæ ſequuntur in hac Scena Punica ab Hannone Pœno dicuntur, atque iſta ſunt, vt corruptè quidem hodie deſcribuntur:

Murphuſa" *mo in lechianna.*
" al. *miunlechianna.*
" *Lalech labcana ni limi incoht.*
" al. *Laech lachananim limi nichot.*
" *Iſam aruinam.*
" al. *Iſſam arbinam.*
Palum erga decſtha.
Muphonnium " *ſucoram.*
" al. *ſucoyahim.*
Gunebel " *balſamen eraſan.*
" al. *balſamenieraſan.*

Sunt autem diſtinguenda reſcribendáque Latinis primum literis ad hunc modum, quibus Hebræa, ſiue Phœnicia ſubiecimus:

Maphruſa muni lechiun: na
Laech lachanani mluni, nachot.
Is emer, bin em
Peluni: er gad ecath:
Mephauni um ſecoraim.
Gun nabal belſamen ieraſen.

Hebraïcè ita ſcribes:

Digitized by Google

מְפֻרוּשָׁה מוֹנִי לְבִיוֹן נָא
לַאֵךְ לַחֲנֵנִי מְלוֹנִי נָחוֹת
אִשׁ אָמַר בֶּן־הֵם
פְּלוֹנִי עִיר נֵר אֶחָת
מְפַנֵּי הוֹם שֶׁקּוֹרְאִים
גְּאוֹן נָבָל בַּעַל־שָׁמַיִם יִרְסֶן

Latinè ita ſonant:

Hoſpitium teſſera mea, cuius imago Saturnus eſt: Quæſo
Indica, vt miſerearis mei, hoſpitium meum, & deduc.
Honoratus adoleſcens iſte eſt
O δῖα: *vrbis columen vnicum:*
Qui remouet calamitates eorum, qui eius auxilium implorant.
Petulantiam & ſuperbiam hominis improbi & vilis compeſcat & refrænet Jupiter.

Punica iſta Hannonis ſunt omnia, eaque oratio continua eſt, ad hæc vſque verba, *Gun nabal*, &c. Quanquam hanc illius orationem variè intercipiunt & turbant Agoraſtocles atque Milphio: hicque præterea ridiculè interpretatur, vnde dicebat paullo poſt Hanno, non ſine ſtomacho:

At vt ſcias nunc, dehinc Latinè iam loquar.
Seruum hercle te eſſe oportet & nequam & malum,
Hominem peregrinum atque aduenam qui irrideas.

Rationes autem ſingulorum iam dehinc expendamus. I. Quærebat ab Hannone Pœno Milphio verſu præcedenti:

—*Tu*

— *Tu qui Zonam non habes,*
Quid in hanc veniſtis vrbem, aut quid quæritis?

Reſpondet Hanno, ſe hoſpitium quærere, quod hic haberet; id enim poſteà Latinis verbis Agoraſtocli refert. Noli igitur dubitare interroganti Milphioni, quid quæreret, reſpondiſſe Hannonem de hoſpitio: מפרושה *tectum* proculdubio ſignificat & *hoſpitium*, quò quis diuertit, à פרש *tendere, operire velo*: quod autem in regimine non mutatur, id non fit ſine exemplo, vt תפלה למשה Pſalmo XC. מון hic vſurpauit, à quo fit תמונה idem ſignificans, qua voce vtitur Scena præcedenti, verſu VIII. מון *imago*, hic eſt teſſera hoſpitalis, quia teſſera iſta hoſpitalis erat expreſſa, ſiue in cera, ſiue in altera materia, Dei alicuius imago, Saturni nempe, quod ſupra indicabamus, & nobis plane confirmant iſta: Vnde dixit teſſeram iſtam, quæ imago erat expreſſa, fuiſſe imaginem לכיון τῦ *Chiun*, hoc eſt, Saturni. Nam hoc nomine, כיון τῦ Saturnum deſignari apud Amozum cap. V. 26. nos docent Hebræi, & verum eſt. Certè quæ hic dicitur מין לכיון, Scena præcedenti appellatur, תמונה שאל וחק, teſſera, quæ imaginem Saturni expreſſam habet. Eſt quippe apud Phœnices, vt iam ante diximus, אל Græcorum Κρόνος, Saturnus. Feſtiuè autem appellat hoſpitium, quod quærebat, non quidem ſuum, ſed potius hoſpitium teſſeræ ſuæ, quæ expreſſam habebat Saturni imaginem: Non enim vllo ſuo merito, ſed ſolo conteſſerationis iure, neque vt honos ſibi haberetur, ſed ſuo Saturno Deo, hoſpitali teſſeræ, quam ſecum ferebat, hoſpitium vt præ-

Digitized by Google

beretur, poſtulabat.

II. לאך eſt quidem inuſitatum apud Sacros Scriptores, ſed deductum inde nomen מַלְאָךְ *nuncius*, *Angelus*, *legatus*, in vſu eſt. Verbum vero iſtud in Pihel vſurpaſſe Hannonem nobis eſt perſuaſum: נַחוֹת Infinitiuus, quod ſolemne eſt in huius linguæ idiotiſmo, pro Imperatiuo.

III. Petebat verbis præcedentibus deduci in hoſpitium ſuum Hanno. Quis autem hoſpes ille ſuus ſit, paucis deſcribit, à ſtatu eius atque fama, אִישׁ אֹמֵר. Vir eſt inter ciuitatis principes famæ integræ & illibatæ: Deinde ab ætate, בֵּן, adoleſcens eſt. Ea quippe ætate erat Agoraſtocles, cum quo hoſpitij ius Hannoni intercedebat. Quanquam autem neceſſitudo iſta ab Hannone non eſſet contracta cum Agoraſtocle, ſed cum eius patre Antidama Hannonis æquali, nihil ille tamen de Antidama, qui iam amplius non erat, quemque feciſſe non ignorabat Hanno, ſibi quod faciundum fuit: itaque Agoraſtoclis ædes demonſtrari ſibi petit in ſequentibus. Honoris autem adoleſcentis huius (quem honoratum eſſe dicebat.) ergo, pronomen הם pluralis numeri addidit, quod fieri amat apud Sacros Scriptores: eſt enim vicem nominis dominij: Hoſpitis ſcilicet, qui dominus eſt domus. Malè autem in editione Camerarij, quanquam auctoritate MSS. ſe tueatur, iſtorum pars verborum, *aruinam*, Milphioni adſcribitur; eſt enim ex Hannonis perſona, coniungendáque cum voce, quæ præceſſit, quod nos fecimus, vt aliquis inde ſenſus eliciatur.

IV. Vox iſta פלוני cum præcedentibus coniungitur, qua deſignabant Phœnicij virum, cuius nomen certo conſilio efferre nolebant. Quæ ſequuntur ſunt in laudem Agoraſtoclis, quem vrbis Calydonis vnicum columen eſſe ait: itaque illum appellat נר *ἀγαθὸν τύχην*, eámque vnicam, Calydoniorum, quo ſoſpite Reſpublica ſalua ſit futura, & omnia ex animi ſententia votóque ceſſura.

V. Laudes perſequitur Agoraſtoclis, qui non ſolùm publicè toti Reipublicæ vtilis ſit, quod verſu præcedenti dixerat, ſed etiam priuatim ſingulis ſuis popularibus, quorum nullus opem eius implorat, quin ferat, & præſto ſit, iniuriaſque ab ijs propulſet. מְפַנִי. Quieſcit ה in Chirik longo, quemadmodum in Benoni coniugationis Kal. הוּם eſt Infinitiuus pro verbali nomine.

VI. Hactenus Hanno ſe à Milphione ſeruo irrideri paſſus erat: At nunc tandem id ægrè fert; itaque pro tot ludis, quos fecerat Milphio Hannonis verba ridiculè interpretans, hoc votum reponit Hanno, vt petulantiam & duritiem oris illius improbi viliſque mancipij refrænet & coërceat Iupiter. Apud Sacros Scriptores רֶסֶן tantum eſt in vſu, qua voce frænum ſignificatur: At hic futurum in optandi modo & ſignificatione, coniugationis Pihel vſurpatum ab Hannone fuiſſe, ſuſpicio noſtra eſt: יְרַסֵּן *refrænet, compeſcat fræno. Belſamen* בַּעַל־שָׁמַיִם Phœnicibus is Deus eſt, qui Græcis Iupiter dicitur. Philo Byblienſis ex Sanchoniathone apud Euſebium: *τοῦτον γὰρ φησὶ, θεὸν ἐνόμιζον μόνον οὐρα-*

νοῦ κυρίου, Βεελσάμην καλοῦντες, ὅ ἐστι παρὰ Φοίνιξι κύ-ριος οὐρανοῦ, Ζεὺς δὲ παρ' Ἕλλησι.

Punica Scenæ III. exponuntur & illuſtrantur. Auguſtinus emendatus.

CAPVT III.

COLLOQVVNTVR Scena III. Actus V. inter ſe Giddeneme filiarum Hannonis nutrix, eiuſque filius, qui in Hannonis famulitio & comitatu erat: ita vulgo eduntur & diſtinguuntur illorum verba:

PV. *Handones illi* " *hanon bene ſi illi in muſtine.* (" hauon)
GI. *Me ipſi & eneſte dum & alamna ceſtinum.*

Peſſimè iſta & deſcripta & diſtincta ſunt perſonis. Nam prior iſte verſus integer & totus Giddenemes filio tribuitur; cum eius tamen partem aliquam cum poſteriori toto Giddeneme ſibi vindicet. Eam nos itaque in integrum reſtituimus, locúmque ita legimus, & perſonis diſtinguimus:

PV. *Hau colni, ſuli.* GI. *Hau on beni, ſuli, vmaſtini.*
Me? ipſi, & enes, & dum, & almana, cſati nini.

Hebraïcè ſiue Phœniciè ita ſcribes:

חַו חולְנִי שְׁאֻלִי .Gi חַו און בְּנִי שְׁאֻלִי וּמְשְׁתִּינִי
מָה אִפְסִי אֶת־אֱנֹש אֶת־דום אֶת־אַלְמָנָה קְשָׁתִי נִינִי

Latinè ita reddidimus:

Pu. *Salue quæ peperiſti me, exoptatiſſima.* Gi. *Salue robur filij mei, ô exoptatiſſime, & mi putille.*

Digitized by Google

Quid eſt? Ceſſato cum omni ægritudine, ſilentio, & ſolitudine, tu afflictio mea de filio meo.

Singula verò iam expendamus.

I. Senſum huius verſus iſto Latino expreſſit Milphio;

Matrem ſalutat hic ſuam, hæc autem hunc filium.

Haudone prima viſione poſſet aliquis ſuſpicari eſſe חַו דוֹנִי vel חַו דוֹנָה, idque forte verum eſt, ſi id nominis ptoeſt verna matri ſuæ, quæ ſeruitutem ſeruit, tribuere: Quare reſcribimus: חַו חוֹלְנִי Eſt autem חול Infinitiuus de matre, quæ pepererit, vſurpatus. שְׁאלִי eſt item Infinitiuus verbalis vicem nominis, ab abſoluto שְׁאוֹל, cuius *Cholem* propter affixum in *Kibbuts* ad primam literam tranſlatum mutatur. Salutantem filium ſalutat Giddeneme mater. Eleganter autem admodum dixit אוֹן בְּנִי. Prius enim dixerat filius, חוֹלְנִי, quæ cum ægritudine peperiſti me: Reponit itaque illi mater, אוֹן בְּנִי, quibus verbis, & partus dolor, & ſpes in filio ſitæ, & de eo amiſſo mœror, repræſentantur, quo ſciat gratum magis ſibi ſi reſtituatur. כְּשׁתִינִי Ad verbum eſt, *mingens mi*, id eſt, *mi putille.* Nequitia ineſt huic verbo, quod inter blandimenta mulierum eſt reponendum. Vocabant autem ὑποκοριστικῶς à parte illa, quæ honeſtè nominari non poteſt, quemadmodum apud Græcos,

Εἰπέ μοι ὦ πόσθων.

vt eſt apud Ariſtophanem: Latini, *putillum*, apud hunc noſtrum Comicum:

— Dic me tuam
Hirundinem, monedulam, paſſerculum, putillum.

II. Optimè exprimit τὸ ἦθος matris, quæ vix apud ſe eſt ob reſtitutos ſibi liberos: מָה idem eſt, ac *Quid faciam?* cùm præ gaudio, quid faciat, quid exclamet, non habeat. Iubet poſtea ire in malam, vnde pedem tulerat, rem, dolorem, & quæ illum conſequuntur, quem conceperat auulſa à filio ſuo. אֱנֹשׁ ab אֱנַשׁ דום Infinitiuus, vt ſæpe, verbalis nominis vicem.

Hac eadem Scena, cùm præcepiſſet Milphioni Agoraſtocles, vt Hannonis ſoceri ſui, qui idem patruus erat, ſeruos domum abduceret, Milphio ita loquitur:

Lachanam vos: quos ego iam detrudam ad molas.

Punica iſta ſunt *Lachanam vos*, eaque ſola è Punicis ſunt interpretanda: ſcribendáque ita ſunt:

Lechu nam vas.

Phœniciè

לְכוּ נְעַם וְאַץ

id eſt

Venite grati properè.

נְעַם Infinitiuus eſt, qui vſurpatur eo, quo diximus, ſenſu. Age verò, quia hic ſumus, illuſtrandus & emendandus eſt in hac voce Afer ſcriptor B. Auguſtinus. Scripſit Madaurenſis Maximus ad B. Auguſtinum Epiſtolam, in qua hæc leguntur: *Quis enim ferat præferri cunctis, proh nefas, Dijs immortalibus Archimartyrem Namphanionem.* Reſpondet Auguſtinus Epiſt. XLIV. *Nam quod nomina quædam Punica mortuorum collegiſti, quibus in noſtram religionem feſtiuas, vt tibi viſum eſt, contumelias iaciendum putares, neſcio vtrum refel-*

Digitized by Google

lere debeam, an ſilentio præterire. Neque enim vſque adeo teipſum obliuiſci potuiſſes, vt homo Afer ſcribens Afris, cùm ſimus vtriq; in Africa conſtituti, Punica nomina exagitanda exiſtimares. Nam ſi ea vocabula interpretemur, Namphanio quid aliud ſignificat, quàm boni pedis hominem, id eſt, cuius aduentus adferat aliquid felicitatis: ſicut ſolemus dicere ſecundo pede introiſſe, cuius introitum proſperitas aliqua conſecuta ſit. Si vero & ſonus nobis non rationabiliter diſplicet, & me bene interpretatum illud vocabulum recognoſcis, habes quod ſuccenſeas Vergilio tuo, qui Herculem veſtrum ad ſacra, quæ illi ab Euandro celebrantur, inuitat hoc modo; Et nos, & tua dexter adi pede ſacra ſecundo. *Secundo pede optat vt veniat: Ergo venire Herculem optat, non Phanionem, de quo tu multum nobis inſultare dignaris.* Sed dicendum eſt, quomodo *Namphanio* ſignificet hominem, vt interpretatur B. Auguſtinus, *boni pedis*; Nam quo te cumque vertas, *Namphanio* id non dicet. Leuiter corrupta eſt hæc vox, & *ἀντὶ τοῦ Namphanio*, reſcribendum eſt *Namphamo*, cuius vocis ſonus magis diſplicet, quàm *Namphanio*. Eſt autem *Namphamo* Punicè ſiue Hebraïcè, נְעַם פַּעְמוֹ, id eſt, *pulcher eſt pes eius*, vt optimè interpretatur B. Auguſtinus. Quare nullus dubito reponendum eſſe *Namphamonem* atque *Namphamo*. & *ἀντὶ τοῦ non Phanionem*, legendum eſt, *Namphamonem*. Ridet namque Maximum Auguſtinus, cùm ille nomen Punicum *Namphamonis* exagitaret: Docet autem Auguſtinus Vergilium ex Euandri perſona optaſſe Herculem venire pede ſecundo. Ergo optaſſe vt veniret *Namphamo*. Sed è diuerticulo in viam, ab Auguſtino ad Plau-

Digitized by Google

tum redeamus. אִין Infinitiuus quoque eſt, qui aduerbiaſcit. Verba autem ſunt Milphionis domum abducentis Hannonis ſeruos, & inuitantis, vt qui grati ſint futuri. Quæ erat ſolemnis formula, vt apud Ariſtophanem Acharnenſibus dicebat Dicæopolis ad anguillam, quam volebat hoſpitio excipere, ἦλθες ποθεινή. Cùm tamen nihil minus ſibi cordi eſſe in ſequentibus Latinis apud Spectatores prædicet Milphio, apud Spectatores, inquam, nam vero ſimile eſſe nemo, opinor, negabit, Hannonis Pœni ſeruos Latinè non intellixiſſe. Illos igitur Punicè ad hoſpitium amicè inuitat, apud Spectatores verò minatur ſe eos indignis modis accepturum.

Plautus emendatus Pœnulo *Act. V. Sc. III.*
οἷαι ἐξ οἵων, Οἷον *populus Athenis.*
Threſſæ meretrices.

Cap. IV.

DIFFICVLTATE non caret, quod hoc ipſo dramate Pœnulo legitur Actu V. Scena III.

— Ha. *Hæccine ſunt meæ filiæ?*
Quantæ è quantillis iam ſunt factæ! Ag. *Scin' quod eſt?*
Græcæ ſunt hæ columnæ, ſuſtolli ſolent.

Ita legunt hunc locum Turnebus, Lambinus, Douza P. alij. Comminiſcuntur alij alia; omnes tamen longè abeunt à ſcriptura MSS. Camerarij, quorum primus ita habet,

Thraecae

Traecae ſunt caelum ne ſuſtollis olem.

In ſecundo erat *Threoe*, cætera conſpirant. Sed altius paullo res eſt repetenda. Comœdiam hanc de Græco barbarè vertit Plautus, vt conſtat è Prologo. Alludit autem proculdubio Plautus, vt ludum faciat, his verbis ad Græca illa, quæ apud Comicum Græcum, à quo accepit, præcedebant, & vertit Plautus,

Quantæ è quantillis!

Non dubitamus Plautum legiſſe apud Græcum vſitatiſſimum in re ſimili loquendi formulam, (quæ etiam in laudem ſumebatur, vt in dicto Iphicratis apud Ariſtotelem Rhetoricis.) οἵαι ἐξ οἵων. Inde quæſitus iocus & lepos omnis, qui alioqui planè perijt. Exiſtimauit Agoraſtocles, vel potiùs ſimulat, dictum ab Hannone patruo, vnde ſint domo, & ludit in voce Οἴων, quaſi dixiſſet Pœnus illas eſſe ἐξ Οἴων ſiue Οἴοθεν, ex illo Atticæ demo, qui Οἶον appellabatur. At dices Scenam huius dramatis eſſe Calydone in Ætolia: Hoc quidem verum eſt; nec negamus; neque etiam negandum eſt, Poëtas Scenæ fines ſæpiſſime migrare, quaſi

Omnes res geſtas eſſe Athenis autument,

quod hic factum. Solebant autem aliquando ſcorta adhibere Comici, ad repræſentandum feminæ alicuius perſonam, vt ex Ariſtophane, eius Græco Interprete, itémque Plauto obſeruauit CL. Lipſius. Athenis autem mercatus meretricius, in quo proſtabant malæ illæ merces, erat in Ceramico vrbano, vt conſtat è Græcis Magiſtris, & Luciani teſtimonio. Erat verò Ceramici Οἶον. Harpocratio: ἔστι δὲ

M

τὸ μὲν, Κεραμεικὸν Οἶον, τῆς Λεοντίδος φυλῆς. Scorta igitur inde petita cùm à Græco Comico adhibita eſſent ad repræſentandum perſonas filiarum Hannonis, dicente Hannone ex vſitatiſſima formula, οἷαι ἐξ οἴων, ad alium plane ſenſum detorquet Agoraſtocles iocum captans, quem, cùm in præcedentibus non poſſet, Latine repræſentauit Plautus, apud quem ita legendum putamus:

— Scin' quid eſt?

Threſſæ ſunt, cœlum verſus tolli ſolent.

Illæ, inquit, quas ἐξ Οἴων eſſe dicis, ſunt Threſſæ: Threſſæ autem Athenis malè audiebant, vt genere vitæ meretrices, καὶ αὗται αἱ γυναῖκες ἐκ τῆς ὁδοῦ τοὺς παριόντας ἁρπάζοισι, inquit Theophraſtus. Quod ſequitur, & à nobis emendatum eſt ex literarum ductu,

— Cœlum verſus tolli ſolent.

ſignificat, quid faciant proſtibula illa, quibus repręſentabantur Hannonis filiæ; Quare autem his verbis expreſſerit, quidquid illud eſt, Poëta, noſtri dicere non eſt pudoris. Hoc vnum addam ijs verbis alluſum ad ea quæ volebat Hanno, licet aliò detorta ſint eius verba, è paruulis grandiores iam factas illas eſſe.

Plautus emendatus Milite Glorioſo.
Domus ἄχηρς Athenis.

CAPVT V.

PHILOCOMASII verba ſunt apud Plautum *Milite Glorioſo* Actu II. Scena V.

-- Oſtium hoc mihi
Domicilium eſt, Athenis domus ac herus. ego iſtam domum
Neque moror; neque vos, qui homines ſitis, noui neque ſcio.

Hæc verba, *Athenis domus ac herus*, exercitos habuerunt viros præſtantiſſimos. Quid enim ſit illud, *herus*, non liquet: Neque enim illa ſeruam ſe ferebat, quæ eſſet ingenua & libera, vt aſſerit Scena ſequenti Periplectomenes,

-- meamne hic in via hoſpitam,
Quæ heri huc Athenis cum hoſpite aduenit meo,
Tractatam, & ludificatam, ingenuam & liberam?

Vide conatus eruditiſſimorum virorum apud Taubmannum, qui omnes longius recedunt ab edita lectione, imò etiam à ſcripta: Nam teſtantur viri magni in MS. primo doctiſſimi Camerarij expreſſè fuiſſe ſcriptum, *Athenis domus acheruſa.* Quæ vox nobis videbatur Græca, ſed Latinis, vt ſolet, literis ſcripta: Putabamus igitur ita eſſe reſcribendum,

-- Athenis domus ἄχηρς

ſiue mauis Latinis literis, *domus acherus.* Domus au-

Digitized by Google

tem ἄχηςοι eſt, vbi quammulti ſunt, qui cognatione coniunguntur arctiore. Nam in iure Attico οἶκοι χήςοι ij dicuntur οἱ ἔρημοι συγγενῶν, quorum hæreditatem cernunt οἱ μακρόθεν τῷ γένους κληρονόμοι. Quare autem Philocomaſium cognatorum ſuorum memoriam & nomina vſurpet, ratio in promptu eſt, quia iniuriam inferebat Sceledrus ſeruus: Minatur itaque Philocomaſium illatam ſibi iniuriam inultam non fore, quâ ab hoſpite, quâ à cognatis, quibus ſtipabatur Athenis, & erat potens.

Plautus ſemel atque iterum emendatus Truculento. *Populus Atticæ Plotheis*

Capvt VI.

Prologo Plautinæ *Truculenti* impetum noſtrum hæc verba remorantur,

Perparuam partem poſtulat Plautus loci
De veſtris magnis atque amœnis mœnibus,
Athenas quò ſine architectis conferat.

Ita edidit poſtremum hunc verſum præſtantiſſimus Camerarius, cuius lectionem tuentur Codices Apuleij Lib. IV. Floridorum extremo, itémque D. Lambinus. Sed pace illorum dixerim, ea ſtare non poteſt: Nam verum id non eſt, Plautum eò loci, quem deſignat, contuliſſe Athenas ſine architectis, id eſt, ſine vlla architectorum opera. Scena enim iſta Comica, quæ ædificiorum priuatorum & mœnianorum habebat ſpeciem, deformari iſtis rebus non poterat ſine

Digitized by Google

architectorum opera. Adde quod aliam plane ſcripturam præferunt vnanimi conſenſu MSS. Camerarij atque Vaticana: Legunt enim, *ſine arcuspletis.* Quod lectionis portentum temerè reijciendum non eſſe cenſent eruditi; nec tamen illud aut explicant, aut extricant. Inde tamen nullo negotio vera huius loci ſcriptura poteſt erui. Quæ vt adſtruatur, obſeruandum eſt, Plautum non contuliſſe totas Athenas in perparuam illam loci partem, quam poſtulabat, neque enim poterat tam paruo ambitu repræſentari vrbs, quæ Roma ipſa non erat minor: cum ea enim vrbe Romam comparat Dionyſius Halicarnaſſeus Antiquitatum Romanarum Lib. IV. Sed Athenarum regionem illam deformabat hæc Plauti Scena, in qua res iſtæ, quæ hoc dramate repræſentantur, geſtæ dicebantur. Hinc fit, vt Plautus, qui Athenas ſe eò loci, quem poſtulauerat, conferre dicit, ne quis imprudens totas illum & ſolidas conferre putet, addit, per ἐπιπλμόρθωσιν, regionem illam populi Athenienſium, in qua res geſta eſt: Sed fraudi fuit huic regioni, quod Græcum illius nomen Latinis literis eſt ſcriptum. Quod ita reſcribendum eſſe coniectura noſtra eſt, *acrus Plothis*, id eſt Græce, ἄκρους Πλωθῆς. Verſum verò vnius literulæ mutatione integritati reſtitues, & concinnabis hoc modo:

Athenas quò ſiue ἄκρους Πλωθῆς conferat.

Πλωθῆς ſunt Athenienſium δῆμος Ægeïdis tribus. Grammatici Πλωθειά, δῆμος τῆς Αἰγηΐδος, ὅθεν ὁ δημότης Πλωθεύς. Hos in ſcenam ſuam ſe contuliſſe dicit Plautus, eoſque ἄκρους, id eſt, Scenam ſuam repræſentare

Plotheenſium regionem, eamque non totam, ſed extremam illius partem, in qua habitare fingitur Phroneſium meretrix. Coniecturam noſtram firmat verſus, qui ſequitur paullo poſt, ſed male in omnibus editionibus conceptus hoc modo:

Athenæ iſtæ ſunto, ita vt hoc eſt proſcenium,
Tantiſper dum tranſigimus hanc Comœdiam.

Neque medicinam faciunt, qui hunc locum attigerunt. MSS. habent, *Athenis tracto ita vt, &c.* Hinc nos facile legendum eſſe coniecimus:

Athenas arcto, ita vt hoc eſt proſcenium.

Quibus verbis ſignificat, ſe non totas & ſolidas Athenas contuliſſe, ſed arctaſſe, & partem aliquam, hoc eſt, regionem deformaſſe ſua Scena, qua ſibi ad hanc docendam Comœdiam opus erat.

Plautus Trinummo *emendatus. Tænarius Neptunus.*

CAPVT VII.

PLAVTINÆ *Trinummi* locus, qui habetur Actu IV. Scena I. è Charmidis ſenis, Athenas è Seleucia reducis perſona, corruptus eſt, quem malè interpolauit eruditiſſimus vir Dionyſius Lambinus; ita habent MSS. Camerarij:

Salſipotenti & multipotenti Iouis fratri, & Nerei Neptuni.

Literarum ductum ſecuti non dubitamus reſcribere hæc verba ad hunc modum:

Salſipotenti & multipotenti Iouis fratri Tænario Neptuno.

Tænarius dictus eſt Neptunus à *Tænaro* Laconicæ promontorio, in quo erat ſacra Neptuno ædes: cuius quare hic meminerit Charmides, ratio peti poteſt ex cognomine, quo in Tænaro colebatur, de quo Suidas, Ταίναρος, ἀκρωτήριον Λακωνικῆς. ἔνθα καὶ Ποσειδῶνος ἱερὸν Ἀσφαλίου.

Plautus extremo dramate Perſa *correctus.*

CAPVT VIII.

EXTERNOS Plautini dramatis *Perſæ* verſus, quem Toxilus pronuntiat, ita legitur in Camerarij MSS. codicibus:

Spectatores, benè valete: leno perijt. Plaudite pantio. Quid ſit *pantio* quærit erudítiſſimus Taubmannus; Nos emendandum putamus, *Plaudite penſio:* Eſt autem *penſius* vox proba: Gloſſarium quid ſignificet, explicat: *Penſius*, δαπανηρός. Quare verò Toxilus iſtud nomen ſibi ipſe imponat, & quàm verè, tota nos docet fabula.

Plautus Epidico *emendatus*. *Aſſertus Orationis Lyſianæ titulus. Plotheenſes. Platæenſes inter Athenienſes ciues.*

Capvt IX.

Leve mendum, mendum tamen, occupauit Plauti verſum *Epidico* Actu III. Scena IIII. in qua hi verſus leguntur:

Caue prӕterbitas vllas ӕdis, quin roges,
Senex vbi habitat Periphanes Platenius.

Vir magnus Ioachimus Camerarius obſeruat Periphanem *Platenium* nominari, quaſi indicio populi, cuius ille eſſet, vt Δημοσθένης Παιανιεύς. Verè quidem iſta vir præſtantiſſimus: ſed nullus eſt tota Attica populus, cuius δημότης *Platenius* appellari queat. Quare non dubitamus nomen illud populi corruptum eſſe; itaque reſcribendum:

Senex vbi habitat Periphanes Plothenius.

Plothenius eſt Πλωθειεύς ex Egeïde tribu. Stephanus: Πλωθειά, δῆμος Αἰγηΐδος φυλῆς. ὁ δημότης, Πλωθειεύς, καὶ Πλωθεύς. & de eo populo nos iam in ſuperioribus diximus: Occaſionem verò hanc nacti adſtruemus editam lectionem tituli Orationis Lyſianæ, qui hic eſt κατὰ Παγκλέωνος, ὅτι οὐκ ἦν Πλαταιεύς. Hanc enim epigraphen corruptam eſſe, legendúmq; omninò contendit Vir magni ſuo merito in his literis nominis, ὅτι οὐκ ἦν Πλωθειεύς. Quaſi nolit oſtendere Rhetor non eſſe Thebanum iſtum Pancleonem *Platæenſem*, ſed vero

vero non eſſe Atticum è populo *Plotheenſi*, putátque validè confirmari ſententiam ſuam his Oratoris verbis, Oratione primore: ὡς δὲ ὀρθῶς τὴν δίκην ἔλαχον τούτῳ Παγκλέωνι, οὐκ ὄντι Πλαταιεῖ, τοῦτο ὑμῖν πειράσομαι ἀποδεῖξαι. ὡς γὰρ ἀδικῶν με πολὺν χρόνον οὐκ ἐπαύετο, ἐλθὼν ἐπὶ τὸ γναφεῖον, ἐν ᾧ εἰργάζετο, προσεκαλεσάμην αὐτὸν πρὸς τὸν Πολέμαρχον νομίζων μέτοικον εἶναι. εἰπόντος δὲ τούτου, ὅτι Πλαταιεὺς εἴη, ἠρόμην ὁπότε δημοτεύοιτο· παραινέσαντός τινος τῶν παρόντων προσκαλέσασθαι καὶ πρὸς τὴν φυλὴν, ἧς τινος εἶναι σκήπτοιτο. ἐπειδὴ δὲ ἀπεκρίνατο ὅτι Δεκελεόθεν προσκαλεσάμενος αὐτὸν καὶ πρὸς τοὺς τῇ Ἱπποθωντίδι δικάζοντας, & quæ ſequuntur. Nam, inquit Vir CL. negans Pancleo ſe inquilinum eſſe, *Platæenſem* dictitabat. Quid abſurdius, quæſo, dici poteſt? Vt ſe Atticum eſſe probet, non inquilinum, *Platæenſem* Bœotum dicit. Quis non videt mendum verbi? Certe *Plotheenſem* ſeſe dicere voluit. Sic poſteà *Deceleenſem* dicit. Acute quidem hæc vir eruditiſſimus, ſed non ex vero. Vera namque inſcriptio hæc eſt, ὅτι οὐκ ἦν Πλαταιεύς. Erat hoc τὸ κρινόμενον, an inquilinus eſſet Pancleo, an vero *Platæenſis* ex ijs qui ſunt ciuitate donati ex pſephiſmate, quod deſcriptum è Demoſthene, ſi titulus non mentitur auctorem, ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας, meretur hic legi, ad fidem ijs, quæ diſputamus, faciendam, éſtque huiuſmodi: Ἱπποκράτης εἶπε, Πλαταιέας εἶναι Ἀθηναίους ἀπὸ τῆς δὲ τῆς ἡμέρας ἐντίμους, καθάπερ οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι. καὶ μετεῖναι αὐτοῖς ὧνπερ Ἀθηναίοις μέτεστι πάντων, καὶ ἱερῶν καὶ ὁσίων· κατανεῖμαι δὲ τοὺς Πλαταιέας εἰς τοὺς δήμους καὶ τὰς φυλάς. ἐπειδὰν δὲ νεμηθῶσι μὴ ἐξέστω ἔτι Ἀθηναίῳ μηδενὶ

γίγνεσθαι Πλαταιέων, μὴ διαῤῥήδην παρὰ τοῦ δήμου τῶν Ἀ-θηναίων. Addit Demoſthenes ad pſephiſmatis lucem, quid factum ſit in donandis, ex hoc pſephiſmate, ciuitate *Plataenſibus*, vt maneret hic eorum poſteros honor, neque quiſquam alius temerè ſibi vindicaret, πρῶτον μὲν δοκιμασθῆναι ἐν τῷ δικαστηρίῳ, κατ' ἄνδρα ἕκαστον, εἰ ἐστι Πλαταιεὺς καὶ εἰς τῶν φίλων τῶν τῆς πόλεως. ἵνα μὴ ἐπὶ ταύτῃ τῇ προφάσει πολλοὶ μεταλάβωσι τῆς πολιτείας. ἔπειτα τοὺς δοκιμασθέντας ἀναγραφῆναι ἐν στήλῃ λιθίνῃ, καὶ στῆσαι ἐν Ἀκροπόλει πρὸς τῇ Θεῷ, ἵνα σώζηται ἡ δωρεὰ τοῦ ἐπιγιγνομένου, καὶ ᾖ ἐξελέγξαι ὅτου αὖ ἕκαστος ᾖ συγγενής. Ex his ſatis ſupérque patet in Orationis Lyſianæ titulo nihil eſſe mutandum. Tota enim controuerſia eſt, an ſit *Plataenſis* ex ijs qui facti ſunt Ἀθηναῖοι ἔντιμοι, necne. Vere enim Athenienſis ciuis erit, ſi *Plataenſis* fuerit, ex ijs qui ciuitate donati, aut ijs genitus. Itaque quod legitur in laudatis Lyſiæ verbis, Pancleonem reſpondiſſe primùm, ciuem ſe eſſe, ὅτι Πλαταιεὺς εἴη, oſtendit intelligere ſe de Platænſibus ciuitate donatis. Quod euincit certe poſtrema eius reſponſio, ὅτι Δεκελεόθεν, *Deceleenſem* eſſe. Dicit enim *Deceleenſem* ſe eſſe, quia, vt pſephiſmate cautum eſt, diſtributus inter *Deceleenſes* fuerat *Platænſis* ille ciuis factus, à quo genus ſuum ducebat Pancleo: Neque enim *Deceleenſis* eſſe potuit, quem *Plotheenſem* vult Vir CL. aut certe manifeſti argueretur vitij.

Digitized by Google

Plautus ibidem emendatus. Foria. *Venditio ἐπ' ἐξαγωγῇ.*

CAPVT X.

SEQVITVR apud Plautum non longè:

— MI. *Nam quid ego apud te parcam proloqui?*
Ego illam hodie volo facere libertam meam,
Mihi concubina quæ ſit. PE. *Te abſoluam breui:*
Argenti quinquaginta mihi illa emta eſt minis.
Sexaginta mihi ſi denumerantur minæ,
Tuas poſſidebit mulier faxo ferias:
Atque ita profecto, vt eam ex hoc exoneres agro.
MI. *Eſtne emta mihi hæc?* PE. *Iſtis legibus habeas licet.*

Integrum hunc locum deſcripſimus, quo facilius quæ corrupta ſunt, ſanari; & illuſtrari, quæ tenebris obuoluta ſunt, queant: Neque enim nobis ſatisfaciunt viri eruditiſſimi; nec eorum quiſquam nobis videtur αὐτὸν κεχρουκέναι τὸν βατῆρα τῆς θύρας. An verò nos meliora præſtiterimus, neſcio. Legebamus tamen ad hunc modum:

Sexaginta mihi ſi dinumerantur minæ,
Tua poſſidebit mulier faxo foria:
Atque ita profecto, vt eam ex hoc exoneres agro.

Volebat Miles fidicinam emere à Periphane, quæ concubina eſſet, vt habes in præcedentibus. Eam ſe illi conciliaturum ſpondet Periphanes ſexaginta minis, quod autem dixerat Miles,

Mihi concubina quæ ſit.

Digitized by Google

elegandi quidem, ſed obſcena nimis expreſſit metaphora Periphanes hoc verſu,

Tua poſſidebit mulier ſaxo foria.

Foria ſunt ſtercora liquidiora. Nonius De honeſtis & noue veterum dictis. *Foria, ſtercora liquidiora. Pomponius Macco. Conforiſti me Diomedes. Laberius in Panilicis: Foriolus eſſe videris, in coleos cacas.* Sed hic vſurpat Plautus alio ſenſu, quaſi dicat, in illam tanquam in matulam & σκάφιον tuas conijcies ſordes (quas autem intelligat, dicere pudor vetat) & illa poſſidebit, habebitque. Emendationem interpretationémque noſtram firmat ſequens verſus,

Atque ita profectò, vt eam ex hoc exoneres agro.

Eſt enim proprium hac in re *exonerandi* verbum, & ſimul docet, qua lege Militi eam conciliet: prima erat, vt ſexaginta dinumerarentur minæ: Altera lege teſtatur Periphanes ſe illam vendere ἐπ' ἐξαγωγῇ, vt eam Miles ex Attico exoneraret agro, hoc eſt, ea conditione, vt ex Attica in alias deportaretur terras, qua ratione cauere vult Periphanes, vt aliquò amoueatur fidicina, ne poſthac Stratippoclem corrumpat.

Plautus Curculione *emendatus Act. I. Sc. I. Comeſſantium ornatus: canticáque.*

Capvt XI.

Elegans mehercule eſt è Plauti *Curculione* locus Actu I. Scena I. in Palinuri ad Phædromum verbis, ſed male vulgo acceptus;

Iſtud quidem nec bellum eſt, nec memorabile;
Tute tibi puer es lautes, luces cereum.

Vide apud Taubmannum Ill. Scaligeri, Caſauboni, Gruteri, quantorum, Deus bone, virorum! itémque Palmerij, & Acidalij, emendationes, atque interpretationes, quas non exagitabimus: ſed coniecturas noſtras in medium adferemus, atque arbitrij eruditorum faciemus. Ibat comiſſatum Phædromus ad amicam Planeſium, vt conſtat ex iſtis;

PA. *Quò ted hoc noctis dicam proficiſci foras*
Cum iſthoc ornatu, cumque hac pompa, Phædrome?
PH. *Quò Venus Cupidóque imperat, ſuadétque Amor.*

Nam κωμάζειν λέγεται ἐπὶ τῶν κατὰ νύκτα εἰς ἐρωμένας ἀπερχομένων, inquiunt veteres ad Theocritum Magiſtri: & probat quod de cereo dicit Palinurus; diſcedebant enim in has laſciuiarum eruptiones cum facibus. Ariſtophanes Pluto:

Γρ. Ἔοικε δ' ἐπὶ κῶμον βαδίζειν. Χρ. Φαίνεται.
Στέφανόν γέ τοι καὶ δᾷδ' ἔχων πορεύεται.

Habeſque præterea venuſtiſſimum canticum extrema Scena ſequenti, quod κρουσίθυρον ἢ θυροκοπικὸν dicebatur, & ante amicæ fores cani ſolebat in huiuſmodi κώμοις.

PH. *Quid ſi adeam ad fores, atque occentem?* PA. *Si lubet.*
PH. *Peſſuli, heus peſſuli, vos ſaluto lubens,*
Vos amo, vos volo, vos peto, atque obſecro,
Gerite amanti mihi morem amœniſſimi.
Fite cauſſa mea Lydi barbari,
Suſſilite, obſecro, & mittite iſtanc foras,
Quæ miſero mihi amanti ebibit ſanguinem.

Digitized by Google

Hoc vide, vt dormiunt peſſuli peſſumi,
Nec mea gratia commouent ſe ocyus.
Reſpicio nihili meam vos gratiam facere.

Quibus poſtremis tribus verſibus huius elegantiſſimi παρακλαυσιθύρου cantici, erumpit in querelas, quod nondum admitteretur; atque, ſi perfecta eſſet oratio, minaretur, ſe immiſſurum facem in ædes, vt illas expugnaret, quod in his fieri amabat. Ouidius:

Aut ego iam ferróque ignique paratior ipſe,
Quam face ſuſtineo tecta ſuperba petam.

Sed præter iſta, quæ iam recenſuimus, nunquam comiſſatum prodibant, niſi præcinente tibicine, vel tibicina. Commentator Hermogenis: καὶ Πυθαγόρας δὲ, ὥς φησιν Ἰάμβλιχος ἐν τῷ περὶ τῆς Πυθαγόρου αἱρέσεως, μέσων νυκτῶν ἀστρονομούμενος, νεανίαν τινὰ σὺν αὐλητῇ κωμάζοντα μετὰ λαμπάδος κατὰ αὐλητρίδος, &c. Hinc tibiam appellat Pratinas in hyporchemate στρατηλάτην. Nec hunc ornatum prætermiſit Plautus hoc loco, ſed miſere corruptus eſt. Lego:

Tute tibi præis lotis, luces cereum.

Lotus arboris genus eſt, ex cuius materia frequenter tibiæ fiebant: hinc factum, vt etiam *Lotus* pro tibia diceretur: itáque hoc loco. Obijcítque Phædromo Palinurus, quod ipſe ſibi tibijs prçcinat, ac tibicinis vicem fungeretur; hócque illud eſt, quod nec bellum, nec memorabile eſſe dicebat: Nam ad cereum, quod lucebat & ferebat Phædromus, non poſſe referri, luculentiſſime id probat, quod is eſſet comiſſantium adoleſcentum mos, cereum lucere, & facem ferre: At illud erat prçter morem & in-

ſtitutum, quod is ipſe adoleſcens, qui ibat comiſſatum, ſibi ipſe tibijs præcineret.

Plautus eodem dramate emaculatus Act. II. Sc. III. Joci Paraſitorum nutrix.

CAPVT XII.

EIVSDEM Plautinæ *Curculionis* Actu II. Scena III. verſus hi è Curculionis Paraſiti perſona maximam habent difficultatem;

— Tace parumper. iacit voltorios quatuor.
Talos arripio, inuoco almam meam nutricem Herculem.
Iacto baſilicum.

Herculem à Paraſito nutricem appellari, ſententia eſt viri magni; ídque probat ex eo, quod Paraſitos peculiares Herculis ſeruos Leges Græciæ ſanxerant, apud Athenæum Lib. VI. *Baſilicum* vero iactum eumdem cum Venerio facit. Quia enim Magiſtro conuiuij, quem Græci βασιλέα appellant, creando proprius ille iactus, *Baſilicum* ideò eum vocauit, & recte, inquit vir CL. Sed ignoſcant mihi illius manes, ſi adſeueranti non credimus. Nam virum dici *almam nutricem*, cùm maſculina extet terminatio, veriſimile non eſt. Adde, quod caput eſt, non vnius & ſolius Herculis fuiſſe Paraſitos, ſed etiam aliorum Deorum: ita conſtat è laudato VI. Athenæi Libro, Acharnenſes Paraſitos fuiſſe Apollinis: erántque hi Herculis, Apollinis, aliorúmque Deorum Paraſiti, alterius longe ordinis à Paraſitis, qui in Comœdijs in-

ducuntur: ſed nos de ijs fuſe in Commentarijs noſtris ad Leges Atticas, ſi Deus vitam & otium dederit. Quod vero *Baſilicum* iactum tuetur, & Venerium fuiſſe contendit, fruſtrà eſt: Nam non hic agebatur de creando conuiuij Magiſtro: ſed poſtquàm cœnati ſunt atque appoti, Miles talos poſcit in manum, & in aleam prouocat Curculionem. Aliorum ſententias referre putidum forte eſſet; itaque ſuperſedebimus, & noſtram tantùm adſcribemus. Verum primo legendus eſt locus ad hunc modum, & interpungendus:

--- Tace parumper. iacit voltorios quatuor.
Talos arripio, inuoco ἅλμαι *meam nutricem. Hercule*
Jacto bolis Chium.

Dicit Paraſitus ſe inuocaſſe ἅλμαι nutricem ſuam: quibus verbis facetè ludit & iocatur, quaſi nutricem, quæ ſibi ſit, non deſignet, ſed epitheto, quod perpetuum eſt, *almæ* ornet: Cùm tamen intelligat ἅλμην, id eſt, lepores, iocos, atque ſales, venuſtatémq; ſuam: ijs quippe artibus victum ſibi quærebant Paraſiti, merebantúrque ſales iſti nutricis nomen. Gelaſimus Paſimus Paraſitus *Sticho* Act. III. Sc. II.

Libros inſpexi. tam confido, quam poti ſt,
Me meum obtenturum regem ridiculis meis.

& hac ipſa fabula Act. V. Sc. II. profitetur Curculio, ſe propter nugas viuere.

Pla. *Nugas garris.* Cv. *Soleo, nam propter eas viuo facilius.* Atque per hos ſales venuſtatemque ſuam iurabant Paraſiti. Libanius paraſito: καὶ τὰ μὲν πρόσωπα, νὴ τοὺς ἅλας τούτους. ποῦ δ᾽ ἐστὶν ὁ δυστυχὴς παρατρέχομαι. Vir Cl. putat hunc Paraſitum in menſa iurare per appoſitum ſalem:

lem : Atqui à menſa excluſiſſimus erat hic Paraſitus, queritur enim ſe abſente funus eſſe factum prandio: quare hac oratione de ſuſpendio deliberat. Sed ad Plautum noſtra redeat oratio. Addit, *Hercule*: Quod eſt affirmantis de ſucceſſu aleæ, cùm tam proſperum habuiſſe vix quiſquam crederet, affirmantis, inquam, cum iuriſiurandi religione de eo: Nam certè proſper admodum obtigit aleæ ſucceſſus. Quippe cùm in pallium ſuum (opponebat Miles ſuum annulum) luderet Paraſitus aliquot talorum iactibus & bolis (non enim vno bolo tranſactum fuiſſe mihi perſuadet, quod Actu V. Scena II. eidem Militi dicit Curculio,

Si vis tribus bolis, vel in chlamydem.)

Quatuor autem iactus ſiue boli fuerunt: hinc iſta intelligenda;

— *Iacit voltorios quatuor.*

Miles miſit, ſingulis illis talorum iactibus & bolis quatuor, *voltorium* ſiue *canem:* At verò Paraſitus inquit de ſe,

Iacto bolis Chium.

Singulis ſcilicet quatuor bolis talorum, quos iactauit, *Chium*, id eſt, *ſenionem* miſit. & vicit.

Plauto Menæchmis *Act. II. Sc. III. lux & medicina facta. Agathocles, Hiero, Pauſaniæ codices emendati.*

CAPVT XIII.

EROTII meretricis verba in Plautino dramate *Menæchmis* Actu II. Scena III. admodum tene-

Digitized by Google

bricoſa & leuiter mendoſa ſunt: ijs nos facem præferre, & mendum tollere conabimur. verſus hi ſunt:

> *Non ego te noui Menæchmum, Moſcho prognatum patre?*
> *Qui Syracuſis perhibêre natus eſſe in Sicilia,*
> *Vbi rex Agathocles regnator fuit, & iterum Pinthia,*
> *Tertium Liparo, qui in morte regnum Hieroni tradidit.*
> *Nunc Hiero eſt.*

Camerarius ὁ πάνυ ad hunc locum ait, Erotium velle enarrare Tyrannicam ſucceſſionem in Sicilia; de qua tamen ſe nihil habere compertum; cenſetque hæc, vt alia apud Plautum, ἀνιστορήτως, ex decoro perſonarum, proferri de induſtria, neque hic quicquam iuuant eius MSS. eorum enim illa eſt, quam repræſentauimus, ſcriptura. D. Lambinus legit verſu tertio, *& iterum Pythia.* quomodo omnes eius codices legunt, itémque vir magnus Hermolaus Barbarus; Dicit autem ita ſcribi, *& iterum Pythia*, ſcilicet vicit, vt ſignificet bis Pythiorum victorem fuiſſe Agathoclem, quo modo etiam & ſenſu emendat idem verſu ſequenti, *Tertium Olympia*, id eſt, ter fuit Olympionices. Sed hæc ſiue ſcriptura, ſiue emendatio multum abit ab edita lectione:& præterea falſa eſt interpretatio. Nam in albo Olympionicarum nuſquam comparet Agathocles, & id ſine vllo auctore affirmat Lambinus. Incomparabilis Caſaubonus hunc locum attigit in Commentario ad Polybium: ſed nos in alia omnia imus; Facetè namque hic ludit Comicus, atque de vno eodémque Agathocle, ſed varijs ſub nominibus, dicit eum regnaſſe primùm, iterùm, atque tertium,

Digitized by Google

cui in Tyrannide ſucceſſerit Hiero. Quanquam non negamus aliquod interuallum intercedere inter mortem Agathoclis & Hieronis initia. Agathocles tyrannidem occupauit Olympiadis centeſimæ decimæ quintæ anno quarto, vt auctor eſt Diodorus Siculus Lib. XIX. itaque ſeptennij prochroniſmus eſt in Euſebij & Hieronymi Chronico. Hiero verò inuaſit tyrannidem Olympiade centeſima viceſima ſexta, vt habes apud Polybium Lib. I. Cum Erotio Plautina paria facit Pauſanias Eliacῶn Lib. poſteriore Hieronem Agathocli in tyrannide ſucceſſiſſe, cuius verba adſcribenda ſunt, vt Olympiadis numerum, qui excidit, reſtituamus. Ἱέρων δὲ ἐκαλεῖτο Ἱεροκλέους. μετὰ δὲ τὴν Ἀγαθοκλέους τοῦ πρότερον τυραννήσαντος τελευτὴν, Συρακουσίοις αὖθις ἀναπεφύκει τύραννος ὁ Ἱέρων οὗτος. τὴν δὲ ἀρχὴν εἶχεν ἔτει δευτέρῳ τῆς Ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς εἴκοσι καὶ ἑκατὸν, ἣν Κυρηναῖος στάδιον ἐνίκησεν Ἴδαιος. Ex Olympionicæ nomine facile eſt Olympiadis numerum deprehendere: Idæus vicit ſtadio, Olympiade centeſima viceſima ſexta, vt eſt apud Anonymum in Deſcriptione Olympiadum: idémque numerus, cuius numeralis nota facile excidit, reponendus eſt apud Pauſaniam, τῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς εἴκοσι καὶ ἑκατόν. De vno vero eodémque Agathocle iſta à Plauto dici cenſemus, quæ ita reſcribenda ſunt:

Vbi Rex Agathocles regnator fuit, & iterum Plinthias,
Tertiùm Lyparos, qui in morte regnũ Hieroni tradidit.

Sed quæſtionis eſt, quare dicatur Agathocles, vnus idémque, primùm, iterum, atque tertiùm regnaſſe: Facilis iſtis eſt reſponſio, ex qua etiam illud liquebit,

quare *Plinthias*, itemque *Lyparos* à Plauto dicatur: Primùm igitur Agathoclem regnaſſe dicit, ad quod faſtigium quibus artibus euectus ſit, fusè docet Diodorus Siculus Bibliothecæ Lib. XIX. Ea tamen dignitatis ſede pæne excuſſus fuit, cùm in Africa bellum gereret. Verumtamen victis rebellibus in integrum fuit reſtitutus, vt refert Diodorus Lib. XX. Atque hinc quaſi iterum de nouo Rex factus videtur. Quare autem *Plinthias*, ἀπὸ τοῦ πλίνθου, figlinam enim fecerat Agathocles, dicatur nunc, vbi de reſtituto in priſtinam dignitatem Agathocle agitur, potius quàm vbi primùm tyrannidem adijt, cauſſa petenda eſt ex his Diodori verbis: Ἀγαθοκλῆς δὲ ἐν ἡμέραις ὀλίγαις καὶ πεζῇ καὶ θαλάττῃ νενικηκὼς τοὺς πολεμίους, ἔθυε τοῖς θεοῖς, καὶ λαμπρὰς ὑποδοχὰς τῶν φίλων ἐποιεῖτο. ὁ δ᾽ οὖν Ἀγαθοκλῆς παρὰ τὸν πότον λαβὼν ῥυτὸν μέγαν χρυσοῦν, εἶπεν ὡς οὐ πρότερον ἀπέστη τῆς κεραμευτικῆς τέχνης, ἕως τοιαῦτα ἐκπωμάτων πλάσματα φιλοτεχνῶν ἐκεραμεύσατο. Verum non diuturna admodum Agathocli hæc felicitas fuit; ſed ita deiectus eſt paullo poſt, referente Diodoro Lib. XX. vt deſperabundus ad imperij abdicationem vltro ſeſe offerret. Quam conditionem cùm recuſarent illi, penes quos erat rerum ſumma, collatis ſignis feliciter dimicauit Agathocles, partáque eſt ab eo victoria, firmatúmque imperium, quod aſſerere ſibi quaſi de nouo tertiùm videbatur. Sed id adminiſtrauit crudelitate cum ſumma, cuius experimentum dedit deleto funditus illo exercitu, qui ſe dediderat; vnde meritò à Plauto *Lyparos*, λυπρὸς ἢ λυπηρὸς, id eſt, ſæuus & moleſtus appellatur.

Digitized by Google

Plautus Truculento *tribus locis emaculatus.*

CAPVT XIV.

LEGVNTVR apud Plautum *Truculento*, ſed corrupti, hi verſus Act. I. Sc. I. vbi meretricum artes deſcribuntur; Repræſentabimus ſcripturam MS. primi Camerarij, quæ hæc eſt:

Primum dum miros annua : is primus bolu ſt.
Ob eam tris noctes dutor interea loci, &c.

M S. ſecundum habet:

--- *miror annuus primus eboluſt.*

& verſu ſecundo, *tris noctes tutor*. Mirum quantum æſtuent viri eruditi in concinnandis his verſibus, de quorum emendatione vt noſtram afferamus coniecturam, notandum eſt, quod etiam iamdiù obſeruarunt alij, Plautum amaſſe Græcas voces ponere hac Comœdia, vt illa ipſa teſtis eſt. Id factum à Comico loco iſto : ſed Græcæ hæ voces Latinis literis ſcriptæ cùm non intelligerentur ab imperitis librarijs, miſerè corruptæ ſunt: ſed ita ſanatæ ſunt à nobis:

Primum duni m eros : annuit, is primus boluſt,
Abeam : tris noctes duco : interea loci.

Illud *duni m eros* eſt, δυνῄ μ' ἔρως: hoc verò *Abeam*, eſt idem quod *Habeam;* nec inſolens eſt excidiſſe aſpirationis notam. Senſus autem eſt : Vbi primum penetrat ſeſe intra pectus meum amor, annuit ſcortum (is primus bolus eſt, quo cupidum amantem ineſcat; nam ſtatim ac amator ſe illam amare ſignificat,

Digitized by Google

ea illi ſui copiam facit, quaſi amore victa, quo maiorem ſibi ab imprudente conciliet.) ſeſe habeam: (vox iſta vſurpata noſtro non ſemel hoc ſenſu; ita apud Terentium Andria, *quis heri habuit Chryſidem?*) Ego verò imprudens & incautus amator treis, id eſt, aliquot noctes duco: interea meretrix, quæ me amoris ſui reti impeditum videt, aliquid ſibi dari orat, & tentat. Eâdem fabulâ Act. IV. Sc. I. vbi gloriatur Dinarchus, dona ſua deamata, acceptáque habita fuiſſe apud Phroneſium, verſus, quem adſcribemus, in mendo cubat: ita edidit Lambinus,

Saluus ſum, quia pereo: ſi non peream, planè interеam.

Ediderat Plauti ſoſpitator Camerarius, *pane vicem;* cuius codices M S S. habent, *pane vriem*, vel *vrient.* Huic loco eadem obfuit, quæ ſuperiorem locum attigit, calamitas; nempe Græca iſta ſunt Latinis literis ſcripta, ita verò reſcribenda;

Saluus ſum, quia pereo: ſi non peream: pau, eu ri, eni.

Dicit amator Dinarchus, ſe ſaluum eſſe, id eſt, Phroneſium ſuam pilam eſſe, quia pereat, ab re nimirum, quam ferri iuſſerat ad meretricem: Addit, ſi non peream, ſcilicet à re, *pau, eu ri, eni*: παῦ· εὖ ῥεῖ, ἔνι: De ſe quicquam aduerſi dicere, religio fuit Dinarcho, ne omen fiat: vtitur itaque ἀποσιωπήσει, οὐ γὰρ βούλεται δυσχερὲς εἰπεῖν οὐδέν. Dicit itaque ſibi ipſi, παῦ id eſt, deſine; εὖ ῥεῖ, bene eſt, & res ex voto animique ſententia ſuccedit, mea pila eſt Phroneſium: ἔνι, (ἀντὶ τοῦ ἔνεστι) ius eſt & æquum. Nam dona ab illo acceperat Phroneſium non pœnitenda. A-

ctu IV. Scena IV. cùm Phroneſio permiſiſſet conceſſiſſetque puero ſuo recens nato vti aliquot dies Dinarchus, quo poſſet ab illa circumduci miles, Phroneſium in hæc verba erumpit, quæ ita leguntur in MSS. Camerarij codicibus:

— Vbi amici, ibidem opus.
Propter hunc ſpes etiam ſe hodie tantum rim litem.

Interpretes in his nimiùm ſupini, qui omnes ad vnum in conſtituendo hoc loco commenti ſunt, dicere Phroneſium ſpem omnem, quam habebat de circumducendo milite, interijſſe: Atqui id eſt præter mentem Plauti, cùm prædixerit Phroneſium, ſibi ſpem eſſe, ſi puer apud ſe ſit, quod nunc illi conceſſit Dinarchus, aliquo poſſe circumduci militem: Quare reſcripſimus,

Propter hunc ſpes etiam eſt hodie tactum iri militem.

Senſus plenus & planus eſt.

Aſſerta ſcriptura Plautinorum codicum Amphitruone *Act. II. Sc. II.*

CAPVT XV.

LEGVNTVR apud Plautum *Amphitruone* Actu II. Sc. II.

AL. *Primo diluculo abiuiſti ad legiones.* AM. *Quomodo?*
SO. *Rectè dicit, vt commeminit, ſomnium narrat tibi.*
Sed, mulier, poſtquam experrecta es, prodigiali Ioui, &c.

Fruſtra eſt omnis virorum eruditorum opera in emē-

dandis iſtis, quæ ſana præſtabimus. Sed mentem Plauti ſatis non capiunt, quæ hæc eſt. Quia dixerat Alcumena abijſſe Amphitruonem ad legiones *primo diluculo*: hinc colligit Soſias, eam narrare ſomnium, dicit quippe ſe primo diluculo experrectam eſſe. Itaque non vult Soſias eam ab Amphitruone interpellari: Rectè, inquit, dicit, ne interturba, ſomnium, prout in memoriam reuocat ſuam, narrat tibi. Solebant autem, qui fabulam narraſſent, dicere ſe poſtea experrectos eſſe. Ariſtophanes Ranis:

ἡρ. Κἀναυμάχησας; διον. καὶ κατεδύσαμέν γε ναῦς
Τῶν πολεμίων, ἢ δώδεκ', ἢ τρεισκαίδεκα.
ἡρ. Σφώ; νὴ τὸν Ἀπόλλω. κᾆτ' ἔγωγ' ἐξηγρόμην.

Scholiaſtes ad iſta verba: κᾆτ' ἔγωγ' ἐξηγρόμην. σκώπτει τὸν Διόνυσον, καὶ ἐγώ φησιν ἀνέστην ἐξ ὀνείρου. δηλῶν ὅτι ὄναρ ταῦτα ἔπραξεν, οἱ δέ φασιν ὡς ὁ Διόνυσος ταῦτα λέγει, κᾆτ' ἔγωγ' ἐξηγρόμην, ὡς τῶν ἐπίτηδες ψευδομένων, ἐπιλεγόντων τοῦτο, καθ' ὃ δηλοῦται ὅτι ἐνυπνίῳ ἔοικε τὸ λεγόμενον.

E Plauti Rudente *Act. IV. Sc. VIII. mendum ſublatum. Cenſere equo manno.*

Capvt XVI.

Rvdente Plauti verſus leguntur non vulgaris elegantiæ, ſed ita peſſimè à librarijs accepti, vt ſi reuiuiſcat Plautus, pro ſuis non ſit agniturus: Sunt illi Actu IV. Scena VIII.

--- Pl. *Quid ergo cenſes?* Tr. *Quod rogas,*
Cenſeo. Pl. *Dic ergo quanti cenſes.* Tr. *Egone? cenſeo.*

Pl. *At*

Pl. *At ſume quidem,ne cẽſionem ſemper facias.* Tr. *Cenſeo.* His verbis alluſum eſt ad pecuniarum facultatúmque cenſum, qui à Cenſoribus fiebat: nam Cenſores populi æuitates, ſoboles, familias, pecuniáſque cenſebant, & mores regebant. Cùm igitur interrogaret Pleuſidippus,

--Dic ergo quanti cenſes?

quanti cenſeret facultates ſuas. Quæ ſequitur Trachalionis reſponſio, miſerè corrupta eſt: Neque enim reſpondet, vt vulgò editur, quanti facultates Pleuſidippi cenſeat, quod fieri tamen debebat: ſed dicit tantùm ſe eas cenſere: At quis non videt iſta non cohærere? Reſcribimus igitur:

-- Pl. *Dic ergo quanti cenſes?* Tr. *Equone cenſeo?* Pl. *Aſt inno quidem,ne cenſionẽ ſemper facias.* Tr. *Cenſeo.* Cùm igitur petat Pleuſidippus, quanti cenſeat facultates ſuas: Reſpondet Trachalio, *Cenſeone equo?* id eſt, referone in Equitum cenſum? quem *Equi* nomine deſignat quia quibus erat iſte cenſus, Equus de publico dabatur. Trachalioni vero reſpondet Pleuſidippus: *Aſt inno quidem*: Latinis literis Græca vox ἴννῳ ſcripta eſt: hoc eſt, Si quidem tu vis facultates meas cẽſere equo, hoc mihi concede, vt ego quoque in partem veniam cenſionem faciendi; & ſi tu illas cenſes equo; da mihi, vt manno ſaltem equo, qui ἴννος appellatur, cenſeas.

E Bacchidibus *Plauti Act. III. Sc. III. abſterſa macula. Gymnaſia ad orientem Solem aperiebantur.*

CAPVT XVII.

DISCIPLINAM veterum commendat Lydus pædagogus apud Plautum *Bacchidibus* Actu III. Scena III. ſed in ea ῥητῷ mendum eſt hoc verſu:

Ante Solem exorientem niſi in palæſtram veneras,
Gymnaſij præfecto haud mediocres pœnas penderes.

Miror hunc locum viris eruditiſſimis ſuſpectum non fuiſſe de mendo; cùm tamen manifeſti arguatur, ex his Legis verbis apud Æſchinem ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου. οἱ δὲ τῶν παίδων διδάσκαλοι ἀνοιγέτωσαν μὲν τὰ διδασκαλεῖα μὴ πρότερον Ἡλίου ἀνιόντος, κλειέτωσαν δὲ πρὸ Ἡλίου δύνοντος. Cauet hac Lege Solon, ludos literarios aut gymnaſia, (de ijs enim omnibus agit hac Lege.) ad exorientem Solem tantum, non ante, aperiri; claudi verò ante occaſum Solis. Hinc nobis in promptu fuit hunc verſum emendare ad hunc modum,

Adve Solem exorientem niſi in palæſtram veneras.

id eſt, vbi primum aperiebatur ludus & gymnaſium, quod fiebat ad exorientem Solem, niſi veneras, Gymnaſij præfecto pœnas dabas. Ne quis autem tricetur, ſciat Comœdiam eſſe palliatam, & Scenam Athenis.

Plautus quantummultis locis è Pſeudolo *emendatus aut illuſtratus.*

Capvt XVIII.

Percvrremvs hoc capite Plautinam *Pſeudolum*, eíque aut lucem præferemus, aut male affectæ medicinam properabimus: ac primum quidem occurrunt iſta Actu I. Scena V.

--- Quid nouum? adoleſcens homo
Si amat, ſi amicam liberat?
Si. *Vetus nolo faciat.*

Quorum ſententiam neque Lambinus, neque Acidalius ſunt aſſecuti. ille interpretatur: Nolo hoc ita ſæpe faciat, vt ſit ei vetus. Acidalius meritò hanc interpretationem improbat, veriorem tamen non ſubſtituit: Ita enim exponit: Non nouum eſſe dixerat Calipho, adoleſcentem amare; at ille auſterior non vult, vt vetus & antiquum illud filius faciat ſuus. Nos exiſtimamus alia plane ratione verba iſta exponi debere. Dixerat Calipho;

--- Quid nouum? &c.

quibus verbis oſtendit, neque Callidorum Simonis filium primum de Athenienſibus adoleſcentulis hanc inſaniam inſaniuiſſe; ſed id ab alijs etiam iam longè factum fuiſſe: at reponit Simo nolle ſe vt iſta faciat filius ſuus, cùm fuerit ætate prouectiore. Huic interpretationi firmandæ vnicè facit Terentianus Micio Adelphis Act. I. Sc. II.

Non eſt flagitium, mihi crede, adoleſcentulum
Scortari,
— Et tu illum tuum, ſi eſſes homo,
Sineres nunc facere, dum per ætatem licet,
Potius quàm, vbi te expectatum eieciſſet foras,
Alieniore ætate poſt faceret tamen.

Mendoſiſſima ſunt, quæ eâdem Scenâ Latinis admixta leguntur Græca, quibus multus ineſt lepos: verum is omninò periit: ita enim edidit Camerarius:

S I. *Quid ais? ecquam ſcis filium tibicinam*
Meum amare * * S I. *Liberare quam velit*
* * * S I. *Ecquas viginti minas*
Per ſycophantiam, atque per doctos dolos
Paritas vt auferas à me? P S. *Abs te ego auferam?*
S I. *Ita, quas meo gnato des, qui amicam liberet.*
Fateri * * *
C A. *Fatetur.* S I. *Dixin' Calipho dudum tibi.*

Lacunas iſtas, quæ aſteriſcis notantur, variè ſupplent docti; eorum conatus vide apud Taubmannum: nam erit ſatis repræſentaſſe ſcripturam veteris MS. Camerarij: ea autem hæc eſt,

Meum amare? Ps. *Negare meum eſt.* SI. *Liberare quam velit?*
Ps. Καὶ τοῦτο καὶ τοῦτο *nego.* SI. *Ecquas viginti minas*
Per ſycophantiam, atque per doctos dolos
Paritas vt auferas à me? P s. *Abs te ego auferam?*
SI. *Ita, quas meo gnato des, qui amicam liberet.*
Fateri δεῖ καὶ τοῦτο ναί. Ps. Καὶ τοῦτο ναί.

Editionem Camerarij repræſentauit Taubmannus, præterquam in diſtinctione vltimi verſus; ita nam-

que diſtinguit:

S**I**. *Ita, quas meo gnato des, qui amicam liberet.*

Ps. *Fateri* δεῖ καὶ τοῦτο ναὶ, καὶ τοῦτο ναί.

Verba Græca partim ſcripta ſunt Latinis literis, & ibi latent, quæ in lucem protrahemus. Quod enim hic legitur à Pſeudolo dictum,

— Negare meum eſt.

Locum non habet, cùm promiſerit in ſuperioribus Pſeudolus ſe vera dicturum:

— Si quid vis, roga,
Quod ſcibo, Delphis tibi reſponſum dicito.

Sed latent in his voces Græcæ: Lego itaque,

Meum amare? Ps. ναί γα· ῥῆμ' ἐὸν ἐστι. S**I**. *Liberare quam velit?*

Ps. Καὶ τοῦτο καὶ τοῦτο ναί 'γώ. S**I**. *Ecquas viginti minas,*
Per ſycophantiam, atque per doctos dolos,
Paritas, vt auferas à me? Ps. *Abs te ego auferam?*

S**I**. *Ita: quas meo gnato des, qui amicam liberet.*

Ps. Φᾶ· τήρει· δεῖ. καὶ τοῦτο, ναί, καὶ τοῦτο, ναί.

Petit Simo, an filius Calidorus tibicinam amet: Id non negat Pſeudolus: ſed Græcè ita reſpondet, vt ea verba, Latinè ſi pleraque dici putentur, negare videantur; nec Pſeudolus fateri credatur, niſi extremo horum verſuum: Atque ita factum eſt, vt corrumperetur iocus iſte Plautinus ab ijs, qui non intelligebant. Quærit igitur Simo, an tibicinam amet filius: Reſpondet Pſeudolus; ναί γα· ῥῆμ' ἐὸν ἐστι. id eſt; *Ita certè: Verbum ſiue oratio vera eſt:* ἐὸν pro ὂν participio, quod *verum* ſæpe exponitur. Iſta autem verba, ſi Latina putes, planè id videntur negare, quod Græcè affirmant:

Efferuntur enim eo modo, quo in Camerarij libro leguntur:

— Negare meum eſt.

Rurſum quærit Simo de iſta tibicina, an illam liberare velit Calidorus: atque ita duo objicit filio, amorem tibicinæ, & ſtudium illam aſſerendi in libertatem. Vtrumque crimen fatetur Pſeudolus, καὶ τοῦτο, καὶ τοῦτο, ναὶ 'γώ, *& hoc, & illud verum eſt:* (eſt enim repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, ῥῆμ' ἐὸν ἐστι.) *Ita certè.* ναί. *Ego id dico.* ἐγώ. Ita ſæpe apud probatiſſimos ſcriptores vſurpata leguntur iſta pronomina. At vero ſi quis poſtremas iſtas duas voces, ναὶ 'γώ, Latinas putet, pronuntiabit & efferet, *nego*, quemadmodum in Camerarij codice ſcribitur: atque ita videbitur negare, cùm tamen affirmet. Denique obijcit ipſi Pſeudolo Simo, quod viginti minas velit à ſe auferre, quas Calidoro det, qui amicam liberare poſſit. Fatetur & iſtud omne quodcumque eſt Pſeudolus his verbis:

Φᾶ, τήρει, δεῖ, καὶ τοῦτο, ναί. καὶ τοῦτο, ναί.

Φᾶ, ἀντὶ τοῦ φῆ, quod eſt vicem ἔφη. id eſt, *Dixit* ille ipſe ſcilicet Pſeudolus, qui de ſe in tertia perſona loquitur, quaſi dicat: Ego me illas viginti minas à te ablaturum recepi, atque dixi; τήρει, δεῖ, *obſerua*, ſiue *caue; opus eſt* Quod poſtea fuſius exponit:

Ps. *Nunquam ædepol cuiquam ſupplicabo, dum quidem*
Tu viues: tu mihi hercle argentum dabis.
Abs te equidem ſumam. SI. *Tu à me ſumes?*
-- Ps. *Dabis,*
Iam dico, vt à me caueas.

Et paulo poſt Pſeudolus:

Prædico, vt caueas: dico, inquam, vt caueas: caue.
Hem, iſtis mihi tu hodie manibus argentum dabis.

Addit Pſeudolus illo verſu, καὶ τοῦτ, (ſupple φημ' ἐόν ἐστι.) ναί. quod repetit, quia Pſeudolum interrogabat Simo, an non pararet à ſe viginti minas auferre, & an non daturus eſſet Calidoro, qui tibicinam liberaret. Reſpondet Pſeudolus id ſe in animo habuiſſe, veréque ſibi obijci. Putamus quoque & verbis iſtis, ſi ſuppleas, ναὶ, καὶ τοῦτο ἐὸν ἔσται, ſignificare voluiſſe Pſeudolum, & id ſe præſtiturum quod receperat. Verba autem illa, φᾶ, τήρει, quia Latina putabant, coniungebant cum voce Græca δῆ, quaſi veritate victus cogeretur Pſeudolus fateri, quæ ſibi obijciebantur. Itaque dixit Callipho ſequenti verſu, *Fatetur.* Atque ex his iocos & ſales non inelegantes nec iniuſtos quæſiuit Plautus. Cùm adduxiſſet Charinum Calidorus, petit Pſeudolus Actu II. Scena IV. quis ille ſit, & ludit in eius nomine. Locum ita edidit Camerarius è ſuorum veſtigijs MSS.

Ps. *Qui iſtic eſt?* Ca. *Charinus.* Ps. *Euge! iam* Χαῖρον
οἰωνὸν ποιῶ.

Variè emendant docti, nec aſſequuntur. Optimè tamen eruditiſſimus Acidalius pro ſua ἀγχινοίᾳ mentem horum verborum vidit, & obſeruat, Plautum ludere in nomine Charini, quem valere & miſſum fieri vult, non vſui nunc illi, cui ſupra iuſſerat eiuſmodi hominem inueniri. Scriptura vero eorum, ſi ductum MSS. Camerarij ſequamur, hæc nobis videtur.

-- *Euge iam!* χαῖριν, ὅγ' οἷς νῦν, ποιῶ.

Iuſſerat Pſeudolus ſibi adduci à Calidoro hominem &

aſtutum & callidum: dum in eo erat Calidorus, Pſeudolus aliam decipiendi lenonis occaſionem nactus, caſtigat his verbis Calidori moram. Euge iam! & oſtendit nihil ſibi opus eſſe, vt quidem res erat, χάριν, ὅγ᾽ οἷ νῦν, ποιῶ, *gratiam, vt nunc res eſt, facio.* Quæ verba ſunt recuſantis vti opera Charini, quem adduxerat Calidorus. Quod miror non animaduertiſſe viros eruditiſſimos, cùm verſu ſequenti, vbi Charinus ipſe operam ſuam pollicetur, Pſeudolus recuſet pæne ijſdem verbis:

CH. *Quin tu quicquid opus eſt, audacter imperas.* Ps. *Iam gratiam.*

Bene ſit, Charine. nolo tibi moleſtos eſſe nos.

Eâdem Scenâ iſta leges:

Ps. *Sed iſtic ſeruus, ex Caryſto huc qui aduenit, quid ſapit?*

CH. *Vſque à cunabulis.* Ps. *Manuleatam tunicam habere hominem decet.*

Locus iſte viris maximis negotium exhibuit. Sed nulli dubitamus verba iſta, quæ in mendo ſunt, Græca fuiſſe, quemadmodum & hoc dramate non ſemel interſerit. Inde nata MSS. codicum varietas. Quorum alij habent, vt MS. prior Camerarij & ſchedæ Turnebi, *Hircum ab alis*, alij, vt eiuſdem Camerarij MS. alter, *Hiſcu ab alijs*, vel vt MSS. Lambini, *Iſcum ab alijs.* Suſpicamur itaque ex his MSS. veſtigijs ita primitus à Plauto fuiſſe ſcriptum:

—*Quid ſapit?*

CH. Ισχὸν ἀβαλαίνς.

Quærit Pſeudolus cuius rei ſit peritus: Reſpondet περὶ προσδοκίας Charinus, *furandi* (quod vel maximè

vulgo

vulgo ſeruis obijcitur.) *idque propalam.* Quod intelligitur iſtis vocibus ἰσχὸν ἀβαλγαίης ἢ ἀβαλγαίας. Nam ἰσχὸς, κλέπτης exponitur ab Heſychio, & ἀβαλγαία ab eodem ὁμολογία eſſe dicitur. Eſt igitur hîc ἰσχὸς ἀβαλγαίης, qui propalam rapit, vt alibi dixit noſter Comicus: Nam idem eſt atque κλέπτης ὁμολογῶν, qui apud Æſchinem ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου opponitur τῷ λάθρα τοῦτο πράττοντι. Quod verò dixit Plautus *ſapere* ἰσχὸν, id eſt, *furem*, ἀντὶ τοῦ *artem furandi*, eleganter dictum eſt, & huiuſmodi loquendi genera iamdiu obſeruarunt eruditi. Dices, quare ad hæc reſpondeat Pſeudolus:

—*Manuleatam tunicam habere hominem decet.*

Ego verò iſthuc ibam. Ex his quippe liquidò probamus, Charinum prædixiſſe, Simiam hunc furem eſſe. Dicit enim Pſeudolus decere illum habere tunicam manuleatam, id eſt, cum manicis, quibus manus illas ſuas tam tagaces inſereret & contraheret, ne quicquam furto ſurripere poſſet.

Reſtituta vera epigraphe Plautini dramatis Caſinæ. *Pueri Cynoſargi expoſiti.*

CAPVT XIX.

LEGITVR quotidie Plautina fabula, cui titulus eſt CASINA, nec cuiquam de mendo ſuboluit titulus ille: eius rei tamen moneri debebant vel hiſce verſibus è Prologo:

Clerumenoe vocatur hæc Comœdia
Græcè, Latinè Sortientes. Diphilus

Hanc Græcè ſcripſit, poſt id rurſum denuò
Latinè Plautus cum latranti nomine.

Optimè viri magni Ianus Gruterus, Ianus Douza Filius, Ioannes Murſius, iſta verba, *cum latranti nomine*, ad Caſinam referunt, & illam ſignificari volunt,

Quam ſerui ſumma vi ſibi vxorem expetunt.

quæque nomen ſuum fabulæ indicem fecit. Fuerat autem iſta *Caſina* expoſita quondam (quanquam eſſet ingenua Athenienſis.) Cleoſtratæ educanda data, cuius nuptias ambiebant ſerui, & tandem ſortiuntur;

Is ſeruos, ſed ab hinc annos factum eſt ſedecim,
Quum conſpicatus eſt primo crepuſculo
Puellam exponi: adit extemplò ad mulierem,
Quæ illam exponebat: orat, vt eam det ſibi:
Exorat, aufert, retulit rectà domum:
Dat heræ ſuæ, orat, vt eam curet, educet.
Hera facit, educauit magna induſtria,
Quaſi ſi eſſet ex ſe nata, non multò ſecus.
Hanc ſerui ſumma vi ſibi vxorem expetunt.
Ea inuenietur & pudica, & libera,
Ingenua Athenienſis.

Scena igitur huius dramatis eſt Athenis, in eáque vrbe expoſita eſt iſta puella, quæ hactenus CASINA appellata eſt. Athenis *Cynoſargi* pueri exponebantur, vt è Gregorio Nazianzeno, Ioanne Tzetze, alijs conſtat: Ergo *Cynoſarge* ex hoc more expoſita fuit puella, cui nomen ΚΥΝΙΚΗ, à loco, in quo fuerat expoſita, impoſitum fuiſſe ſuſpicamur. Nomen illud vertit Plautus CANISSA, & fecit dramatis indicem, quare non ſine cauſſa dicit Prologus,

Digitized by Google

Latinè Plautus cum latranti nomine.

Eſt quippe Κυνίσκη nomen canis, quod hic cum proprium fiat huius puellæ, vertit Plautus CANISSA, atque ita, ἀντὶ τοῦ CASINA, & in epigraphe fabulæ, & in ipſa fabula, vbi occurret, reponendum eſt.

Plautini codices eodem dramate Act. III. Sc. I. reſtituti. Vocales aues.

CAPVT XX.

EXPENDENDI ſunt ex eadem Plauti fabula verſus iſti, Actu III. Sc. I. ita vulgo eduntur:

Sed facito dum memineris verſus, quos cantat Colax: Cibo
Cum ſuo quiqui facito vti veniant, quaſi eant Sutrium.

Sed ab hac ſcriptura variant MSS. codices; in illis Camerarij ita legitur;

Sed facito dum merui aper verſus quos cantat colax
Cum cibo cum quiqui facito vti veniant, quaſi eant Sutrium.

Feſti codices vbi explicat hoc prouerbium, *Sutrium quaſi eant*, habent:

Sed facito dum merula per verſus quod cantat, colas.

Ex his legendum conijciebamus.

Sed facito dum, merula poru' erſus quos cantat, colas:
Cum cibo tum quiqui facito vti veniant, quaſi eant Sutrium.

Quæ vt intelligantur ſciendum eſt, Alceſimum, quo

vaciuas ædes ſuas faceret Stalinoni, dixiſſe in ſuperioribus, ſe omnem familiam ſuam ablegaturum in illius ædes;

-- Quin ædepol ſeruos, ancillas domo
Certum eſt omnis mittere ad te

Cuius Alceſimi tam promptam benignámque operam vbi prædicauit Stalino, verſus iſtos addit, quos iam emendauimus, & nunc imus illuſtratum. Sciendum præterea eſt vocales aues, quæ verba noſtra conantur, & in quarum genere cenſentur merulæ, edoctas fuiſſe non tantùm paucas voces reddere, ſed etiam domeſticorum peccata indicio ſuo prodere. Porphyrius περὶ ἀποχῆς Lib. III. Κόρακες γοῦν καὶ κίτται, ἐρίθακοί τε, καὶ ψιττακοὶ, ἀνθρώποις μιμοῦνται, καὶ μέμνηνται ὧν ἂν ἀκούσωσι, καὶ διδασκόμενοι ὑπακούουσι τῷ διδάσκοντι, καὶ πολλοί γε ἐμήνυσαν δι' ὧν ἐδιδάχθησαν καὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας κατὰ τὸν οἶκον. His ita conſtitutis, accedendum reſtat ad interpretationem horum verſuum. Cùm igitur dixiſſet Alceſimus ſe omnes ſuos ſeruos atque ancillas miſſurum ad Stalinonem, quò facilius ipſi Stalinoni vacent ædes: Laudat tam propenſum in ſe Alceſimi ſtudium Stalino: at quia metuebat nimis, ne hac de cauſſa maximus ſibi fieret ſumptus, monet, interea dum id facit, meminerit, (*colere* abſolutè ſignificare idem ac memoriam colere, meminiſſe, obſeruarunt eruditi.) quàm comedones & multi cibi ſint, quorum voracitatem cognitam habeat vel ex indicio vocalis merulæ, quæ illam μηνύειν ſolebat,

Sed facito dum, merula poru' erſus quos cantat, colas.

poru', id eſt, puerorum, ſeruorum: *erſus*, id eſt, eſus,

Digitized by Google

quemadmodum in veteribus Gloſſis *Caprella* pro *Capella*, item *Oleſtrum*, pro *Oletum*. Vult igitur meminiſſe Alceſimum voracitatis ſeruorum ſuorum, vt illis det diarium, ne ipſe faciat ſumptus;

Cum cibo tum quiqui facito vti veniant, quaſi eant
Sutrium.

Locus ex Amphitruonis *Plautinæ Prologo emendatus.*
Nanno meretrix. Deus ἀπὸ μηχανῆς

CAPVT XXI.

EXCVTIENDA ſunt ex *Amphitruonis* Plautinæ Prologo verba iſta:

Ipſe hanc acturu' ſt Jupiter Comœdiam.
Quid admirati eſtis? quaſi verò nouum
Nunc proferatur Jouem facere hiſtrioniam.
Etiam hiſtriones anno cùm in proſcenio hic
Jouem inuocarunt, venit: auxilio eis fuit.
Præterea certò prodit in Tragœdia;
Hanc fabulam, inquam, hic Jupiter hodie ipſe aget:
Et ego vnà cum illo.

De huius loci,

Etiam hiſtriones anno cùm in proſcenio hic &c.

ſcriptura valdè ſolliciti fuerunt viri eruditiſſimi, & nos de ea poſteà videbimus: ſed prius de Plauti mente, quid velit his, quæ deſcripſimus, verbis, inquirendum eſt. Dixerat Plautus, Iouem acturum eſſe hanc Comœdiam *Amphitruonem*. Quod poterat aliquis admirari, Iouem facere hiſtrioniam, probat ſe illius

Digitized by Google

rei non eſſe auctorem, ſeque hic tutari aliorum exemplis: nam, inquit, in aliqua Comœdia, de qua ſumus poſteà dicturi, Iupiter inductus eſt in ſcenam, Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς, qui fabulam ſolueret & extricaret; id ſonant verba iſta Comici:

Etiam hiſtriones anno cùm in proſcenio hic
Iouem inuocarunt, venit: auxilio eis fuit.

De Comœdia enim iſta dici manifeſto arguit, quod opponitur fabula iſta Tragœdiæ, de qua verſu ſequenti,

Præterea certò prodit in Tragœdia.

Quibus verbis prætereà docet Iouem, vt & cæteros Deos fuiſſe aliquando Tragicæ argumentum fabulæ; itaque dixit, *certò prodire in Tragœdia,* non tantùm precario quaſi & inductos ἀπὸ μηχανῆς, (quanquam & id ſæpe.) quemadmodum in illa Comœdia. Exemplis igitur Tragicorum, qui frequentes in ſcenam inducunt Deos, itémque Comici illius, qui Iouem, Θεὸν ἀπὸ μηχανῆς, induxerat ſoluentem intricatum fabulæ argumentum, & omnia ſedantem, tuetur ſe Plautus, ſi acturum hanc fabulam inducat Iouem. Sed iam de Comœdiæ huius, quam in exemplum adfert Plautus, nomine & argumento quęramus. Emendandum ſuſpicamur;

Etiam hiſtriones Nano cùm in proſcenio hic
Iouem inuocarunt, venit: auxilio eis fuit.

Suſpicioni noſtræ confirmandæ faciet Anaxilas Comicus ἐν Νεοττίδι his verſibus:

Η δ' Νανὼ τί νῦν διαφέρειν Σκύλλης δοκεῖ;
Οὐ δύ' ἀποπνίξασ' ἑταίρους τὸν τρίτον θηρεύεται

Ἐπὶ λαβεῖν; ἀλλ᾽ ἐξέπεσε πορθμὶς ἐλατίνῳ πλάτῃ.

Ex his liquet *Nanno*, vel Nano (quod idem eſt.) meretricem fuiſſe, quæ duos amatores, rumen qui impleret ſuum, expilauerat, & ad incitas redegerat. idem & in tertio præſtitura, ni ille valido alicuius auxilio hac liberatus fuiſſet moleſtia: Hoc erat, meo iudicio, argumentum dramatis Comici, cui *Nano* nomen fecerat. Dicit itaque Plautus, Hiſtriones dramatis *Nano* Iouem inuocaſſe, quo poſſet meretricis illius vinculis irretitus adoleſcens eripi tanto infortunio, quod illum manebat. Venit Iupiter, & auxilio fuit, atque eripuit: atque hæc eſt πλάτη ἐλάτινος ἢ ἐξέπεσε πορθμὶς, vt loquitur Anaxilas, Iupiter ſcilicet, qui ἀπὸ μηχανῆς adoleſcentem perditum meretricis artibus & illecebris eriperet, ad bonam frugem reuocaret, atque ita fabulæ cataſtrophen faceret. Iouem inductum fuiſſe ἀπὸ μηχανῆς in hoc extremo dramate Comico probat, quod cùm non ſit propriè de fabulæ argumento, nonniſi inuocatus ad auxilium ferendum veniſſe inducitur, atque ita intricatam fabulam ſoluit, & omnia ſedat, prætereà quia opponitur Iupiter inductus in hac Comœdia, quando in Tragœdia prodit certò, acturus ipſe ſcilicet fabulam, & pars συστάσεως illius. Ergo non erat in hac Comœdia Iupiter de argumento illius, neque certo proditurus erat, niſi Poëtæ connectentis vitio accidiſſet, vt à Ioue ſoluendum eſſet, quod malè intricauerat Poëta.

Digitized by Google

Efferuntur enim eo modo, quo in Camerarij libro leguntur:

— Negare meum eſt.

Rurſum quærit Simo de iſta tibicina, an illam liberare velit Calidorus: atque ita duo obijcit filio, amorem tibicinæ, & ſtudium illam aſſerendi in libertatem. Vtrumque crimen fatetur Pſeudolus, καὶ τοῦτο, καὶ τοῦτο, ναὶ 'γώ, *& hoc, & illud verum eſt:* (eſt enim repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, ῥῆμ' ἐὸν ἐστι.) *Ita certè.* ναί. *Ego id dico.* ἐγώ. Ita ſæpe apud probatiſſimos ſcriptores vſurpata leguntur iſta pronomina. At vero ſi quis poſtremas iſtas duas voces, ναὶ 'γώ, Latinas putet, pronuntiabit & efferet, *nego*, quemadmodum in Camerarij codice ſcribitur: atque ita videbitur negare, cùm tamen affirmet. Denique obijcit ipſi Pſeudolo Simo, quod viginti minas velit à ſe auferre, quas Calidoro det, qui amicam liberare poſſit. Fatetur & iſtud omne quodcumque eſt Pſeudolus his verbis:

Φᾶ, τήρει, δεῖ, καὶ τοῦτο, ναί. καὶ τοῦτο, ναί.

Φᾶ, ἀντὶ τοῦ φῆ, quod eſt vicem ἔφη. id eſt, *Dixit* ille ipſe ſcilicet Pſeudolus, qui de ſe in tertia perſona loquitur, quaſi dicat: Ego me illas viginti minas à te ablaturum recepi, atque dixi; τήρει, δεῖ, *obſerua*, ſiue *caue; opus eſt* Quod poſtea fuſius exponit:

Ps. *Nunquam ædepol cuiquam ſupplicabo, dum quidem*
Tu viues: tu mihi hercle argentum dabis.
Abs te equidem ſumam. Si. *Tu à me ſumes?*
— Ps. *Dabis,*
Iam dico, vt à me caueas.

Et paulo poſt Pſeudolus:

Digitized by Google

Prædico, vt caueas: dico, inquam, vt caueas: caue.
Hem, iſtis mihi tu hodie manibus argentum dabis.

Addit Pſeudolus illo verſu, καὶ τοῦτ᾽, (ſupple ῥῆμ᾽ ἐὸν ἐστι.) ναί. quod repetit, quia Pſeudolum interrogabat Simo, an non pararet à ſe viginti minas auferre, & an non daturus eſſet Calidoro, qui tibicinam liberaret. Reſpondet Pſeudolus id ſe in animo habuiſſe, veréque ſibi obijci. Putamus quoque & verbis iſtis, ſi ſuppleas, ναὶ, καὶ τοῦτο ἐὸν ἔσται, ſignificare voluiſſe Pſeudolum, & id ſe præſtiturum quod receperat. Verba autem illa, φᾶ, τήρει, quia Latina putabant, coniungebant cum voce Græca δεῖ, quaſi veritate victus cogeretur Pſeudolus fateri, quæ ſibi obijciebantur. Itaque dixit Callipho ſequenti verſu, *Fatetur.* Atque ex his iocos & ſales non inelegantes nec inuenuſtos quæſiuit Plautus. Cùm adduxiſſet Charinum Calidorus, petit Pſeudolus Actu II. Scena IV. quis ille ſit, & ludit in eius nomine. Locum ita edidit Camerarius è ſuorum veſtigijs MSS.

Ps. *Qui iſtic eſt?* Ca. *Charinus.* Ps. *Euge! iam* Χαρῖνον οἰωνὸν ποιοῦ.

Variè emendant docti, nec aſſequuntur. Optimè tamen eruditiſſimus Acidalius pro ſua ἀγχινοίᾳ mentem horum verborum vidit, & obſeruat, Plautum ludere in nomine Charini, quem valere & miſſum fieri vult, non vſui nunc illi, cui ſupra iuſſerat eiuſmodi hominem inueniri. Scriptura vero eorum, ſi ductum MSS. Camerarij ſequamur, hæc nobis videtur.

-- *Euge iam!* χαίρειν, ὅγ᾽ οὐ νῦν, ποιοῦ.

Iuſſerat Pſeudolus ſibi adduci à Calidoro hominem &

aſtutum & callidum: dum in eo erat Calidorus, Pſeudolus aliam decipiendi lenonis occaſionem nactus, caſtigat his verbis Calidori moram. Euge iam! & oſtendit nihil ſibi opus eſſe, vt quidem res erat, χάριν, ὥς γ' ἔχει νῦν, ποιῶ, *gratiam, vt nunc res eſt, facio.* Quæ verba ſunt recuſantis vti opera Charini, quem adduxerat Calidorus. Quod miror non animaduertiſſe viros eruditiſſimos, cùm verſu ſequenti, vbi Charinus ipſe operam ſuam pollicetur, Pſeudolus recuſet pæne iiſdem verbis:

CH. *Quin tu quicquid opus eſt, audacter imperas.* Ps. *Iam gratiam.*
Bene ſit, Charine. nolo tibi moleſtos eſſe nos.

Eâdem Scenâ iſta leges:

Ps. *Sed iſtic ſeruus, ex Caryſto huc qui aduenit, quid ſapit?*
CH. *Vſque à cunabulis.* Ps. *Manuleatam tunicam habere hominem decet.*

Locus iſte viris maximis negotium exhibuit. Sed nulli dubitamus verba iſta, quæ in mendo ſunt, Græca fuiſſe, quemadmodum & hoc dramate non ſemel interſerit. Inde nata MSS. codicum varietas. Quorum alij habent, vt MS. prior Camerarij & ſchedæ Turnebi, *Hircum ab alis*, alij, vt eiuſdem Camerarij MS. alter, *Hiſcu ab alijs*, vel vt MSS. Lambini, *Iſcum ab alijs.* Suſpicamur itaque ex his MSS. veſtigijs ita primitus à Plauto fuiſſe ſcriptum:

— *Quid ſapit?*
CH. Ἰσχὸν ἀβαλγίης.

Quærit Pſeudolus cuius rei ſit peritus: Reſpondet παρὰ προσδοκίαν Charinus, *furandi* (quod vel maximè

vulgo

vulgo ſeruis obijcitur.) *idque propalam.* Quod intelligitur iſtis vocibus ἰσχὸν ἀβαλγίης ἢ ἀβαλγίας. Nam ἰσχὸς, κλέπτης exponitur ab Heſychio, & ἀβαλγία ab eodem ὁμολογία eſſe dicitur. Eſt igitur hîc ἰσχὸς ἀβαλγίης, qui propalam rapit, vt alibi dixit noſter Comicus: Nam idem eſt atque κλέπτης ὁμολογῶν, qui apud Æſchinem ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου opponitur τῷ λάθρα τοῦτο πράττοντι. Quod verò dixit Plautus *ſapere* ἰσχὸν, id eſt, *furem*, ἀντὶ τοῦ *artem furandi*, eleganter dictum eſt, & huiuſmodi loquendi genera iamdiu obſeruarunt eruditi. Dices, quare ad hæc reſpondeat Pſeudolus:

---Manuleatam tunicam habere hominem decet.

Ego verò iſthuc ibam. Ex his quippe liquidò probamus, Charinum prædixiſſe, Simiam hunc furem eſſe. Dicit enim Pſeudolus decere illum habere tunicam manuleatam, id eſt, cum manicis, quibus manus illas ſuas tam tagaces inſereret & contraheret, ne quicquam furto ſurripere poſſet.

Reſtituta vera epigraphe Plautini dramatis Caſinæ. *Pueri Cynoſargi expoſiti.*

CAPVT XIX.

LEGITVR quotidie Plautina fabula, cui titulus eſt CASINA, nec cuiquam de mendo ſuboluit titulus ille: eius rei tamen moneri debebant vel hiſce verſibus è Prologo:

Clerumenoe vocatur hæc Comœdia
Græcè, Latinè Sortientes. Diphilus

Q

Hanc Græcè ſcripſit, poſt id rurſum denuò
Latinè Plautus cum latranti nomine.

Optimè viri magni Ianus Gruterus, Ianus Douza Filius, Ioannes Murſius, iſta verba, *cum latranti nomine*, ad Caſinam referunt, & illam ſignificari volunt,

Quam ſerui ſumma vi ſibi vxorem expetunt.

quæque nomen ſuum fabulæ indicem fecit. Fuerat autem iſta *Caſina* expoſita quondam (quanquam eſſet ingenua Athenienſis.) Cleoſtratæ educanda data, cuius nuptias ambiebant ſerui, & tandem ſortiuntur;

Is ſeruos, ſed ab hinc annos factum eſt ſedecim,
Quum conſpicatus eſt primo crepuſculo
Puellam exponi: adit extemplò ad mulierem,
Quæ illam exponebat: orat, vt eam det ſibi:
Exorat, aufert, retulit rectà domum:
Dat heræ ſuæ, orat, vt eam curet, educet.
Hera facit, educauit magna induſtria,
Quaſi ſi eſſet ex ſe nata, non multò ſecus.
Hanc ſerui ſumma vi ſibi vxorem expetunt.
Ea inuenietur & pudica, & libera,
Ingenua Athenienſis.

Scena igitur huius dramatis eſt Athenis, in eáque vrbe expoſita eſt iſta puella, quæ hactenus CASINA appellata eſt. Athenis *Cynoſargi* pueri exponebantur, vt è Gregorio Nazianzeno, Ioanne Tzetze, alijs conſtat: Ergo *Cynoſarge* ex hoc more expoſita fuit puella, cui nomen ΚΥΝΙΣΚΗ, à loco, in quo fuerat expoſita, impoſitum fuiſſe ſuſpicamur. Nomen illud vertit Plautus CANISSA, & fecit dramatis indicem, quare non ſine cauſſa dicit Prologus,

Latinè Plautus cum latranti nomine.

Eſt quippe Κυνίσκη nomen canis, quod hic cum proprium fiat huius puellæ, vertit Plautus CANISSA, atque ita, ἀντὶ τοῦ CASINA, & in epigraphe fabulæ, & in ipſa fabula, vbi occurret, reponendum eſt.

Plautini codices eodem dramate Act. III. Sc. I. reſtituti. Vocales aues.

CAPVT XX.

EXPENDENDI ſunt ex eadem Plauti fabula verſus iſti, Actu III. Sc. I. ita vulgo eduntur:

Sed facito dum memineris verſus, quos cantat Colax: Cibo
Cum ſuo quiqui facito vti veniant, quaſi eant Sutrium.

Sed ab hac ſcriptura variant MSS. codices; in illis Camerarij ita legitur;

Sed facito dum merui aper verſus quos cantat colax
Cum cibo cum quiqui facito vti veniant, quaſi eant Sutrium.

Feſti codices vbi explicat hoc prouerbium, *Sutrium quaſi eant*, habent:

Sed facito dum merula per verſus quod cantat, colas.

Ex his legendum conijciebamus.

Sed facito dum, merula poru' erſus quos cantat, colas:
Cum cibo tum quiqui facito vti veniant, quaſi eant Sutrium.

Quæ vt intelligantur ſciendum eſt, Alceſimum, quo

Digitized by Google

vaciuas ædes ſuas faceret Stalinoni, dixiſſe in ſuperioribus, ſe omnem familiam ſuam ablegaturum in illius ædes;

-- Quin ædepol ſeruos, ancillas domo
Certum eſt omnis mittere ad te

Cuius Alceſimi tam promptam benignámque operam vbi prædicauit Stalino, verſus iſtos addit, quos iam emendauimus, & nunc imus illuſtratum. Sciendum prætereà eſt vocales aues, quæ verba noſtra conantur, & in quarum genere cenſentur merulæ, edoctas fuiſſe non tantùm paucas voces reddere, ſed etiam domeſticorum peccata indicio ſuo prodere. Porphyrius περὶ ἀποχῆς Lib. III. Κόρακες γοῦν καὶ κίτται, ἐριθακοί τε, καὶ ψιττακοί, ἀνθρώπους μιμοῦνται, καὶ μέμνηνται ὧν ἂν ἀκούσωσι, καὶ διδασκόμενοι ὑπακούουσι τῷ διδάσκοντι, καὶ πολλοί γε ἐμήνυσαν δι' ὧν ἐδιδάχθησαν καὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας κατὰ τὸν οἶκον. His ita conſtitutis, accedendum reſtat ad interpretationem horum verſuum. Cùm igitur dixiſſet Alceſimus ſe omnes ſuos ſeruos atque ancillas miſſurum ad Stalinonem, quò facilius ipſi Stalinoni vacent ædes: Laudat tam propenſum in ſe Alceſimi ſtudium Stalino: at quia metuebat nimis, ne hac de cauſſa maximus ſibi fieret ſumptus, monet, interea dum id facit, meminerit, (*colere* abſolutè ſignificare idem ac memoriam colere, meminiſſe, obſeruarunt eruditi.) quàm comedones & multi cibi ſint, quorum voracitatem cognitam habeat vel ex indicio vocalis merulæ, quæ illam μηνύειν ſolebat,

Sed facito dum, merula poru' erſus quos cantat, colas.
poru', id eſt, puerorum, ſeruorum: *erſus*, id eſt, eſus,

quemadmodum in veteribus Gloſſis *Caprella* pro *Capella*, item *Oleſtrum*, pro *Oletum*. Vult igitur meminiſſe Alceſimum voracitatis ſeruorum ſuorum, vt illis det diarium, ne ipſe faciat ſumptus;

Cum cibo tum quiqui facito vti veniant, quaſi eant
Sutrium.

Locus ex Amphitruonis *Plautinæ Prologo emendatus.*
Nanno meretrix. Deus ἀπὸ μηχανῆς

Capvt XXI.

Excvtienda ſunt ex *Amphitruonis* Plautinæ Prologo verba iſta:

Ipſe hanc acturu' ſt Jupiter Comœdiam.
Quid admirati eſtis? quaſi verò nouum
Nunc proferatur Jouem facere hiſtrioniam.
Etiam hiſtriones anno cùm in proſcenio hic
Jouem inuocarunt, venit: auxilio eis fuit.
Præterea certò prodit in Tragœdia;
Hanc fabulam, inquam, hic Jupiter hodie ipſe aget:
Et ego vnà cum illo.

De huius loci,

Etiam hiſtriones anno cùm in proſcenio hic &c.

ſcriptura valdè ſolliciti fuerunt viri eruditiſſimi, & nos de ea poſteà videbimus: ſed prius de Plauti mente, quid velit his, quæ deſcripſimus, verbis, inquirendum eſt. Dixerat Plautus, Iouem acturum eſſe hanc Comœdiam *Amphitruonem*. Quod poterat aliquis admirari, Iouem facere hiſtrioniam, probat ſe illius

Digitized by Google

rei non eſſe auctorem, ſéque hic tutari aliorum exemplis: nam, inquit, in aliqua Comœdia, de qua ſumus poſteà dicturi, Iupiter inductus eſt in ſcenam, Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς, qui fabulam ſolueret & extricaret; id ſonant verba iſta Comici:

Etiam hiſtriones anno cùm in proſcenio hic
Iouem inuocarunt, venit: auxilio eis fuit.

De Comœdia enim iſta dici manifeſto arguit, quod opponitur fabula iſta Tragœdiæ, de qua verſu ſequenti,

Prætereà certò prodit in Tragœdia.

Quibus verbis prætereà docet Iouem, vt & cæteros Deos fuiſſe aliquando Tragicæ argumentum fabulæ; itaque dixit, *certò prodire in Tragœdia,* non tantùm precario quaſi & inductos ἀπὸ μηχανῆς, (quanquam & id ſæpe.) quemadmodum in illa Comœdia. Exemplis igitur Tragicorum, qui frequentes in ſcenam inducunt Deos, itémque Comici illius, qui Iouem, Θεὸν ἀπὸ μηχανῆς, induxerat ſoluentem intricatum fabulæ argumentum, & omnia ſedantem, tuetur ſe Plautus, ſi acturum hanc fabulam inducat Iouem. Sed iam de Comœdiæ huius, quam in exemplum adfert Plautus, nomine & argumento quęramus. Emendandum ſuſpicamur;

Etiam hiſtriones Nano cùm in proſcenio hic
Iouem inuocarunt, venit: auxilio eis fuit.

Suſpicioni noſtræ confirmandæ faciet Anaxilas Comicus ἐν Νεοττίδι his verſibus:

Ἡ δ' Ναννὼ τί νῦν διαφέρειν Σκύλλης δοκεῖ;
Οὐ δύ' ἀποπνίξασ' ἑταίρους τὸν τρίτον θηρεύεται

Digitized by Google

Ἐπὶ λαβεῖν; ἀλλ' ἐξέπεσε πορθμὶς ἐλατίνῳ πλάτῃ.
Ex his liquet *Nanno*, vel Nano (quod idem eſt.) meretricem fuiſſe, quæ duos amatores, rumen qui impleret ſuum, expilauerat, & ad incitas redegerat. idem & in tertio præſtitura, ni ille valido alicuius auxilio hac liberatus fuiſſet moleſtia: Hoc erat, meo iudicio, argumentum dramatis Comici, cui *Nano* nomen fecerat. Dicit itaque Plautus, Hiſtriones dramatis *Nano* Iouem inuocaſſe, quo poſſet meretricis illius vinculis irretitus adoleſcens eripi tanto infortunio, quod illum manebat. Venit Iupiter, & auxilio fuit, atque eripuit: atque hæc eſt πλάτη ἐλάτινος ᾗ ἐξέπεσε πορθμὶς, vt loquitur Anaxilas, Iupiter ſcilicet, qui ἀπὸ μηχανῆς adoleſcentem perditum meretricis artibus & illecebris eriperet, ad bonam frugem reuocaret, atque ita fabulæ cataſtrophen faceret. Iouem inductum fuiſſe ἀπὸ μηχανῆς in hoc extremo dramate Comico probat, quod cùm non ſit propriè de fabulæ argumento, nonniſi inuocatus ad auxilium ferendum veniſſe inducitur, atque ita intricatam fabulam ſoluit, & omnia ſedat, præterea quia opponitur Iupiter inductus in hac Comœdia, quando in Tragœdia prodit certò, acturus ipſe ſcilicet fabulam, & pars συςάσεως illius. Ergo non erat in hac Comœdia Iupiter de argumento illius, neque certo proditurus erat, niſi Poëtæ connectentis vitio accidiſſet, vt à Ioue ſoluendum eſſet, quod malè intricauerat Poëta.

Digitized by Google

SAMVELIS PETITI MISCELLANEORVM

LIBER III.

Martialis ſemel atque iterum emendatus : Heronibus impoſita epiſtylia in Epheſiæ Dianæ templo. Naumachiæ. Aqua Martia.

CAPVT I.

LIBRO *Spectaculorum*, qui Martiali adſcribitur, Epigrammate I. verſus hic legitur:

Nec Triuiæ templo molles laudentur honores.

Exploſa eſt vulgata iſta lectio ab eruditiſſimis viris, quibus merito diſplicet: quid verò ſubſtituendum ſit, nondum liquidò conſtat: Reſcribendum conijciebamus,

Nec Triuiæ Templo molles laudentur herones:

Emendationem noſtram aſſeret Plinius Lib. XXXVI. cap. XVI. & quare *molles* dicantur *herones* docebit, vbi agit de Dianæ Templo Epheſi: *Operi præfuit Cherſiphron*

phron architectus. Summa miracula, epiſtylia tantæ molis attolli potuiſſe. Id conſecutus eſt ille heronibus harena plenis, molli puluino ſuper capita columnarum exaggerato, paulatim exinaniens imos, vt ſenſim totum inſideret. Difficillimè hoc contigit in limine ipſo, quod foribus imponebat. Etenim ea maxima molles fuit: nec ſedit in cubili, anxio artifice mortis deſtinatione ſuprema. Tradúntque in ea cogitatione feſſum nocturno tempore in quiete vidiſſe præſentem Deam, cui Templum fiebat, hortantem vt viueret, ſe compoſuiſſe lapidem: atque ita poſtero die apparuit, ponderéque ipſo correctus videbatur. Meminit quoque *heronum ex vlua paluſtri factorum* Vitruuius Lib. V. extremo, vbi agit de ſtructuris in aqua faciendis. Eodem Libro Epigrammate XXIV. iſta leguntur:

Nec te decipiat ratibus naualis Enyo,
Et par vnda fretis: hic modo terra fuit.
Non credis? ſpectes, dum laxem æquora Martem;
Parua mora eſt, dices; hic modò pontus erat.

Elegans eſt Epigramma de Naumachia; Locus, vt plurimum, in quo edebantur Naumachiæ, dicebatur *Naumachia*, eratque in quarta decima VrbisRegione, quæ Tranſtiberina eſt. P. Victor: *Regio decima quarta, trans Tiberim, Naumachiæ.* alij habent, *Naumachiæ V.* melius longè & ex vero, qui ſcribunt, *Naumachiæ II.* quarum vna fuit auctoris Auguſti: eáque maximè ſine Auguſtus Alſietinam aquam, quæ Tranſtiberinæ regioni & maximè ſubiacentibus locis ſeruit, produxerat. Auctor Sex. Iulius Frontinus Libello de Aquæductibus Romæ: *Quæ ratio mouerit Auguſtum, prouidentiſſimum Principem, producendi Alſietinam aquam, quæ*

Digitized by Google

eſſe Naumachiam, verùm potius Euripum illum plenum aqua fuiſſe, vt fieret inſula, & repræſentarentur res geſtæ ab Athenienſibus & Syracuſanis. Sed è diuerticulo in viam. Alteram Naumachiam fecit Domitianus in Tranſtiberina quoque regione. Neque tamen in his Naumachijs dabatur ſemper naualis prælij ſpectaculum. Edidit etiam Titus in Amphitheatro, narrante Dione loco laudato. Dedit etiam in Amphiteatro Domitianus, vt habet Suetonius in eius vita. Ad hanc vel illam Naumachiam in Amphitheatro datam debere referri iſtud Martialis Epigramma, vnus eſt omnium Interpretum conſenſus, cui abſit vt eamus derogatum, vt contrà emendatione verſus illius, qui hactenus eruditiſſimis viris negotium exhibuit, plane aſſeramus, verſus hic eſt:

Non credis? ſpectes dum laxent æquora Martem.

Mens vero Epigrammatis iſta eſt. Admiratur Poëta artem, quâ, aquâ per tubos in Amphitheatrum immiſsâ, naualis pugna repræſentabatur, & rurſus aquâ ſubito emiſsâ, Amphitheatri area ſiccabatur. Legendum eſt itaque:

Non credis? ſpectes, dum laxent æquora Martij.

quæ cùm non ſatis caperent librarij, & præterea aliquid in hac conſtructione ſuſpicarentur, mutarunt in *Martem*. Amphitheatrum erat in tertia Vrbis Regione; in quod per tubos immiſſa eſt aqua, vt repræſentaretur naualis pugna. Aqua autem non poterat commodè immitti in Amphitheatrum niſi è Lacubus, qui in illa Regione. Lacubus autem tertiæ Regionis, vt nos docet Frontinus, erogabantur aquæ

Digitized by Google

Martiæ, Anionis veteris, & Iuliæ; ſed præcipuè *Martiæ*, quæ abundantior erat aquis Anionis veteris, vel Iuliæ: Nam Anioni veteri in Commentarijs Principum, teſte Frontino, adſcriptus eſt modus quinariarum MCCCCXXI. Iuliæ verò modus eſt quinariarum DCXLIX. at Martiæ adſcriptus eſt modus quinariarum MMCLXII. Præterea aquarum omnium clariſſima erat Martia, à Martio, à quo nomen accepit, in vrbem producta: de hac aqua intelligendus eſt Martialis, qui eam *æquora Martij* nominat: Nam immiſſa eſt in Amphitheatrum aqua è Lacubus illius Regionis tertiæ, in qua erat extructum Amphitheatrum; ſed quia Martiæ in illis Lacubus longè maior copia atque claritudo, illius tantum meminit: æquora verò dixit, quia par erat vnda fretis, & Euripus iſte mare ſimulabat: Eſt igitur,

—ſpectes, dum laxent æquora Martij,

ſuſtine pauliſper, dum emittant aquas illas, quæ è Lacubus, quibus erogabatur aqua Martia, in Amphitheatrum erant immiſſæ ad Naumachiam, tum dices ſiccata Amphitheatri area,

---hic modo pontus erat.

Martialis correctus. Equeſtris cenſus. Athenis liberi ex æquo paterna bona diuidebant.

CAPVT II.

ACVTISSIMVM eſt Martialis Epigramma XXXVIII. è Libro quinto, ſed, quod dolen-

dum eſt, mendoſè legitur hoc modo,

Calliodorus habet cenſum (quis neſcit?) Equeſtrem,
Sexte, ſed & fratrem Calliodorus habet.
Quadringenta ſecat, qui dicit σῦκα μέριζε.
Vno credis Equo poſſe ſedere duos?

Iſta interpretatur σῦκα μέριζε Domitius ad hunc modum. Prouerbium eſt Græcorum tractum à fratribus diuidentibus bona, qui eò vſque minima quæque diuidi poſtulant, vt ficorum partem velint. Variabant alij Calderini codices, qui habent, ἴσα μέριζε, id eſt, æqua portione diuide. Sed hæc non ſunt adeò vera, vt aſſenſum mereantur: Nam τὸ σῦκα μέριζε nuſquam vſurpabitur eo ſenſu, in quem detorquet Domitius: huic enim affine, σῦκον αἰτεῖν, interpretantur Paroemiographi Græci κολακεύειν. Neque qui dicit, σῦκα μέριζε, partem de bonis paternis petit, ſed cupedias: Adde quod non cohæret (vnde facile eſt deprehendere locum eſſe in mendo.) cum ſequēti verſu,

Vno credis Equo poſſe ſedere duos?

vt nec altera illa codicum Domitij lectio, ἴσα μέριζε. Quæ etiam non eſt pro Romanorum moribus: Verum quidem eſt Atticorum τὸν νόμον κελεύειν ἅπαντας τοὺς γνησίους, ἰσομοίρους εἶναι τῶν πατρῴων, vt cum Iſæo dicam: Apud Romanos id tamen non obtinuit: Reſcribendum ſuſpicor,

Quadringenta ſecat, qui dicit, σὺ κ' ἐμὲ ῥ' ἵζε.
Vno credis Equo poſſe ſedere duos?

Calliodori pater cenſum habuerat Equeſtrem: Superſtites autem reliquit duos filios, hunc Calliodorum, & alterum minorem: Cùm autem illi eſſet tantùm Eque-

Digitized by Google

ſtris cenſus, nec ampliùs quicquam haberet in bonis, neceſſario fiebat, vt Calliodorus Equeſtrem cenſum non haberet: Nam Calliodori minor frater è quadringentis illis, quæ pater in bonis reliquerat, repetebat ſiue legitimam, quæ ab inteſtato defertur, ſiue datum legatum ex teſtamento. Itaque quadringenta illa Equeſtris cenſus quem *Equi* nomine ſignificat Poëta, ſecabat. Secabat autem, quia dicebat fratri, *σὺ κ' ἐμὲ ῥ' ἵζε*, *tu fac me quoque ſedere*, Equo ſcilicet, id eſt, da mihi meam de bonis paternis partem. At vno Equo ſedere duo non poſſunt, hoc eſt, neuter totam hæreditatem paternam poteſt cernere, & cenſum Equeſtrem habere.

Illuſtratus Martialis. Thais *Menandri fabula: Meretricum mores.*

CAPVT III.

QVIVIS non videt acumen Epigrammatis Martialis, quod eſt CLXXXV. Libri, cui titulus *Apophoreta*. Epigramma hoc eſt:

MENANDRI THAIS.

Hæc primùm iuuenum laſciuos luſit amores,
Nec Glycere, verè Thais amica fuit.

Lemma adſcriptum Epigrammati ſignificat Comœdiam Menandri, cuius epigraphe erat *Thais*: Comœdia autem iſta inter cæteras Menandri poſtremum locum non obtinebat, vt conſtat è Glyceræ ad Menandrum Epiſtola apud Alciphronem: *ὥστε πειρᾶσ*

μᾶλλον ἐμὴ φιλότης θᾶσσον εἰς ἄστυ παραγενέσθαι, ὅπως εἴγε μεταβουλεύσαιο τῆς πρὸς βασιλέα ἀφίξεως, ἔχῃς εὐτρεπισμένα τὰ δράματα ἐξ αὐτῶν, ἃ μάλιστα ὀνῆσαι δύναται Πτολεμαῖον καὶ τὸν αὐτοῦ Διόνυσον, οὐ δημοκρατικὸν ὡς οἶσθα. εἴτε Θαΐδας, &c. In hac Comœdia primæ erant partes Thaïdis meretricis, (vnde etiam nomen habuit) repræſentabatúrque Thaïs procax admodum, & in hac arte meretricia facile princeps, quæ vana ſpe amantes ſuos luderet. Sed præſtat mores illius deſcribere Menandri verbis ex huius dramatis prologo, quem de Iliadis principio feſtiuè nimis expreſſit:

Ἐμοὶ μὲν οὖν ἄειδε τοιαύτην θεά,
Θρασεῖαν, ὡραίαν τε, καὶ πιθανὴν ἅμα,
Ἀδικοῦσαν, ἀποκλείουσαν, αἰτοῦσαν πυκνά,
Μηδενὸς ἐρῶσαν, προσποιουμένην δ' ἀεί.

Hos mores in meretrice commendat lena Cleæreta apud Plautum *Aſinaria:*

Itidem hic apud nos ædis nobis area eſt, auceps ſum ego,
Eſca eſt meretrix, lectus illix eſt, amatores aues:
Bene ſalutando conſueſcunt, compellando blanditer,
Oſculando, oratione vinnula, venuſtula;
Si papillam pertractauit, haud id eſt ab re aucupis:
Sauium ſi ſumſit, ſumere eum licet ſine retibus.

Ab hac igitur arte inſtructam Thaïdem optimè in ſcenam inducebat Menander, vt habes in laudatis Prologi verbis:

Hæc primùm iuuenum laſciuos luſit amores.

Inter ceteras meretrices princeps, inquit Martialis, Thaïs amantes ſuos deluſit: *primùm luſit* eſt τὰ πρῶτα, primas in hac arte meretricia obtinuit Thaïs, ita vt

verè meretrix dici meruerit:

Nec Glycere, verè Thaïs amica fuit.

Thaidem verè amicam fuiſſe dixit, non eo ſenſu, quo volunt Viri Incomparabiles, quaſi credita ſit Thaïs amica fuiſſe Menandri, non vero Glycere, ſed ſignificat verè meretricem fuiſſe, (*amica*, ἑταῖρα honeſtiori voce meretrix appellatur.) id eſt, malignam atque procacem, quæ *Glyceræ* nomen minimè gentium mereatur. Ludit autem Martialis in *Glyceræ* appellatione. Erat illa tempeſtate magni nominis ſcortum *Glycere* Menandro amata: eſt & *Glycera* appellatiuum nomen γλυκερά, quo ſenſu hic à Martiali vſurpatur. Cùm igitur maligna & procax ſit Thaïs, verè amica, hoc eſt, meretrix eſt, quæ amantes ſuos eludat, excludat, reuocet, intercipiat, vnde γλυκερά, id eſt, benigna, non moleſta, non procax, dici non poteſt.

Cicero duobus locis emendatus. Prouerbium Aut Regem aut fatuum naſci oportere. Heroüm νεκυΐα.

CAPVT IIII.

INCVBVERVNT denſiſſimæ tenebræ Cæſaris verbis ex Epiſtola ad Ciceronem, quæ leguntur Lib. VII. Epiſtolarum M. Tullij ad Familiares Epiſtolâ V. *M. Orſium, quem mihi commendas, vel Regem Galliæ faciam, vel hunc Leptæ delega. Si vis tu, ad me alium mitte, quem ornem.* Vetus eſt Prouerbium: quod refert Seneca in Ludo de morte Claudii Cęſaris, *Aut Regem, aut fatuum naſci oportere.* Qui vero mente captus, aut

aut non ſatis ſanæ erat, veteri itidem verbo, *ad agnatos & gentiles amandandus ablegandúſque* dicebatur: Nam è Lege XII. Tabularum, *agnatorum gentiliúmque in eo pecuniáque eius poteſtas erat.* Ad hæc Prouerbia alludere Cæſarem his verbis, dubium mihi non eſt, & ſenſus eſt: Ego M. Orſium Regem Galliæ faciam: Quod ſi ille conditionem ſibi à me delatam repudiarit præ dementia & ſtoliditate, Réxque non natus ſit, ſed fatuus, eum tu Leptæ delega, ad agnatum vel gentilem eius Leptam (inter M. Orſium & Leptam ſanguinis neceſſitudinem interceſſiſſe hinc colligimus.) amanda. Deſcribit Cicero Lib. IX. ad Atticum Epiſtolâ XVII. congreſſum cum Cæſare ſuum Romam redeunte, poſtquàm à Brunduſio conſcendiſſet Magnus: in ea hæc leguntur: *Reliqua, ô Dij, qui comitatus! quæ, vt tu ſoles dicere, νεκυία! in qua erat eros ſcelero. ô rem perditam! ô copias deſperatas!* Quid ſit, *eros ſcelero*, quæritur. Comparabat Cæſaris comitatum Atticus τῇ νεκυίᾳ, non hic tantùm, ſed etiam hoc ipſo Libro Epiſtolis X. & XI. nomen autem hoc ab Homero eſt, qui nobis Odyſſ. λ. Heroüm νεκυίαν repræſentauit, & exinde accepit Atticus, à quo mutuatur Tullius. In Homeri νεκυίᾳ præcipuus erat Heroïbus locus, & in hac quoque Cæſaris νεκυίᾳ Heros eſt, atque hoc ipſum nomen legitur, ſed ſcriptum ſine adſpiratione, quod fraudi ei fuit, ne intelligeretur. Reſcribendum eſt, *in qua erat Heros Scelera.* Locus eſt venuſtiſſimus, in quo facit Cicero per ὀνοματοποιΐαν Heroëm, cui nomen ſit *Scelera;* intelligítque in illa colluuie ſiue νεκυίᾳ Cæſaris fuiſſe præcipuas partes

Digitized by Google

perditiſſimo & ſceleratiſſimo cuique.

Manilio, Lucano, Senecæ lux prælata. Salamis *Athenienſium nauis: quare* vera *dicatur.*

CAPVT V.

VERSVS iſte Manilij Lib. V. Aſtronomicωn, vbi docet eos, qui naſcuntur oriente Naui in Arietis parte quarta, naucleros, nauicularios, rectoréſque puppis futuros, Viro Illuſtri non ſatis intellectus in Manilianis Notis, itaque teſtatur ſibi eſſe Cimmerias tenebras. Verſus autem hic eſt,

Vera Syracuſis Salamis non merget Athenas.

Interpretatur enim Vir ille ἐπιείκελος ἀθανάτοισι *Salamis*, de Inſula, quæ tantùm abeſt, vt merſerit Athenas, vt contrà Athenienſes Salamina vaſtarint. Quare verò Salamis *vera* dicta ſit, ſtudioſos iubet quærere: Idque à nobis ſtudioſè factum eſt. Verè obſeruat Vir magnus, malè apud Syracuſas rem geſſiſſe Athenienſes, ducibus Nicia & Demoſthene. Hiſtoriam habes apud Thucydidem & Plutarchum in Nicia, qui narrant nauali & terreſtri prælio fuſos fuiſſe Athenienſes à Syracuſanis: Hanc hiſtoriam hic tangit Manilius, neque vlla alia eſt; idq́; ſatis admonere potuiſſet, quod dicit Salamina merſiſſe Athenas: Sed *Salamis* hîc non intelligitur Inſula illa, quam vaſtarunt Athenienſes, & ad quam eſt ab ijs feliciter aduerſus Perſas dimicatum. Verùm intelligitur Nauis illa, quæ *Salaminia* appellatur, de qua multa in Græ-

Digitized by Google

corum Commentarijs legas: Πάραλος καὶ Σαλαμινία· αὗται ἱεραὶ τριήρεις δημόσιαι· ἐπὶ γὰρ τὰς τῆς πόλεως χρείας πεμπόμεναι καὶ ταχυναυτοῦσαι. Hanc nauem Athenas Syracuſis merſiſſe dicit Poeta ,. quibus verbis illi Naui cladem imputat , quam acceperunt apud Syracuſas Athenienſes, ducibus Nicia atque Demoſthene: Cuius rei interpretatio repetenda eſt ex hiſtoria illorum temporum. Alcibiadem præfecerant huic bello Athenienſes, ſed eum violatæ religionis accuſatum reuocarunt , & *Salaminiam* nauem miſerunt , qua veheretur . Plutarchus in Alcibiade: καὶ τέλος ἀπέστελλε τὴν Σαλαμινίαν πρὸς αὐτόν, κελεύοντας ἀκολουθεῖν ἐπὶ τὴν κρίσιν καὶ πείθειν τὸν δῆμον. Veteres Magiſtri in Argumento *Auium* Ariſtophanis: Ἀθηναῖοι γὰρ πέμπουσι τὴν Σαλαμινίαν , Ἀλκιβιάδην μεταστελλόμενοι ἐπὶ κρίσει τῆς τῶν μυστηρίων ἐκμιμήσεως , at verò ex illo fluere, & retro ſublapſa referri ſpes Athenienſium, conciſæ fractæque ſunt vires, deletæque copiæ: Omnis enim cœpti fiducia belli Acibiadis ſtabat conſilijs , quo remoto , res illorum malè geſtæ ſunt. Quare non immeritò illam Alcibiadis in ius vocationem, quæ facta eſt miſſa *Salaminia* naui, cauſſam facit Manilius cladis apud Syracuſas acceptæ ab Athenienſibus. Sed quare *Vera* dicatur, nunc eſt videndum. Id factum puto, quia, cùm Nauim hanc conſeruare vellent Athenienſes, veteribus tabulis, quæ putreſcerent, nouas ſufficiebant: atque hinc apud Philoſophos diſputatum, an eadem nauis dicenda foret, an verò alia; cùm ſucceſſu temporis fieret, vt nulla veterum illarum tabularum, è quibus

compacta priùs fuerat, remaneret. Plutarchus in Theſeo, de eius naui: Τὸ δὲ πλοῖον ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἠιθέων ἔπλευσε, καὶ πάλιν ἐσώθη, τὴν τριακόντορον, ἄχρι τῶν Δημητρίου τοῦ Φαληρέως χρόνων διεφύλαττον οἱ Ἀθηναῖοι, τὰ μὲν παλαιὰ τῶν ξύλων ὑφαιροῦντες, ἄλλα δὲ ἐμβάλλοντες ἰσχυρὰ καὶ συμπηγνύντες, οὕτως ὥστε καὶ τοῖς Φιλοσόφοις εἰς τὸν αὐξόμενον λόγον ἀμφιδοξούμενον παράδειγμα τὸ πλοῖον εἶναι, τῶν μὲν, ὡς τὸ αὐτὸ, τῶν δὲ, ὡς οὐ τὸ αὐτὸ διαμένει λεγόντων. *Salaminia* Nauis vel eadem cum iſta Theſei fuit, vel certè idem factum in *Salaminia* Naui reficienda, vt conſeruaretur, quod in hac Theſei. It autem Manilius in ſententiam eorum, qui Nauem hanc ita ſæpe refectam, τὸ αὐτὸ πλοῖον διαμένειν opinabantur; itaque *Veram* appellat, hoc eſt, eandem, quæ prius compacta fuerat. Quare etiam dixit Lucanus Lib. III. hac de cauſſa, *Veram credi Salamina.* Locus Lucani meretur adſcribi, vt eum illuſtremus. Nam Vir Illuſtris de Salamine quoque Inſula interpretatur, & ad verba Manilij alluſiſſe putat. Recenſet Lucanus auxiliares copias, quæ Pompeio Magno ſuppetias in bello aduerſus C. Cæſarem venerant, intérque cæteros populos recenſentur Athenienſes, de quibus hæc ſcribit:

Exhauſit totas quanuis delectus Athenas,
Exiguæ Phœbea tenent naualia puppes,
Tréſque petunt veram credi Salamina carinæ.

Quibus docet, non magnas fuiſſe auxiliares iſtas Athenienſium copias, etiamſi, quotquot potuerunt, conſcripti ſint milites. Paucitatem iſtarum copiarum poſteà refert, tréſque tantùm naues cum *Sala-*

minia militibus inſtructas fuiſſe ſcribit:

Tréſque petunt veram credi Salamina carinæ.

id eſt, tres naues militibus inſtructæ ſunt, quarta expectabatur inſtruenda *Salaminia*. Quod verò *Salaminia* Nauis militibus inſtruitur, argumento eſt, rem militiámque illam cordi fuiſſe Athenienſibus, vt quæ maximè, tantúmque habitum fuiſſe delectum, quantum haberi potuit: Nam non ſolebant Athenienſes inſtruere *Salaminiam* Nauem, vt docet Critolaus apud Plutarchum in Pericle, niſi πρὸς τὰς μεγάλας χρείας. Atque hactenus iſta de his duobus locis: Reſtat porrò tertius illuſtrandus è *Troadibus* L. Annæi Senecæ. Verſus eſt à Choro Troadum dictus, anxiè ſollicito, quò tandem deferantur,

Numquid Aiacis Salamina veri?

Hic certè *Salamis* Inſula eſt illa celeberrima. At Vir Illuſtris, qui eandem quoque putabat cum illa, cuius meminerunt Manilius & Lucanus, quámque appellant *Veram*, idem hic epithetum reponi volebat, reſcribíque,

Numquid Aiacis Salamina veram?

Sed nihil eſt mutandum: Non enim adſcribendum eſt Inſulæ Salamini epithetum illud *Veræ*, quod datum eſt *Salaminiæ* Naui ob cauſſas, quas diximus. Aiax verò hic appellatur *verus*, ἀληθὴς, vt qui eſſet μισαπάτης, & ſimpliciſſimis moribus, nihilque minus quàm idoneus ad fraudem.

M. Tullius illuſtratus, itémque Tertullianus.
Lucij, *homines improbi.*

CAPVT VI.

VERE obſeruat eruditiſſimus vir Andreas Schottus Nodorum Ciceronianorum Lib. I. cap. XVIII. verba iſta M. Tullij in Oratione *pro Domo ſua* eſſe admodum obſcura: *Is poſtquàm intellexit, poſſe ſe, interuerſa Ædilitate, à L. Piſone Conſule Prætorem renuntiari, ſi modo eâdem primâ literâ competitorem habuiſſet aliquem.* Mirè æſtuat CL. Schottus in verborum iſtorum, *eâdem primâ literâ*, interpretatione. Legit aliquando, *eâdem primâ lege:* mox reponit, *eâdem primo licentiâ;* vel ſic, *ſi modo ea ademta alterum competitorem habuiſſet aliquem.* Eſt cùm velit, vt aut duo illa verba, *primâ literâ*, furcis eijciantur fodiantúrve, aut certè ſi obtorto collo retinenda atque emendanda ſunt, *Prætura*, pro his ſubijciatur: poſtremúmque iſtud omninò verum eſſe contendit. Sed, quod pace illius dictum velim, hæ emendationes nobis non poſſunt probari: Cæteras mitto, quæ vel ipſi Schotto non probantur, poſtrema illa, in qua acquieſcit, nullo modo fieri poteſt. Quomodo enim facere poſſit ad ſpem concipiendam de Prætura conſequenda, ei præſertim, qui Ædilitatem interuerteret, & minoribus illis Magiſtratibus non defunctus Præturam peteret, ſi eâdem Præturâ, quam ambiebat, competitorem habuiſſet aliquem?

Digitized by Google

nullus video: Imò contra, ſi quem bonum virum omnibus alijs minoribus defunctum honoribus competitorem habuiſſet, videbatur repulſa illum manere. Maximè verò peccat vir doctiſſimus, quòd hunc qui interuerſa Ædilitate putabat ſe poſſe à L. Piſone Conſule Prætorem renuntiari, putet eſſe P. Clodium. At contra patet ex ijs quæ præcedunt, & ſequuntur apud M. Tullium, cum P. Clodium non eſſe, ſed hominem quendam nobilem, non alienum ab hoc Clodio, qui poſtquàm intellexit ſe poſſe Prætorem renuntiari, miſſa Ædilitatis petendæ cogitatione, ad cuius Ædilitatis ornatum, muneríſque ſplendorem, multa comparauerat, ea quæ comparauerat, partim in arca, partim in hortis collocauit: P. verò Clodio ſignum de buſto Tanagrææ meretricis ablatum dedit, quod Libertatis nomine in Ciceronis domo poſuit & dedicauit P. Clodius. Non ſunt igitur iſta Ciceronis de P. Clodio intelligenda verba, ad quorum interpretationem nunc eſt accedendum. Narrat igitur M. Tullius hunc hominem nobilem, non alienum à P. Clodio, intellexiſſe ſe poſſe Prætorem à L. Piſone Conſule renuntiari, *ſi modò*, inquit, *eâdem primâ literâ competitorem habuiſſet aliquem.* Appellat Cicero *eâdem primâ literâ competitorem*, qui eiuſdem eſt prænominis cum Piſone Conſule, id eſt, *Lucius* vocatur, quod prænomen primâ tantùm literâ, L, ſcribebatur vulgo. Auſonius in Epigrammatis:

Lucius vna quidem, geminis ſed diſſita punctis,
Littera prænomen ſic .L. nota ſola facit.

Itaque rectè dixit Cicero appellauitque, *eâdem* cum

Piſone Conſule *primâ literâ competitorem*, qui non minus quàm Piſo, *Lucius* dicebatur, atque eâdem primâ literâ L. deſignabatur. Sed quæri poteſt, ídque iure merito, quare putauerit ille, ſe poſſe Prætorem à Piſone renuntiari, ſi *Lucium* competitorem habuerit aliquem. Huic dubio facile reſpondebimus. Ludit M. Tullius in varia huius prænominis *Lucij* acceptione, dataque occaſione Piſonem Conſulem hoſtem ſuum carpit, & notat: *Lucius* igitur dicebatur homo vilis & improbus, id liquidum eſt è Tertulliani verbis Apologetici cap. III. quæ non ſunt ſollicitanda: *Alij, quos retro ante hoc nomen vagos, viles, improbos nouerant, ex ipſo denotant, quod laudant: cæcitate odij in ſuffragium impingunt. Qui iuuenis, quàm Lucius, quàm amaſius: facti ſunt Chriſtiani.* Dicit igitur Cicero nobilem illum virum potuiſſe à Lucio Piſone Prætorem renuntiari, ſi modò *Lucium* aliquem, hoc eſt, vilem & improbum non minus, quàm erat Lucius Piſo Conſul, competitorem habuiſſet.

B. Hieronymi Chronicon emendatum. Variana clades: de ea Caſſij Seueri iocus in Auguſtum.

CAPVT VII.

QVÆ habentur in Euſebianis B. Hieronymi Chronicis ad annum Tiberij XIX. de Caſſio Seuero, difficultate non carent, quam tollere conabimur. Verba B. Hieronymi hæc ſunt: *Caſſius Seuerus Orator egregius, qui Quintianum illud prouerbium luſerat,*

XXV.

Digitized by Google

XXV. exilij ſui anno in ſumma inopia moritur, vix panno verenda contectus. Locum hunc attigit Vir Illuſtris: eius tamen emendatio atque interpretatio nobis non facit ſatis. Nam profligatiſſimi luxus, & perditiſſimi nepotatus hominem fuiſſe Caſſium non dicit Cornelius, ſed *malefica vita*, Annalium Lib. IV. eiuſque *maleficam vitam* cùm deſcribit Annali I. docet in eo fuiſſe poſitam, quod *viros illuſtres feminaſque procacibus ſcriptis diffamaret;* neque ad ſummam inopiam eſt redactus, quod aleæ ludo bona ſua decoxiſſet, ſed quia *bonis exutus, interdicto igni atque aqua, ſaxum Seriphium* amotus eſt iudicio Senatus, inquit Tacitus Lib. IV. Priores Scaligeri codices, & Epiſcopi Vazatenſis nonnulli hanc iſtius loci ſcripturam præferunt, *qui Quintilianum illud prouerbium luſerat.* Obſeruandum autem eſt conferri viceſimum quintum annum exilij illius, qui poſtremus vitæ fuit, in annum decimum nonum principatus Tiberij. Vnde quinquennio ante obitum Auguſti in exilium miſſum fuiſſe Caſſium Seuerum conſtat. Atqui quintus ille ante Auguſti exceſſum annus, idémque viceſimus quintus retro à Tiberij decimonono, annus eſt, quo Faſtos ſignarunt C. Poppæus Sabinus & Q. Sulpicius Camerinus Coſſ. vt è Dione, Plinio, Suetonio, alijſque demonſtratur, Variana clade inſignis. Quare hinc liquet anno Varianæ cladis Româ Cretam amotum fuiſſe iurati Senatus iudicio Caſſium Seuerum, quinetiam Varianam cladem hoc illi infortunium maturaſſe nobis perſuaſum eſt, ídque docebat B. Hieronymus. Auguſtum pæne animo excidiſſe, nuntiata Variana clade

referunt ſcriptores: vide Dionem Caſſium Lib. LVI. quinetiam in hæc verba per continuos aliquot menſes erumpebat, *Quinctili Vare, legiones redde.* habes apud Suetonium in D. Auguſto cap. XXIII. Quod ad Caſſium Seuerum attinet, fuit maleficæ vitæ, & procacis in viros illuſtres linguæ, quæ libido maledicendi peſtem illi creauit. Tacitus Annali I. *Primus Auguſtus cognitionem de famoſis libellis, ſpecie legis eius,* Majeſtatis, *tractauit, commotus Caſſij Seueri libidine, qua viros feminaſque inluſtres procacibus ſcriptis diffamauerat.* Hinc enim factum, vt in exilium pelleretur, & Cretam amoueretur, quod accidit anno cladis Varianæ, vt diximus, illáque clades Seuero exitium maturauit, ſi quid iudico; Nam commotus Auguſtus iocis illius de Variana clade, maieſtatis poſtulari Caſſium curauit, quod procacibus ſiue dicterijs ſiue ſcriptis viros feminaſque inluſtres diffamaſſet. Atque hæc quidem videbatur cauſſa iudicij, cùm tamen reuera in hoc diſcrimen venerit Caſſius, quia ex illa Variana clade, cuius ſenſus Auguſtum coquebat, & verſabat ſub pectore fixus, iocandi materiam quæſiuerat. Ludos enim feciſſe hac in re capitali & minimè iocoſa conſtat è priorum Scaligeri, & quorumdam Pontaci Epiſcopi Vazatenſis codicum ſcriptura, qui, vt diximus, ita habent, *qui Quintilianum illud prouerbium luſerat.* Ex his nullo negotio poteſt erui vera lectio, quæ hæc eſt, *qui*, QVINTILI, *annum illud prouerbium? luſerat.* Cùm D. Auguſtus per continuos aliquot menſes ob Varianam hanc cladem vociferaretur, *Quintili Vare, legiones redde*, Caſſius Seuerus io-

cos inde quæſiuit, & num illud, *Quintili*, &c. quod toties per illos menſes continuos vſurpabat Auguſtus, prouerbium eſſet, ludens quærebat, quod in animum reuocauit Auguſtus, & ob hunc iocum proculdubio factum eſt, vt dies illi diceretur, (quanquam prætexerentur famoſi illius libelli procacibus in viros feminaſque inluſtres dicterijs referti.) & in exilium mitteretur iurati Senatus iudicio; itaque huius ioci meminit B. Hieronymus, quia exitij illius cauſſa fuit.

Diomedes emendatus. Perſonæ Satyrici dramatis Autolycus. Burri.

Capvt VIII.

Diomedis Grammatici locum, in quo de Satyrico Græcorum dramate agit, excuſſit Vir Incomparabilis in aureolo argumenti eiuſdem Libello, in eo tamen nonnulla ſunt adhuc expendenda: Diomedis verba ſunt: *In Satyrica ferè Satyrorum perſonæ inducuntur, aut ſi quæ ſunt ridiculæ ſimiles Satyris, Autolycus, Burris*. Hanc exceptionem ignoraſſe Græcos aſſerit vir magnus: & ἀντὶ τοῦ *Burris*, qui illi non eſt notus è Græcorum Poetis legit *Buſiris*. At quod præfractè negat ὁ μακαρίτης, nobis temerè non videtur admittendum: Nam quod de Autolyco ſcribit Diomedes, Poetas eum in Satyrico dramate inducere, auctorem habet Euripidem, qui Autolycum inducebat, in cuius Satyrici dramatis Autolyco co-

gnominis editione: Tzetzes Chiliade VIII. Hiſtoria CCII. de Autolyco:

Κλέπτων καὶ γὰρ μετήμειβεν, ἄλλα διδοὺς ἀντ' ἄλλων.
Εδόκουν δ' οἱ λαμβάνοντες, τὰ σφῶν λαμβάνειν πάλιν,
Οὐκ ἠπατῆσθαι τούτῳ γε, καὶ ἕτερα λαμβάνειν.
Ιππον γὰρ κλέπτων ἄριστον, ὄνον τὴν ψωριόντων
Διδοὺς, ἐποίει δόκησιν ἐκεῖνον δεδωκέναι.
Καὶ κόρην νύμφην νεαρὰν κλέπτων, ἐδίδου πάλιν,
Η Σειληνὸν, ἢ Σατυρὸν, γερόντιον σαπρόν τι,
Σιμὸν νωδὸν, καὶ φαλακρὸν, μυξώδες, τῶν δυσμόρφων.
Καὶ ὁ πατὴρ ἐνόμιζε τοῦτον, ὡς θυγατέρα.
Εν Αὐτολύκῳ δράματι Σατυρικῷ τὰ πάντα
Ο ΕΥριπίδης ἀκριβῶς τὰ περὶ τούτου γράφει.

Vbi habes argumenta iocoſa plane, & Satyricæ πραγματείας. Quod verò emendat idem vir nunquam cuiquam ſatis laudatus, *Burris*, in *Buſiris*, longè fallitur, meo iudicio. Quómodo enim *Buſiris* in ridiculis perſonis, quæ ſint Satyris ſimiles, cenſeri poſſit nuſquam video; nam

— *quis illaudati neſcit Buriſidis aras?*

Quare aliud eſt inueſtigandum. Nos conijciebamus legendum eſſe, *Burri*, quod nomen proprium non eſt, ſed appellatiuum: *Burri* enim appellantur homines ex potione rubentes. Feſtus: *Pari modo rubens cibo ac potione ex prandio* Burrus *appellatur*. At verò *burrus* aliquis bene potus, aut Autolycus, partes alicuius Satyri, aut Satyrorum Epiſtatæ Sileni in dramate Satyrico poteſt agere, nec minus bene σατυρίζειν καὶ παίζειν, quàm conſtat Satyrum aut Silenum aliquem,

Inflatum heſterno venas, vt ſemper, Iaccho,
ſolitos fuiſſe παίζειν καὶ ἀστεΐζειν.

Virgilius illuſtratus atque emendatus. Dij fluunt, non gradiuntur. Gloſſæ Tullij Cimbri. Ciſſi ſuccus epotus paullo largius noxius.

CAPVT IX.

QVARE dixerit Virgilius Venerem veram inceſſu patuiſſe Deam Æneid. Lib. I. his verbis,

Dixit, & auertens roſea ceruice refulſit,
Ambroſiaque comæ diuinum vertice odorem
Spirauere: pedes veſtis defluxit ad imos:
Et vera inceſſu patuit Dea.

non omnibus forte notum eſt. Antiquiſſima quæque Deorum ſimulachra, quod obſeruarunt viri magni, erant τοὺς πόδας συμβεβηκότα. Dijque ipſi non gradiuntur, ſed fluunt: docet Calaſiris ſacrorum Ægyptiorum Antiſtes apud Heliodorum Lib. III. ἀλλὰ τοῖς τε ὀφθαλμοῖς ἂν γνωσθεῖεν ἀτενὲς διόλου βλέποντες, καὶ τὸ βλέφαρον οὔποτε ἐπιμύοντες, καὶ τῷ βαδίσματι πλέον, οὐ κατὰ διάστασιν τοῖν ποδοῖν, οὐδὲ μετάθεσιν ἀνυομένῳ· ἀλλὰ κατά τινα ῥύμην ἀέριον, καὶ ὁρμὴν ἀπαραπόδιστον τεμνόντων μᾶλλον τὸ περιέχον, ἢ διαπορευομένων· διὸ δὴ καὶ τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν τὼ πόδε ζευγνύντες, καὶ ὥσπερ ἑνοῦντες ἱστᾶσι. Ex hac doctrina hauſit Virgilius, qui Déam agnoſci facit τῷ βαδίσματι, *inceſſu*, ὁρμὴν ἀπαραπόδιστον τέμνουσαν μᾶλλον τὸ περιέχον, ἢ διαπορευομένην. Sed de his ſatis, ad alia accedamus. Inter Ver-

giliana Catalecta elegantiſſimum legitur Epigramma in Tullium Cimbrum Rhetorem Gallum, ſed ita malè à librarijs acceptum, vt vix in eo recognoſcas ſales Vergilij: ad hoc exemplum legitur in Viri Illuſtris editione:

Corinthiorum amator iſte verborum,
Iſte iſte Rhetor. namque quatenus totus
Thucydides tyrannus Atticæ febris,
Tau Gallicum ſpinæ ipſemet malè illiſit,
Iſta omnia, iſta verba miſcuit fratri.

Ad hoc Epigramma alludebat Auſonius in Monoſyllabis ex editione Illuſtris Herois:

Dic quid ſignificent Catalecta Maronis, in his, al.
Et quod Celtarum poſuit non lucidius, tau.
Et quod germano miſtum malè letiferum, min?

Quomodo hoc Epigramma emendauerit, atque interpretatus ſit vir magnus, lege in eius notis: nos in alia imus. Sciendum igitur eſt, Quintiliano imputandum eſſe, quicquid eſt huius Epigrammatis, ab côque accepiſſe, qui Vergiliana Catalecta digeſſit. Quare è Quintiliano repetendum eſt, quid fuerit mentis Vergilio, cùm in Tullium Cimbrum hoc Epigramma ſcriberet. Tullium Cimbrum notabat Vergilius tanquam affectatorem verborum, vel antiquatorum & obſoletorum, vel eorum, quæ κατὰ γλωσσῶν ſunt, ſiue Poetica, ſiue alia, eáque tantùm de cauſſa Epigramma à Fabio refertur, idque, vt puto, ἀκέφαλον, & capite truncum; itaque primus, qui legitur hodie, illius verſus, ex præcedentibus pendet, & à coniunctione copulatiua incipit tum in veteribus Catale-

ctorum editionibus, cùm in Fabij exemplaribus. Cùm igitur adferatur à Quintiliano Epigramma, quo Cimbrum τωθάζει Vergilius vſurpantem antiqua nimis verba, & quæ ſunt κατὰ γλωσσῶν, corruit illa viri Illuſtris emendatio,

Rhetor meiorum amator iſte verborum.

ac proinde interpretatio *tau*, pro tauro; *min*, pro minio: *al*, pro allio. Non enim vexatur Cimber, quod decurtata καὶ μείουρα pronunciaret verba, ſed quia vſurpabat obſoleta, & iam deſita, itémque κατὰ γλωσσῶν. Præterea non Latinè declamabat, meo iudicio, Tullius Cimber, ſed Græcè, vnde appellatur *Thucydides Atticæ febris*, quia cùm Thucydidem, qui, vt eſt M. Fabij iudicium, *concionibus bonus eſt*, vellet Græcè exprimere, frigidus erat Ἀττικιστής, nec decorè Græcè loquebatur. Quod ſtudium Græcè declamandi in Gallo, (is erat Cimber.) non mirabitur quiſquis oculos coniecerit in hæc Strabonis verba Lib. III. vbi de Maſſilia agit, καὶ φιλέλληνας κατεσκεύασε τοὺς Γαλάτας. Σοφιστὰς γοῦν ὑποδέχονται τοὺς μὲν ἰδίᾳ, τοὺς δὲ αἱ πόλεις κοινῇ μισθούμεναι, καθάπερ καὶ ἰατρούς. Quare ex his patet, *al*, *tau*, *min*, non eſſe voces Latinas, *allium*, *taurum*, *minium*. Tullius igitur Cimber, cùm Græcè declamaret, & putaret ſe aſſequi & exprimere Thucydidis virtutes, è denſiſſimis tenebris voces repetebat, & verba aſſumebat κατὰ γλωσσῶν, quibus ſe deridendum miſellus Atticiſta propinabat; eoque nomine carpitur à Vergilio, qui hoc Epigrammate refert aliquot verba ab illo vſurpata putidè, &, quod peius eſt, ab eodem perditiſſimo Gallorum fratri ſuo miſta, vt

cum tolleret. Nam *Cimber hic fuit, à quo fratrem necatum hoc Ciceronis dicto notatum eſt, Germanum Cimber occidit*, inquit Fabius: in cuius exemplaribus ita legitur hoc Epigramma Lib. VIII. cap. III.

Et Hormetiorum amator iſte verborum
Iſte iſte Rhetor. nanque quatinus totus
Thucydides Britannus, Atticæ febris,
Tau Gallicum minæ ipſemet male illiſit,
Iſta omnia iſta verba miſcuit fratri.

Emendandum putamus:

Et Hormatarum amator iſte verborum,
Iſte iſte Rhetor. nanque quatinus totus
Thucydides Britannus, Atticæ febris,
Tau Gallicum, μὶν, ἰψὸν, & ἄλ *ei illiſit:*
Iſta omnia, iſta verba miſcuit fratri.

Primus hic verſus, vt iam antè diximus, pendet è præcedentibus, quæ hodie non extant, nec niſi beneficio Quintiliani iſta, quæ ſuperſunt, habemus: in quibus è voce nihili, *Hormetiorum*, fecimus, *Hormatarum*, id eſt, Ορματῶν. Suntque apud Scythas Scythico ſermone ὁρμάται, *homicidæ*. Heſychius: ὁρμάται, οἱ ἀνδροκτόνοι. Σκύθαι. Atque in hac voce ludit Vergilius, eam vſurpat quippe, tum quia Cimber ea quoque vſus forte fuerat, quæ Græca non eſt, ſed κατὰ γλῶσσαν, tum etiam vt oſtendat & illum eſſe homicidam, & præterea amatorem barbarorum verborum, vt qui non tam Græcè, quam barbarè καὶ Σκυθιστὶ loquatur, cùm tamen hæc Atticæ febris videri vellet Ἀθηναῖος θυραῖος, non minor Thucydide, eiuſque gloriam æmularetur: Apellatur autem à Poëta, *Thucydides Britannus*, non quod

quod ex inſula eſſet Britannia, Gallus namque erat, vnde appellatur *Tau Gallicum*, vt infra ſumus dicturi; ſed quia in Britannia, imbutus erat patriâ diſciplinâ, quemadmodum moris erat Gallorum, vt habes apud Cæſarem Lib. VI. de Bello Gallico: *Diſciplina in Britannia reperta, atque inde in Galliam tranſlata eſſe exiſtimatur, & nunc qui diligentius eam rem cognoſcere volunt, plerúmque illò, diſcendi cauſſa, proficiſcuntur.* Ex hòc inſtituto profectus eſt in Britanniam, non in ea natus, Cimber, diſcendi cauſſa: Nam Gallum fuiſſe nobis conſtat, ex eo quod *Tau Gallicum* appellatur, ſiue, vt exponit Auſonius, *Tau Celtarum*; quæ appellatio eſt à nobis expendenda. *Tau* apud Græcos nomen mali aliquid ſignificat, vnde dicebat Sigma apud Lucianum ἐν τῇ δίκῃ φωνηέντων, ſe non poſſe peiori nomine *Tau* compellare, quàm quo appelletur: ὃ γὰρ Ταῦ τοῦτο, οὐ γὰρ ἔχω αὐτὸ χείρονι ὀνομάσαι ῥήματι, ἢ ᾧ καλεῖται. Nam crux figuram *Tau* exprimebat, vnde etiam & à litera *Tau* nomen apud Græcos inueniſſe volunt. Lucianus ibidem: ὁ δὴ σταυρὸς εἶναι, ὑπὸ τοῦ Ταῦ, τούτου μὲν ἐδημιουργήθη, ὑπὸ δὲ ἀνθρώπων ὀνομάζεται. Hinc iocus Vergilio petitus, qui appellat Cimbrum *Tau Gallicum*, id eſt, Gallorum peſſimum. Sequitur eodem verſu, μὶν, ἰψὸν, ἄλ. Has voces vſurpabat in Græcis ſuis declamationibus Cimber, imperitè, erant enim κατὰ γλῶσσαν, & nimis remotæ ab Oratoris vſu; μὶν, τρία γένη δηλοῖ, & de omnibus numeris vſurpatur vox Poëtica αὐτὸν ſignificans, ἴψος Thuriorum eſt, *ciſſum* ſignificans. Heſychius: ἶψον, τὸν κισσὸν, Θούριοι. Quod ad vocem δὴ attinet, duo hic ſunt obſeruanda; prius eſt δὴ ἀντὶ

τοῦ ἁλὸς dici, atque ita forte olim vſurpabant, vnde Latini ſuum *Sal* acceperunt; alterum eſt, ἅλ Cypriorum idiomate vinum ſignificare. Heſychius: ἅλα, θάλασσαν, ἢ οἶνος. Κύπριοι. Vides, quàm imperitus Orator fuerit Tullius Cimber, vt qui Scytharum, Thuriorum, Cypriorum γλώσσας, & Poëtica verba inſereret orationum ſuarum contextui; vnde irridetur à Vergilio, & merito quidem, nam illidebat Atticæ elocutioni malo more, ſed longè peſſimo:

Iſta omnia, iſta verba miſcuit fratri.

Veneno enim illum ſuſtulit, cùm ea illi miſcuiſſet verba, quæ toties vſurpabat μὶν ἰφὸν καὶ ἅλ, id eſt, vinum cum ciſſo. Nam epotus ciſſi ſuccus paullo largius mentem de ſuo deijcit ſtatu, & necat. Dioſcorides Lib. II. cap. CCX. Τοῦ δὲ μέλανος κισσοῦ ὁ χυλὸς καὶ οἱ κόρυμβοι ποθέντες, ἀτονίαν ποιοῦσι, καὶ ταράσσουσι τὴν διάνοιαν πλεονασθέντες, ſanguinémque vrina detrahunt. Plinius Lib. XXIV. cap. X. *Ciſſos erythranos ab ijſdem appellatur ſimilis ederæ, coxendicibus vtilis è vino potus, itémque lumbis: Tantamque vim accipiunt, vt ſanguinem vrina detrahant.* Cimber igitur, cùm videretur fratri medicinam facere, venenum ei miſcuit, potum enim è vino ciſſum illi dedit paullo largius, quo ſublatus eſt.

Vopiſcus in Aureliano illuſtratus & emendatus. Cantilenæ ad cuius modos ſaltabant. Theoclius.

CAPVT X.

QVÆ leguntur in Aurelianum compoſitæ ſaltatiunculæ apud Fl. Vopiſcum, non ſunt à librarijs deſcriptæ, vt primum ab auctore erant ſcriptæ. *Refert Theoclius Cæſarianorum temporum ſcriptor, Aurelianum manu ſua bello Sarmatico vno die quadraginta & octo interfeciſſe, plurimis autem & diuerſis diebus vltra nongentos quinquaginta, adeò vt etiam baliſtea pueri & ſaltatiunculas in Aurelianum tales componerent, quibus diebus feſtis militariter ſaltitarent. Mille, mille, mille, mille, mille, mille decollauimus. Vnus homo mille, mille, mille, mille, decollauimus. Mille, mille, mille, viuat, qui mille, mille occidit. Tantum vini habet nemo, quantum fudit ſanguinis. Idem apud Maguntiacum Tribunus legionis ſextæ Gallicanæ, Francos irruentes, cùm vagarentur per totam Galliam, ſic adflixit, vt trecentos ex his captos, ſeptingentis interemptis, ſub corona vendiderit. Vnde iterum de eo facta eſt cantilena: Mille Francos, mille Sarmatas ſemel occidimus: Mille, mille, mille, mille, mille Perſas quærimus.* Cantilenas has vir ſupra omnem laudem repræſentat è membranis ad hunc modum:

Mille, mille, mille decollauimus,
Vnus homo mille decollauimus,
Mille viuat, qui mille occidit.

Digitized by Google

Tantum vini habet nemo,
Quantum fudit ſanguinis.

Poſterior verò hæc eſt:

Mille Sarmatas, mille Francos,
Semel & ſemel occidimus.
Mille Perſas quærimus.

Verùm vt dicam quod conijcio, fruſtra τὸ *mille* repetitur toties in verſu, quanquam inter canendum & ſaltandum repetatur, vt fieri amat in huiuſmodi. Verſus itaque Trochaïci ſunt ſic diſponendi:

Mille
Vnus homo decol-
lauimus.
Mille viuat,
Mille qui occidit.
Tantum
Vini habet nemo,
Quantum
Sanguinis fudit.

Sunt ἡμίμετρα, δίμετρα, καὶ μονόμετρα Trochaïca, exceptis ſexto, & octauo, quæ ſunt ἡμίμετρα Spondaïca. Atque verſus erant huiuſmodi, cùm verò canerentur, vt ad illorum modos bellarent, ſuſpicamur repetitam ſæpius vocem *mille*, primo, quarto, quintóque verſu, item ſecundus tertiúſque verſus integri iterum repetebantur, quod cùm in Muſicis obſeruari adnotatum fuiſſet fortè hoc modo,

Mille 3. vel 6.
Vnus homo decol-
lauimus 2.

Digitized by Google

Mille 3. viuat,
Mille 2. qui occidit.

imperiti librarij putarunt repetendas fuiſſe has voces etiam in verſu, duóſque illos verſus ſecundum & tertium eſſe quoque repetendos. Poſterior quoque cantilena ita eſt deſcripta ex ἡμιμέτροις, μονομέτροις, ϗ διμέτροις Trochaïcis:

Mille
Sarmatas,
Mille Francos,
Semel & ſemel oc-
cidimus.
Mille Perſas quærimus.

Atque poſtremo verſu inter canendum & ſaltandum repetebatur ſæpius, (quinquies videtur) vox *Mille.* Has ſaltatiunculas habuit Vopiſcus à Theoclio, de quo quærendum. Coniectura noſtra eſt ita legendum eſſe apud Vopiſcum, *Theoclius Cæſarian. orum temporum ſcriptor.* id eſt, *Cæſarianus, horum temporum ſcriptor.* Quis fuerit Theoclius, docet hac appellatione *Cæſarianus*, de qua Iuriſconſulti, & habes Cod. Theod. *de Cæſarianis* titulum. *Theoclius* verò à *Theoclia* Alexandri Mammææ ſorore, cuius memoria extat in Epiſtola Alexandri ad Mammæam matrem apud Capitolinum in Maximino iuniore, videtur nomen accepiſſe, eiuſque libertus fuit.

Digitized by Google

Emaculata l. IX. D. de lege Rhodia. *Telus vna è Cycladibus Inſulis.*

CAPVT XI.

NON ſatis diligenter excuſſa ſunt, quæ refert *ex Lege Rhodia* Voluſius Mæcianus Lib. IX. D. *de lege Rhodia.*

Ἀξίωσις ΕΥδαίμονος Νικομηδέως

Πρὸς Ἀντωνῖνον Βασιλέα.

Κύριε Βασιλεῦ Ἀντωνῖνε, ναυφράγιον ποιήσαντες ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, διηρπάγημεν ὑπὸ τῶν δημοσίων τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων.

Ἀντωνῖνος εἶπεν ΕΥδαίμονι.

Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης. τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ, ἐν οἷς μή τις τῶν ἡμετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιοῦται. τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ὁ θειότατος ΑΥγουστος ἔκρινεν.

Quid hîc monſtri eſt, eos qui in mari ad Italiam naufragium fecerunt, à publicanis, qui in Cycladibus ſunt inſulis, direptos fuiſſe? ναυφράγιον ποιήσαντες ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, διηρπάγημεν ὑπὸ τῶν δημοσίων, τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων. Quænam hæc eſt Coſmographia? Vnde publicani Cycladum Inſularum ad Italiam? Præterea non negat Antoninus, ſe maris dominum eſſe, vt non poſſit leges dicere ijs qui nauigant; vides enim velle ius dici Eudæmoni, & publicanis, qui in Cycladibus Inſulis, ex Lege Rhodia; neque item dicit ſe ita teneri hac Lege Rhodia, vt non poſſit omnino Eu-

dæmoni ſuccurrere aduerſus hanc Legem, ſi quid illi fiat iniuriæ, ſed vult Eudæmoni iudicium reddi ex hac quidem Lege, ita tamen vt Romanarum Legum nulli aduerſetur hæc Lex. Atque ex his manifeſti ſatis arguitur vitij hic locus; de eius porro emendatione agendum reſtat. Reſcribendum itaque putamus: *ναυφράγιον ποιήσαντες ἐν τῇ Τηλίᾳ, διηρπάγη μὲν ὑπὸ τῶν δημοσίων, τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων.* Corruptio hinc manauit: Scriptum olim, *ἐν Τηιτηλίαι*, quod cùm non intelligerent homines libris corrumpendis nati, mutarunt in τὸ, *ἐν τῇ Ἰταλίᾳ*. Emendationis ratio hæc eſt: *Telus* vna erat è Cycladibus. Stephanus. *Τῆλος, Νῆσος τῶν Κυκλάδων, ἀπὸ Τήλου οἰκισθεῖσα. τὸ ἐθνικὸν Τήλιος, Ανδροτίων ἕκτῳ Ατθίδος.* Dixit autem Eudæmon *ναυφράγιον ποιήσαντες ἐν τῇ Τηλίᾳ*, ſupple, *θαλάσσῃ*, naufragium fecimus in mari *Telino*, ſiue ad Inſulam *Telum*, quæ vt diximus vna erat de Cycladibus: itaque Publicani, qui in Inſulis Cycladibus erant, vndique aduolarunt, vt diriperent merces, quæ naufragio peribant. Sequitur in Reſcripto Antonini ad Eudæmonem: *ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης, τῷ νόμῳ τῶν Ροδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ*, &c. Querebatur Eudæmon ſe naufragium feciſſe; & præterea merces ſuas in naufragio à Publicanis fuiſſe direptas. Ad prius reſpondet Antoninus, ſe quidem Orbis Dominum eſſe, ſed tamen vento imperium eſſe in mare: *ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ ἄνεμος τῆς θαλάσσης.* neque à ſe legem vento poni poſſe: itaque, ne faceret naufragium Eudæmon, à ſe præſtari non potuiſſe, Quod ad alterum verò attinet, iubet, vt ex Lege

Rhodia cum Publicanis iudicio experiatur.

Horatius illuſtratus. Nauigatio Indica. Statius Papinius emaculatus & illuſtratus.

CAPVT XII.

NON temere factum eſt, vt meminerit Horatius Auſtrorum hoc verſu è Satyra I. Libri I.

Contra mercator, nauim iactantibus Auſtris;

Videtur alludere ad mercatorum nauigationem in Indiam, de qua ipſe Epiſtola I. Libri I.

Impiger extremos currit mercator ad Indos
Per mare, pauperiem fugiens.

Fiebat hæc omnis nauigatio Indica, vt duo illa magna Galliæ noſtræ ornamenta & ſidera ad Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores obſeruarunt, in Oceano meridionali, quem Athlantici partem veteres, & Indicum, & Erythræum ſiue Rubrum mare appellarunt. Ita ſcribunt Hiſtorici Trajanum in ſinu Rubro claſſem inſtituiſſe, vt per eam Indiæ fines vaſtaret, id eſt, oras regionum & infra & ſupra ſinum Arabicum ſitarum. Quam Indiam Ioſephus Lib. II. ἀλώσ. ait ab Ægypto contingi. Nauigantibus igitur ex Vrbe in Indiam aduerſus erat Auſter, vnde peritè dixit Horatius, nauim ab Auſtris turbari. Sed Horatium mittamus, vt hos Statij Papinij verſus è Lib. II. Thebaïdos expendamus, vbi agit de reditu Laij ex inferis:

— *Nec liuida tabes*
Inuidiæ, quanquam functis & lumine caſſis,
Defuit:

Deſuit: vnus ibi ante alios, cui leua voluntas
Semper, & ad ſuperos (hinc & grauis exitus æui)
Inſultare malis, rebúſque ægreſcere lætis.

Quid ſit, τὸ, *hinc & grauis exitus æui*, dicere haud in promptu eſt. Bernartius nihil hic iuuat. Vetus verò Papinij Scholiaſtes Placidius Lactantius ita interpretatur, *quaſi hoc accipiendum Poëta voluerit, vt intelligamus hunc neſcio quem pro morum ſuorum meritis occidiſſe*. Sed non videtur τὸ *æui* coniungendum cum τῷ *exitus*. Leuiter corruptus eſt locus, qui præterea interpunctione laborat. Emendo,

— Vnus ibi ante alios, cui leua voluntas
Semper, (& ad ſuperos hinc eſt grauis exitus.) æui
Inſultare malis, rebúſque ægreſcere lætis.

Dicit inter defunctos vnum fuiſſe, qui dum viuebat, ſolebat inſultare malis τῶν συγχρόνων, id eſt quod appellat, *inſultare malis æui*, & ægreſcere ſi quid læti illis accideret; atque hinc erat, quod grauiter ferebat Laïum ad ſuperos redire, quod Papinius dixit:

— (& ad ſuperos hinc eſt grauis exitus)

Exitus Laij ex inferis ad ſuperos miſero illi grauis erat propter innatam inuidiam: & ſua certè oratione ſe Laïo teſtatur inuidere, & ægreſcere rebus eius lætis, acquieſcere in malis:

Heu dulces viſure polos, Solémque relictum,
Et virides terras, & puros fontibus amnes,
Triſtior has iterum tamen intrature tenebras.

Digitized by Google

Explicatur Nolana Inſcriptio. Regio Iouia *quæ ſit, itémque* Romana.

Capvt VIII.

Legitvr apud Gruterum pag. cIↃxcv. Inſcriptio Nolæ ad baſim ſtatuæ, hoc exemplo:

Clementiano
Pollio. Ivlio
Clementiano. V. P.
patrono inimitabili
largissimo. cvivs. facta.
enarrari. non. possvnt
eivs. meritis. Regio. Iovia
statvam. censvit.

Iam ante Romana Regio ſtatuam Clementiano collocauerat: quare Regio Iovia ſtatuam ei non collocauit; ſed ſatis habuit adſcribere baſi ſtatuæ iam antè Clementiano poſitæ à Romana Regione, ſe ſtatuam Clementiano cenſuiſſe, quod perinde erat, ac ſi collocaſſet. Quænam verò hæc eſt Regio Iovia? Putat vir eruditiſſimus eſſe vnam de ſex Regionibus Nolæ. Sed non eſt audiendus. Ponebantur quippe ſtatuæ non tantùm in patria illius, qui ſtatuam collocabat, ſed etiam in patria illius, cui ponebatur, idque maximè: Nam maior illi fama conciliabatur, & honos habebatur. Eſtque hoc obſeruatum in ponenda huic Clementiano ſtatua à Regione Iovia, quæ honori Clementiani Nolani ciuis Nolæ ſtatuam po-

nendam cenſuit. Nos verò exiſtimamus Regionem IOVIAM eſſe vrbem IOVIAM, Prouinciæ *Valeriæ* Regionem, cuius meminit Notitia Imperij; erátque *ſub diſpoſitione Viri ſpectabilis Ducis Prouinciæ Valeriæ, Tribunus cohortis*, IOVIÆ. Erat Pannoniæ *Valeria* Prouincia, *ad honorem Valeriæ Diocletiani filiæ & inſtituta, & ita cognominata*, vt ſcribit Ammianus Marcellinus Lib. XIX. Vrbs vero IOVIA erat *Valeriæ* Regio, ita forte appellata à Diocletiano *Iouio*. Atque hæc vrbs IOVIA Patronum, vt vides, adoptauerat Clementianum, cuius meritis ſtatuam cenſuit. Iſta autem, quæ de Regione IOVIA diſputauimus, faciunt animum vt inducam, in altera Inſcriptione ROMANÆ Regionis nomine non intelligi vniuerſam *Suburbicariam*, ſed potiùs *Dalmatiæ* partem, quæ ita appellabatur, eò deducta à Diocletiano Romanorum ciuium colonia, vt conſtat ex his Conſtãtini cap. XXIX. Libri de Adminiſtrando Imperio: ὅτι Διοκλητιανὸς ὁ βασιλεὺς πάνυ τῆς χώρας Δελματίας ἠράσθη, διὸ καὶ ἀπὸ τῆς Ρώμης λαὸν ἀγαγὼν μετὰ τὰς φαμιλίας αὐτῶν ἐν τῇ αὐτῇ τῆς Δελματίας χώρᾳ τούτους κατεσκήνωσεν. οἱ καὶ Ρωμαῖοι προσηγορεύθησαν διὰ τὸ ἀπὸ Ρώμης μετοικισθῆναι. καὶ ταύτην μέχρι τῆς σήμερον τὴν ἐπωνυμίαν ἐναποφέρονται.

Inueſtigatur annus natalis, itémque de natalis Æſchyli. Quando primùm docuerit. Eius vita, & Suidas emaculati.

CAPVT XIV.

QVÆ de vita Æſchyli ſcribuntur, adeò non ſunt certa, vt omnis omninò tollatur ſcrupulus. Imò contra eius annus natalis ignoratur, vt & ille quo denatus eſt. Scribitur in vita eius: συνεχρόνισε Πινδάρῳ, γεγονὼς κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν Ὀλυμπιάδα. Alij Libri habent ἑξηκοστήν. Reponunt viri Incomparabiles, κατὰ τὴν τρίτην καὶ ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. At nos reſcribendum putamus; κατὰ τὴν πέμπτην καὶ ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Verus enim illius annus natalis, eſt annus primus Olympiadis ſexageſimæ quintæ. Quo anno natum quoque referunt Pindarum, vnde optimè ſcripſit Anonymus, συνεχρόνισε Πινδάρῳ. Noſtræ huius ſententiæ atque emendationis rationes ſunt iſtæ. Iuuenis admodum fabulas docere cœpit Æſchylus. Anonymus in eius Vita, νέος δὲ ἤρξατο τῶν τραγῳδιῶν, cùm eſſet, inquit Suidas, annorum viginti quinque, ἠγωνίζετο ὁ Αἰσχύλος ἐν τῇ ϛ´ Ὀλυμπιάδι ἐτῶν ὢν κε´. Corruptus eſt vterque numerus: Reſcribebant viri magni ἐν τῇ ξθ´ Ὀλυμπιάδι. Nos vero reponimus, ἐν τῇ ο´ Ὀλυμπιάδι. Correctionis noſtræ fundus eſt Anonymus in Deſcriptione Olympiadum, qui hæc notat ad annum primum Olympiadis ſeptuageſimæ, Myro Athenis Prætore, Πρατίνας ποιητὴς τραγῳδίας ἀντηγωνίζετο Αἰσχύ-

λῳ καὶ Χοιρίλῳ. faciliſque fuit certè lapſus, ſi numerum hunc numeralibus literis maiuſculis deſcripſeris, τοῦ O, in τὸ Θ. His ita conſtitutis reſcribendum quoque eſt apud Suidam, ἐτῶν ὢν κα. Tot enim erat annos natus, atque vnius & viginti annorum interuallum eſt, ab anno primo Olympiadis ſexageſimæ quintæ, ad annum primum Olympiadis ſeptuageſimæ. Addit Anonymus in eius vita: ὢν ἐτῶν πέντε πρὸς τοῖς ἑξήκοντα ἐτελεύτα. De morte Æſchyli Interpres Comici ad Acharnenſes: ἐτελεύτησε γὰρ ἐπὶ Ἄρχοντος Καλλίου τοῦ μετὰ Μνησίθεον. Callias hic Archon fuit anno primo Olympiadis octageſimæ primæ μετὰ Μνησιθείδην, vt hunc Prætorem, quem excepit Callias, nominant Diodorus Siculus, & Anonymus in Deſcriptione Olympiadum. Atqui ab anno primo Olympiadis ſexageſimæ quintæ ad annum primum Olympiadis octageſimæ primæ, anni ſunt ſexaginta quinque, quot annos vixiſſe Æſchylum ſcribit auctor eius vitæ. Addit vita eſſe functum in exilio, anno tertio. Nam poſtquam Eumenidas docuit, ſolum vertere coactus eſt: Eumenidas docuit anno ſecundo Olympiadis octageſimæ, Archonte Philocle, vt teſtantur veteres Didaſcaliæ. Tertius exilij annus, eſt primus Olympiadis octageſimæ primæ, qui Calliam Prætorem habet. Quare & hoc anno vitæ ſuæ ſexageſimo quinto è viuis exceſſit, & annus eius natalis in annum primum Olympiadis ſexageſimæ quintæ conijciendus eſt.

Senecæ locus illuſtratus, itémque vnus Suetonij.

CAPVT XV.

ILLVSTRANDVS eſt à nobis Senecæ locus cap. IX. Conſolationis ad Marciam: *Egregium verſum & dignum audiui, qui non populo heri &*

Cuiuis poteſt accidere, quod cuiquam poteſt.

Variè emendant viri eruditiſſimi: Nos ſuſpicamur legendum eſſe, *Egregium verſum & dignum audiui, qui non è populo, & heri:* Verſus hic erat è Publij Syri Mimis, vt ex eodem conſtat Seneca Lib. *de Tranquillitate animi* cap. XI. quem ægrè ferebat à plebeio aliquo dici, nec alium auctorem habere, quàm Publium, qui non ita pridem fuerat, ſed χθὲς ϗ πρώην. Quare ſcripſit Seneca verſum illum ſe in Mimis audiuiſſe, dignum, non plebeij alicuius perſona, ſed cothurnati, non auctore nupero, ſed antiquo. A Seneca ad Suetonium tranſeundum eſt. Suetonij verba ſunt in Libello de Illuſtribus Grammaticis: *Pretia Grammaticorum tanta, mercedéſque tam magnæ: vt conſtet* LVTATIVM DAPHNIDEM, *quem* LENÆVS MELISSVS *per cauillationem nominis*, Γαιὸς ἄγημα *dicit, ducentis millibus nummûm Quinto Catulo emtum, ac breui manumiſſum.* Verba hæc Γαιὸς ἄγημα in omnes vertunt formas viri maximi, vt emendent; ſed emendatione nulla eſt opus: Nam obſeruandum eſt, nomen, per cuius cauillationem Lenæus Meliſſus Γαιὸς ἄγημα dicebat hunc Grammaticum, fuiſſe DAPHNIDES,

non DAPHNIS, id eſt, Δαφνίδης, non Δάφνις. Latinè autem DAPHNIDES videtur eſſe rectus pluralis τοῦ DAPHNIS, quanquam reuera ſit Græcorum Δαφνίδης. Hinc quæſita iocandi materies. Appellatus enim eſt à Lenæo Meliſſo DAPHNIDES Πανὸς ἄγημα, *Panis agmen*, ſiue *legio*, quaſi plures eſſent, non vnus DAPHNIS. Iam verò DAPHNIS paſtor erat Mercurij filius, à *Pane* educatus, atque inſtitutus in Muſicis: Erat autem *Pan* Deus ruſticus, paſtorum προστάτης, *Pan curat oues, ouiúmque Magiſtros:* itaque in eius comitatu nonniſi paſtores & ruſtici erant, qui nil niſi ſilueſtre & barbaricum tenui arundine ſonare poterant. Notat igitur Lenæus Meliſſus DAPHNIDEM inficetiarum, quaſi eſſet plane literarum rudis, quantus quantus erat, & rus merum.

Duo dramata Euripidis, Andromeda *&* Andromache *quando acta. hoc emendatum.*

CAPVT XVI.

EVRIPIDEÆ fabulæ *Andromedæ* fragmenta tantum, eaque non multa, hodie ſuperſunt: meminit Ariſtophanes *Ranis:*

Καὶ δῆτ' ἐπὶ τῆς νεὼς ἀναγινώσκοντί μοι
Τὴν Ἀνδρομέδην πρὸς ἐμαυτὸν, ἐξαίφνης πόθος
Τὴν καρδίαν ἐπάταξε πῶς οἴει σφόδρα;

Dicit Bacchus ſaliuam ſibi mouiſſe *Andromedam* drama, cùm illud legeret, ita vt maxima inceſſerit cupi-

do videndi Euripidem; addit ille verſibus ſequentibus:

Τοιουτοσί με τοίνυν δαρδάπτει πόθος
Εὐριπίδου, καὶ ταῦτα τοῦ τεθνηκότος.

Quia ſcilicet Euripides *Andromedam* docuerat anno tertio Olympiadis nonageſimæ primæ, Piſandro Athenis Prætore; Scholiaſtes Comici: ἣ γὰρ Ἀνδρομέδα ὀγδόῳ ἔτει προεισῆκται. Dicit Euripidem octauo anno, antequam hoc drama *Ranas* doceret Ariſtophanes, *Andromedam* commiſiſſe: *Ranas* autem in ſcenam produxit Ariſtophanes anno tertio Olympiadis nonageſimæ tertiæ, Archonte Callia μετ' Ἀντιγένη. Reſtat igitur, vt anno tertio Olympiadis nonageſimæ primæ, qui Prætorem habet Piſandrum, actum ſit hoc drama *Andromeda*. Age verò videamus, ſi tempus etiam, quo edita eſt ab Euripide fabula *Andromache*, deprehendere poſſimus. Verſus hi ſunt, in illo dramate è Menelaï perſona:

Καὶ νῦν μὲν, οὐ γὰρ ἄφθονον σχολὴν ἔχω,
Ἄπειμ' ἐς οἴκους. ἔστι γάρ τις οὐ πρόσω
Σπάρτης, πόλις τις, ἣ πρὸ τοῦ μὲν ἦν φίλη,
Νῦν δ' ἐχθρὰ ποιεῖ, τὴν δ' ἐπεξελθεῖν θέλω,
Στρατηλατήσας, ὥσθ' ὑποχείριον λαβεῖν.

Hos verſus nullus dubito ad hiſtoriam temporis Poëtæ eſſe referendos, & annum, quo exhibitum ſit iſtud drama, innuere. Nobis igitur videbatur commiſſam fuiſſe hanc fabulam anno ſecundo Olympiadis nonageſimæ, Prætore Athenis Archia, quando πόλεμος Λακεδαιμονίων πρὸς Ἀργείους διὰ τὰ ἐς Τροιζηνίους Λακεδαιμονίων συμμάχους ὑπὸ τῶν Ἀργείων παραγενομένην ὕβριν,

conflatum

conflatum eſt bellum inter Lacedæmonios & Argiuos, vt narrant Hiſtorici, & præceſſerat coniuratio Athenienſium, Argiuorum, Eleorum, Mantineenſium, aduerſus Lacedæmonios, quibus hoc anno cum vicina vrbe, Argis nimirum, bellum erat. In hac fabula, vbi cum Andromache litigat Hermione, iubet eam cogitare, quò terrarum venerit, nec amplius eſſe in patria. ſed locus eſt corruptus, ita legitur:

Γνῶναι δ᾽ ἵνα εἶ γῆς. οὐ γὰρ ἐσθ᾽ Ἕκτωρ τάδε,
Οὐ Πρίαμος, οὐδὲ χρυσὸς, ἀλλ᾽ Ἑλλὰς πόλις.

Vox iſta χρυσὸς omnino non eſt huius loci: Sed procliue eſt emendare:

Οὐ Πρίαμος, οὐδὲ Χρύση, ἀλλ᾽ Ἑλλὰς πόλις.

Erat Andromache Eetionis Regis Thebarum filia, in cuius agro erat *Chryſa* ciuitas. Strabo Lib. XIII. Τοῖς δ᾽ Ὁμήρου μᾶλλον ἔπεσι συμφωνεῖ τὰ ἐν τῷ Θήβης πεδίῳ, καὶ τῇ αὐτῇ Χρύσῃ ἱδρυμένη ποτὲ δεικνύμενα ἴχνη. paullo poſt: τοῦ μὲν οὖν Ἠετίωνος λέγει πόλιν Θήβην.

Ωχόμεθα ἐς Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος.

Τούτου καὶ τὴν Χρύσην τὴν ἔχουσαν τὸ ἱερὸν τοῦ Σμινθέως Ἀπόλλωνος ἐμφαίνει.

Euripides ſemel atque iterum Supplicibus *emendatus. Theſeus Pelopis pronepos.* παῖς *nepos.*

Capvt XVII.

Apvd Euripidem *Supplicibus* grauiter caſtigat Adraſtum Theſeus, quod adoleſcentibus gratum facere, & eorum conſilia exequi cùm vellet, in

Digitized by Google

maximas adductus eſſet calamitates: at verò Argiuarum matronarum Chorus Adraſtum it excuſatum, ſed verbis, quæ nobis non videntur poſſe præſtari ſana:

Ἡμάρτεν. ἐν νέοισι δ᾽ ἀνθρώπων τόδε
Ενεστ. συγγνώμην δὲ τῷδ᾽ ἔχειν χρεών.

Nam quomodo excuſari poteſt Adraſtus, ſi quid humanitus iuuenes deliquerint? Non ille certè in iuuenibus cenſebatur, qui id ætatis eſſet; neque item minus erat peccatum, quòd malè conſulentibus adoleſcentibus aures accommodaſſet ſuas, & in illorum ſententiam ſe cogi paſſus eſſet; maximè enim id vitio illi, & meritò, vertebat Theſeus. Quid igitur dicemus? Quo argumento notam deprecabuntur? Emendo:

Ἡμάρτεν. ἐννόοισι δ᾽ ἀνθρώπων τόδε
Ενεστ. συγγνώμην δὲ τῷδ᾽ ἔχειν χρεών.

Argumentum petitur à communi lege vitioſitatis humanæ, ἄνθρωπος γάρ ἐστι πρᾶγμα πρὸς ἁμαρτίαν εὐόλισθον, inquit B. Chryſoſtomus. Quod peccauit igitur Adraſtus, factum eſt, non tam ipſius culpa, quàm communi hominum vitio, quibuſcum non tam bene agitur, vt aliquoties non impingant & offendant prudentiſſimi quique. Quare Adraſto quoque, qui in illis, venia danda eſt erroris, quem admiſit. Sequitur ibidem Adraſti oratio, conquerentis ſibi denegatam eſſe à Theſeo ſpem auxilij, in repetendis Argiuorum Ducum cadaueribus, quæ in Thebanorum poteſtate erant. In ea oratione hæc leguntur ad matronarum Argiuarum Chorum:

Ἄγ᾽ ὦ γεραιαί, στείχετε γλαυκὴν χλόην

Αὐτοῦ λιποῦσαι φυλλάδος καταστροφῇ,
Θεούς τε, καὶ γῆν, τήν τε πυρφόρον θεὰν,
Δήμητρα θέμεναι μάρτυρας, Ἡλίου τε φῶς,
Ὡς ἡμῖν οὐδὲν ἤρκεσαν λιταὶ θεῶν.
Ος Πέλοπος ἦν παῖς, Πελοπείας δ᾽ ἡμεῖς χθονὸς
Ταυτὸν πατρῷον αἷμά σοι κεκτήμεθα.

Vlcus eſſe in his Poëtæ verbis ſuſpicati ſunt viri eruditiſſimi, qui aſteriſco notarunt hunc verſum:

Ος Πέλοπος ἦν παῖς, Πελοπείας δ᾽ ἡμεῖς χθονὸς,

& mutilum eſſe ſuum codicem teſtati ſunt, quaſi aliquid deeſſet inter hunc verſum,& proximè præcedentem. Sed vnius literulæ mutatio viros doctiſſimos in hanc ſententiam induxit, prætereáque quod non aduerterunt τὸ παῖς etiam de nepotibus & poſteris dici, qui *liberorum* nomine paſſim intelliguntur. Cognati erant Adraſtus & Theſeus; Nam Adraſtus erat de Pelopis poſteris: Theſeus verò matre natus erat Æthra?, Æthra Pittheo genita: Pittheo pater fuit Pelops: atque ita erat Theſeus Pelopis pronepos. Locum autem ita ſanamus:

Ὡς ἡμῖν οὐδὲν ἤρκεσαν λιταὶ θεῶν,
Ὡς Πέλοπος ἦν παῖς, Πελοπείας δ᾽ ἡμεῖς χθονὸς
Ταυτὸν πατρῷον αἷμά σοι κεκτήμεθα.

Immiſericordem Theſei animum, eiúſque ἀπάθειαν teſtatam vult apud Deos Adraſtus, quod inſuper habuerit preces ſupplicum, & cognationem ſanguiníſque neceſſitudinem, quæ ſibi cum illo intercedebat, cùm vterque eſſet de Pelópis poſteris: teſtatum igitur volumus, inquit:

Ὡς ἡμῖν οὐδὲν ἤρκεσαν λιταὶ θεῶν,

quod nihil profuerunt nobis noſtræ preces,

Ὡς Πέλοπος ἦν παῖς, Πελοπίας δ' ἡμεῖς χθονὸς
Ταυτὸν πατρῷον αἷμά σοι κεκτήμεθα.

neque item nobis profuit, quod erat Pelopis filius, & nos quoque ex eadem Pelopis gente.

Quando docuit primum ſuorum dramatum Sophocles. item quando acta eſt Antigone. ea emaculata, itémque Plutarchus. Sophocles quando fuerit Strategus.

Caput XVIII.

Refert Plutarchus ſciſſum fuiſſe ſtudia in contraria Athenienſium populum, quando primum ſuorum dramatum in ſcenam produxit Sophocles, atque hos Sophoclis, illos alterius Poëtæ fautores fuiſſe: quare Archon, qui his præerat ludis, Strategos decem, qui tum fortè in theatrum venerant, iuratos voluit iudicium reddere de Tragicorum victoria. Verba Plutarchi ſunt in Cimone: ἔθεντο δὲ εἰς μνήμην αὐτοῦ καὶ τὴν τῶν Τραγῳδῶν κρίσιν ὀνομαστὴν γενομένην. πρώτην γὰρ διδασκαλίαν τοῦ Σοφοκλέους ἔτι νέου καθέντος, Αφεψίων ὁ Αρχων φιλονεικίας οὔσης καὶ παρατάξεως τῶν θεατῶν, κριτὰς μὲν οὐκ ἐκλήρωσε τοῦ ἀγῶνος· ὡς δὲ Κίκων μετὰ τῶν Συστρατήγων προελθὼν εἰς τὸ θέατρον ἐποιήσατο τῷ θεῷ τὰς νενομισμένας σπονδὰς, οὐκ ἀφῆκεν αὐτοὺς ἀπελθεῖν, ἀλλ' ὁρκώσας, ἠνάγκασε καθίσαι καὶ κρῖναι, δέκα ὄντας, ἀπὸ φυλῆς μιᾶς ἕκαστον. Corruptum eſt Prætoris Athenienſis nomen. Aphepſion Archon ſignauit

Faſtos anni tertij Olympiadis ſeptuageſimæ quartæ: At verò, ſiue natales Sophoclis adſcribamus ſecundo anno Olympiadis ſeptuageſimæ primæ, vt pleraq; veterum auctorũ pars è vero, vt nobis quidem videtur, ſcriptum reliquit, qui annus Prætorem habuit Philippum, ſiue anno tertio Olympiadis ſeptuageſimæ tertiæ, vt alij volunt per ætatem fabulas docere non potuit Sophocles: Anno primo Olympiadis ſeptuageſimæ ſeptimæ primum drama à Sophocle commiſſum fuiſſe narrat Euſebius. Quod ſi Plutarchum verbis laudatis audimus, vt certè audiendus eſt, & aſſenſum meretur, dicemus Sophoclem primũ ſuum drama in ſcenã protuliſſe anno tertio Olympiadis ſeptuageſimæ ſeptimæ, Demotione Athenis Prætore: Eo enim anno à Cimone ſtatuta ſunt de victis Perſis tropæa, vt ſcribit Diodorus Siculus: A Cimone verò ex hoc bello reduci, vt narrat Plutarchus, cæteríſque Strategis, iudicium redditum eſt de Tragicorum Poetarum victoria, fabulam tunc primum docente Sophocle. Itaque apud Plutarchum ἀντὶ τοῦ Ἀφεψίων, reſcribendum eſt, Δημοτίων, aut, quod verius puto, legendum eſt, Ἀνέψιος ὁ Ἄρχων, Nomen Archontis non adſcribit Plutarchus, ſed dicit eum fuiſſe Sophoclis conſobrinum, qui, ne videretur aliquid in Sophoclis gratiam comminiſci, noluit iudices ſortitò capere, ſed fortè oblatos decem Strategos dedit: At eruditus aliquis librarius, qui putabat deſiderari Archontis nomen, & meminerat Aphepſionem circa illa tempora fuiſſe Athenis Prætorem, mutauit ἀνέψιος in Ἀφεψίων. Quæ ſcripta eſt à Sophocle fabula *Antigones* titulo, elegantiſ-

ſima eſt, meritóque victor renunciatus eſt in illius commiſſione, vt obſeruant veteres Magiſtri. Sed de tempore, quo acta eſt, non conuenit. Neque tamen, quod quidam referunt, ὅτι μετὰ τὴν τῆς Ἀντιγόνης ἀνάγνωσιν, ὅτε νικῶν ἐκηρύχθη χαρᾷ νικηθεὶς ἐξέλιπε, refutatione eget, cùm ex Ariſtophane Grammatico conſtet, poſt editam hanc fabulam, Athenienſes admiratione viri tactos, quam conceperant ex editione *Antigones*, Sophoclem creaſſe Strategum: Φασὶ δὲ τὸν Σοφοκλέα ἠξιῶσθαι τῆς ἐν Σάμῳ στρατηγίας, εὐδοκιμήσαντα ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς Ἀντιγόνης. Rurſum quod ſcribitur in Sophoclis vita, καὶ Ἀθηναῖοι δ' αὐτὸν ἐτῶν ὄντα ἑξήκοντα πέντε, Στρατηγὸν εἵλοντο, πρὸ τῶν Πελοποννησιακῶν ἔτεσιν ἑπτὰ, ἐν τῷ πρὸς Ἀναίαν πολέμῳ, falſum eſt, & arguitur his ipſis verbis Sophoclem non fuiſſe, quando in Strategum electus eſt, natum annos quinque & ſexaginta; addit enim id accidiſſe ſeptem ante bellum Peloponneſiacum annis. Annus ſeptimus ante bellum Peloponneſiacum eſt tertius Olympiadis octageſimæ quintæ, Archonte Theodoro, & certè ita refert Anonymus in Deſcriptione Olympiadum ad hunc annum tertium Olympiadis octageſimæ quintæ: ὁ πρὸς Ἀναίαν πόλεμος Ἀθηναίων, ἐν ᾧ Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδοποιὸς Στρατηγὸς ᾑρέθη. Atqui ab anno ſecundo Olympiadis ſeptuageſimæ primæ, Philippo Athenis Prætore, quo natum volunt Sophoclem, ad annum tertium Olympiadis octageſimæ quintæ, qui ſeptimus eſt ante bellum Peloponneſiacum, non ſunt anni ſexaginta quinque. Rurſum neque eo anno tertio Olympiadis octageſimæ quintæ Strategum fuiſſe

Sophoclem nobis poteſt probari : Nam Strategus cum Pericle fuit Sophocles : Plutarchus in Pericle: καί ποτε τοῦ Σοφοκλέους, ὅτε συστρατηγῶν ἐξέπλευσε μετ' αὐτοῦ, παῖδα καλὸν ἐπαινέσαντος, οὐ μόνον, ἔφη, τὰς χεῖρας, ὦ Σοφόκλεις, δεῖ καθαρὰς ἔχειν τὸν στρατηγὸν, ἀλλὰ καὶ τὰς ὄψεις. Fuit autem Strategus Pericles anno quarto Olympiadis octageſimæ quartæ, Timocle Archonte, quando Samum expugnauit, vt narrant Diodorus Siculus, & Anonymus in Deſcriptione Olympiadum ad hunc annum. Ergo eodem anno quarto Olympiadis octageſimæ quartæ Sophocles quoque Strategus fuit, & id obſeruat Ariſtophanes Grammaticus verbis laudatis, φασὶ δὲ τὸν Σοφοκλέα ἠξιῶσθαι τῆς ἐν Σάμῳ στρατηγίας. Neque certè alia de cauſſa videntur Athenienſes bellum, cui gerendo Sophoclem vnum è Strategis decem præfecerunt, intuliſſe Anææ vrbi Cariæ, quàm propter vicinitatem & fœdus forte Samiorum, aduerſùs quos eodem tempore bellum gerebant, Pericle Sophoclis collega duce: Erat enim Αναία πόλις Καρίας, ἀντικρὺ Σάμου, inquit Stephaus. Quare Sophocles Strategus fuit anno quarto Olympiadis octageſimæ quartæ : Ergo *Antigonem* docuit anno tertio Olympiadis octageſimæ quartæ, cuius fabulæ admiratione tacti Athenienſes, vertente anno tertio Olympiadis octageſimæ quartæ, ἐν ταῖς ἀρχαιρεσίαις, Sophoclem Strategum crearunt in annum quartum Olympiadis octageſimæ quartæ. In hac fabula locus extat, de quo ſtudioſos adoleſcentes non celabimus noſtram coniecturam. Cùm Antigone certa exequendæ rei, quam animo agitabat, inhumandi ſcili-

Digitized by Google

cet & tumulandi Polynicem fratrem, non pareret recte monenti Iſmenæ ſorori, Iſmene ſollicita & metuens ne quid accideret, quod factum nollet, præcipit, ne conſilium illud ſuum palam faciat, & pollicetur ſe nemini dicturam. Antigone contra iubet Iſmenem conſilia illa eliminare foras, & maiorem hâc ratione à ſe gratiam inituram profitetur; ſed corrupta ſunt prima verba:

Οἴμοι, καταύδα, πολλὸν ἐχθίων ἔσῃ
Σιγῶσ', ἐὰν μὴ πᾶσι κηρύξῃς τάδε.

Οἴμοι non eſt huius loci. Reſcribo:

Οὐ μὴ, καταύδα.

Senſúſque eſt, Nequaquam occultaueris, imò potiùs palàm facito, vt mihi gratum facias.

Euripides Hippolyto: *itémque Seneca einſdem tituli dramate emendati.*

Capvt XIX.

Apvd Euripidem *Hippolyto* Venus παροργίζεται magno irarum fluctuans æſtu, quod contemneretur ab Hippolyto: Inducitur autem Venus in hunc tantum finem, vt exponat Συνεκτικὸν τῆς ὑποθέσεως, quod perpetuum eſt Euripidis vitium. Inter cætera autem, quæ ibi à Venere dicuntur, vbi prædicit & admonet de Phædræ morte, hi verſus leguntur:

Ἡ δ' εὐκλεὴς μὲν, ἀλλ' ὅμως ἀπόλλυται
Φαίδρα. τὸ γὰρ τῆσδ' οὐ προτιμήσω κακὸν,

Τοὺς

Τοῦ μὴ οὐ παρασχεῖν τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς ἐμοὶ
Δίκην τοσαύτην, ὥστε μοι καλῶς ἔχειν.

Indicio ſuo ſe prodit primi verſus vitium. Quid? mori non debebat Phædra, quia erat magni nominis? At verò qui ſunt huiuſmodi, rarò diurnant, & quæ inglorijs parcit vt plurimum, celebres & cõſpicuos multa laude mors acerba & immatura occupat. An dicemus Phædram glorioſam occubuiſſe mortem? Minimè gentium. imò contra iuit ſe infamatum. Tamen hanc lectionem tuentur Scholia, & ſe in illius interpretatione torquent, ſed fruſtrà. Primore hac Oratione dixerat Venus, ſe beneuolam eſſe beneuolentibus ſuis, & contra inimicam inimicis. Venerem autem Deorum maximè colebat & venerabatur Phædra; itaque in illius honorem templum extruxit:

Πέτραν πὰρ' αὐτὴν Παλλάδος κατόψιον
Γῆς τῆσδε ναὸν Κύπριδος ἐγκαθίσατο.

His verbis verò, quæ corrupta eſſe diximus, ſe it excuſatum Venus, quòd Phædram quoque, quæ tantos ſibi habuerit honores, de medio auferri ſinat, adeò flagrabat inſano vindictæ aduerſùs Hippolytum & Solem amore. Verſus ita eſt emendandus:

Η δ' εὖ κλεὴς μὲν γ', ἀλλ' ὅμως ἀπόλλυται
Φαίδρα.

Illa verò, inquit, rectè honorat me quidem, nihilo tamen minus peribit Phædra. Extat eiuſdem quoque & argumenti & nominis fabula L. Annæi Senecæ: in eáque, vbi Phædræ nutrix Hippolytum acceſſiſſet, & iuſſiſſet ætate frui, nec triſtem iuuentam Venere deſerta colere; in graui illa & ſeuera admodum reſpon-

ſione Hippolyti, in qua oſtendit omnium ſcelerum caput eſſe feminæ congreſſum, hic verſus legitur:

Taceo nouercas. mitius nil eſt feris.

Vide quæ in Notis obſeruauit Muſarum μέγα αὔχημα. Nos in alia imus. Nam non ſolùm damnat hoc loco Hippolytus τοὺς νομίμους γάμους, ſed etiam omnem alium feminæ congreſſum, teſtatúrque ſe nunquam geſturum animum feminis mitem: Atqui certum eſt, feras Veneris tela ſentire, illarúmque exemplo eodem Hippolytum inuitat Phædræ Nutrix. Quare non eſt, quod ferarum exemplo ſe tueatur Hippolytus, quaſi feræ ipſæ multum de ferocitate ſua ponant, & miteſcant, quia ἄζυγες viuunt, & Venerem non norunt. Nam primùm, & Venerem norunt feminæ, deinde furorem concipiunt non minus,cùm eas mouit amor, quàm homines ipſi. Id probatur Senecæ verbis è perſona Chori, qui proximè præceſſit:

Ignes ſentit genus aligerum.
Venere inſtincti quam magna gerunt
Grege pro toto bella iuuenci!
Si coniugio timuêre ſuo,
Poſcunt timidi prælia cerui,
Et mugitu dant concepti
Signa furoris: tunc virgatas
India tigres decolor horret.
Tunc vulnificos acuit dentes
Aper, & toto eſt ſpumeus ore.
Pœni quatiunt colla leones,
Cùm mouit amor: tum ſilua gemit
Murmure ſæuo.

Digitized by Google

At verò quod ſcribit Vergilius feras degere vitam ſine crimine, quia thalami expertem degunt; non omnino thalami expertem degere ſignificat: ſed negat feras, quod de quibuſdam aſſerit Plinius, poſt amiſſos coniuges alijs iungi, quod à ſe fieri debuiſſe dicit Dido, vt vitam ſine crimine degeret: Nam improbatæ, vt plurimùm, ſecundæ nuptiæ, & magnus vniuiris honos eſt habitus. Eſt igitur Hippolyti verſus ita legendus & interpungendus:

Taceo nouercas. mitius nil eſt. feras.

Vbi feminarum ſcelera recenſet Hippolytus, ad nouercas deuenit, in quo negotio defungitur ἀποσιωπήσει, grauiúſque accuſat, quod tacet. Omnes feminas ille oderat; at verò priuatas quoque odij cauſſas in Phædram habuiſſe quis dubitet? vt quæ ei eſſet nouerca, quod genus iniuſtum eſt, & audit perpetuo epitheto. Verùm Hippolytus, qui eò quod velle ſe tacere nouercas dixit, grauius incuſabat eas, ne videretur apud nutricem inclementius aliquid in Phædram nouercam ſuam, & illius alumnam dixiſſe, εἰρωνικῇ ἐπανορθώσει vtitur, & nihil eſſe mitius dicit; & ſi quid ab ijs oriatur ægritudinis, id parum eſſe, adeóque ferendum, *feras*, inquit. Quæ omnia exulceratum illius in Phædram animum oſtendunt, & ſua εἰρωνικῇ ἐπανορθώσει moratam maximè orationem efficiunt.

Digitized by Google

Emendata Euripidis fabula Hercules Furens. *itémque* Medea.

Capvt XX.

Tragoedia Euripidis *Hercule Furente* primore Megara Herculis vxor atque Amphitruo inter ſe colloquuntur: in hac ῥήσει verſus eſt Megaræ non ſanus:

μεγ. Λύπης τί προσδεῖ σ', ἢ φιλεῖς οὕτω φάος;
αμ. Καὶ τοῖσδε χαίρω, καὶ φιλῶ τὰς ἐλπίδας.

Ex Amphitruonis reſponſione liquet & Megaræ verba corrupta eſſe, & emendandum eſſe:

Ελπις τί προσδεῖ σοι, φιλεῖς οὕτω φάος;

Probat emendationem noſtram, vt diximus, verſus ſequens, quo ad vtrumque; quod ſibi à Megara obijciebatur reſpondet Amphitruo, & de quo etiam in ſequentibus diſputant. Ne quis autem iſta conſtructione, ἔλπις τί προσδεῖ σοι, turbetur, ſciat & alibi apud eundem Euripidem eandem reperiri ἐν δεῖ μόνον μοι. Apud eundem Euripidem, ſi titulus auctorem non mentitur; dramate *Medea*, Chorus Medeam à cæde liberorum ſuorum dehortatur, & hi verſus dicuntur,

— μετ' ἄλλων
Σχέψαι τεκέων πλαγαὶ,
Σχέψαι φόνον οἷον αἱρῇ.

Lectionem hanc tuentur Scholia, πρότερον μεθ' ἡμῶν καὶ ἄλλων τινῶν σκέψαι, εἰ τοῦτο δρᾶσαι σε ἔχρην. Sed tanti non ſunt Scholia ijs exceptis, quæ habent è Parmeniſco,

Didymo, & alijs laudatiſſimis Magiſtris, vt auctoritate ſua falſam adſtruant lectionem: Nullo enim modo poteſt ferri iſtud μετ᾽ ἄλλων σκέψαι, nam multum intererat Medeæ, ne plures reſciſcerent, quænam animo agitaret conſilia, ne forte ad Creontem illa deferrentur, Medea & conſcius conſiliorum eius Chorus Corinthiarum plecterentur: Reſcribimus igitur vna voce,

— μετ᾽ ἀλλῶν
Σκέψαι τεχέων πλαγῶν.

Accuratè perpendens conſidera quid facias.

Veteres aliquot Inſcriptiones exponuntur. Indictiones Fabrorum. Collegia item.

Capvt XXI.

Indictionvm in veteri marmore luculenta extat mentio in Theſauro Inſcriptionum pag. CCXLVIII. quæ *Fabrorum Tignariorum* ſunt. Vir Illuſtris in Animaduerſionibus Euſebianis exiſtimat has *Indictiones* ab Imperatorijs differre, quod Imperatoriæ initiũ ducãt omnes à remiſſionibus tributorũ; *Indictiones* vero *Tignariorum* à diuerſis initijs, prout citius aut ſerius indicta ſunt tributa. Sed iſta arbitraria eſſe non diffitetur vir magnus. Itaque nemo, ſpero, vitio nobis vertet, ſi coniecturas noſtras ſuper his *Indictionibus* in medium proferamus. Nam quod putat Heros maximus indicta fuiſſe tributa *Fabris*, non exiſtimo eò referendum eſſe quod in hac Inſcriptione de *Indictio-*

nibus legitur: *Fabri* quippe *Tignarij* non dicuntur aliquid præſtitiſſe & contuliſſe hac vel illa *Indictione*, ſed huius vel illius *Indictionis* eſſe dicuntur. Conſtat ex ipſa Inſcriptione, quæ eſt huiuſmodi;

IMP. CÆSARI. M. AVRELIO
ANTONINO. AVG.
IMP. CÆS. L. SEPTIMI. SEVERI. PII
PERTINACIS. AVG. ARABICI. ADIABEN
PARTHICI. MAXIMI. P. P. FILIO
COLL. FABR. TIGNARIOR.

Sequebantur nomina *Fabrorum Tignariorum*, quæ non deſcribemus omnia, quia multa ſunt, & vel aliquot ad exemplum deſcripſiſſe ſit ſatis, tum in dextro baſis latere, cum in ſiniſtro.

MONNIENIVS PRISCV SMVNATIV SEPICTETVS IND.XXX
IVLIVS CHRYSIO METELLIVS VENIANVS IND VI.
ANNAEVS PHILETVS LVBIVS MARTIALIS IND XIIX.
HONORATI AELIVS CRESCENS IND. XV.
HOENIVS XENOFON IND. LIX. AVRELIVS EVFEMVS IND.
VII
AELIVS FORTVN IND. XIV. ASVETIVS FELICIS IND VIIII

Cetera, quæ ibi leguntur nomina, ſunt ad hoc exemplum deſcripta. Appellantur igitur hi *Fabri Tignarij*, ὁ δεῖνα IND. I. ὁ δεῖνα IND. II. & ita de ceteris, hoc eſt, INDICTIONIS. *primæ*, *ſecundæ*, atque ita de reliquis. Vocem hanc eſſe gignendi caſus nobis pro certo compertum eſt ex hac altera Inſcriptione pag. CCCLVIII. I.

Digitized by Google

D. M.

L. ANTONIVS. PECVLIARIS
SEV. AVG. Q.Q. COL. FAB. OST.
LVSTRI. XXV. FECIT. SIBI. ET
ANTONIAE. SOTERIDI
VXORI. RARISSIME. CVM
QVA. VIX. ANNIS. L.

Hic *Antonius Peculiaris* dicitur *Quinquennalitius Collegij Fabrorum Oſtienſium*, qui erant *Luſtri XXV. Luſtrum* autem & *Indictio* in his Inſcriptionibus idem vnumque, meo iudicio, ſignificant, propter eam, quam in ſequentibus, Deo dante, aperiemus cauſſam. Habes in alia Inſcriptione pag. CCCCXI. 2. *Fabros è Luſtro*, quod idem eſt atque *Luſtri.*

T. FLAVIO. T. L. HILARIONI
DECVR. COLL. FABR. EX. LVSTRO. XV
VNGVENTO. AD. PVB. PRAG. LVSTRO. XVI
MAG. QVINQ. COLL. FABRVM. TIGNARIORVM
LVSTRO. XVII. HONORAT. ET. LVSTRO. XVIII
CENSOR. BIS. AD. MAG. CREANDOS. LVSTRO. XIX
ET. XX. IVDEX. INTER. ELECTOS. XXI. AB. ORDINE. LVST. XXII
CLAVDIA. TI. F. PRISCA. VIRO. OPTIMO
ET. FLAVIA. T. F. PRISCILLA
PATRI. OPTIMO

E comparatis collatiſque Inſcriptionibus iſtis colligimus, idem eſſe τὸν δῆμα, *Fabrum Indictionis*, ſiue *Luſtri*, ſiue *ex Luſtro, primo, ſecundo*, & ita deinceps. Ratio autem huius appellationis videtur paullo altius repetenda: *Fabrorum Collegia* videntur fuiſſe inſtituta, vt quoties in Vrbe aliquod incendium excitaretur, ad illud compeſcendum accurrerent: Itaque ea *Collegia*

Fabrorum erant familiæ, ſiue publicæ, ſiue Cæſarum & Imperatorum, quas vt conſtituerent, puto, quemadmodum *Tyrones* indicebantur Imperatorum æuo, indictos quoque fuiſſe *Fabros* pro opibus & agris eorum, quibus indicebantur, atque ab ijs fuiſſe collatos ſingulis *Luſtris*, id eſt, quinto quoque anno; Fiebatq́;, vt qui his parentibus eſſent nati, eidem corpori adſcriberentur, itaq; appellantur *Luſtri*, ſiue *Indictionis*, ſiue ex *Luſtro, primo, ſecundo*, qui *primo Luſtro* vel *ſecundo* vel *tertio*, &c. collati erant, ab ijs, quibus indicti fuerant, vel ijs parentibus aut maioribus geniti. Caue enim exiſtimes *Fabros* illos *Tignarios*, qui Inſcriptionē poſuerũt Antonino Caracallæ, & appellantur, *primæ, ſecundæ, tertiæ*, &c. *Indictionis*, eos ipſos fuiſſe, qui *primo, ſecundo, tertio*, &c. *Luſtro* collati ſunt, non enim poterant per ætatem adhuc ſupereſſe, cùm à *primo Luſtro* ad Antonini Caracallæ tempora, intercedant *quinquaginta ſeptem* minimùm *Luſtra*, ſed appellantur, *primæ, ſecundæ, tertiæ*, &c. *Indictionis*, quia ijs, ſiue maioribus, ſiue parentibus, geniti erant, qui *primo, ſecundo, tertio*, &c. *Luſtro* erant collati. Age verò inueſtigemus, quando primùm conſtitutæ ſunt hæ familiæ, ſiue corpora, aut Collegia *Fabrorum Tignariorum*, publica, aut Cæſarum & Imperatorum. Sed puto has familias publicas potiùs fuiſſe, quàm Imperatorum: Nam meminit Inſcriptio Caracallæ Antonino poſita, Seuero patre ſuperſtite, *Indictionis quinquageſimæ nonæ*. *Indictio* autem & *Luſtrum* idem hic ſignificant. Sunt igitur elapſi anni ducenti nonaginta quinque, à *primo Luſtro* ſiue *Indictione*, ad *Luſtrum*

quinqua-

quinquageſimum nonum. Quare prima horum *Fabrorum Indictio* eſt circa ea tempora, quibus Picentes, Marſi, Peligni, alij, bellum aduerſus Romanos mouerunt: Meminítque huius familiæ ſiue Collegij, meo iudicio, Paulus l. 1. D. *de officio Præfecti Vigilum. Apud vetuſtiores incendijs arcendis interueniebant nonnunquam & Ædiles, & Tribuni plebis: erat autem familia publica circa portam, & muros diſpoſita, vnde, ſi opus eſſet, euocabatur.* Has familias non videtur ſuſtuliſſe D. Auguſtus, ſed addidit excubias nocturnas, vigiléſque è libertinis, vt habes apud Strabonem Lib. V. Dionem Lib. LV. & Suetonium Auguſto: Ab his familijs, quæ *Indictionum*, ſiue *Luſtrorum*, vel *ex Luſtris*, eſſe dicuntur, diſtinguntur ea Collegia, quæ non erant publica, ſed QVIBVS EX. S. C. COIRE. LICEBAT. vt eſt in veteribus Inſcriptionibus. *Fabri* enim iſti neque indicebantur, neque à quoquam conferebantur, vt illi, de quibus iam diximus, ſed volentes & ſui iuris conueniebant in hetærias, & corpora, poſtquàm per Senatus Conſulta coire licebat.

Tragœdia Rheſus *cuius Poëtæ ſit, dubitanter proponitur, cui anni tempeſtati aſſignet Rheſi cædem. quando acta. argumentum ex Homero deſumtum. œconomia domo allata, in qua non ſemel peccat. Emendatur aliquoties.*

CAPVT XXII.

TRAGOEDIÆ *Rheſi* quis auctor non ſit facilius dici poteſt, quàm demonſtrari, quis ſit ὁ τοῦ παι-

δίου πατήρ. Euripidem non eſſe Tragœdia ipſa clamat: Sophocli verò aut Æſchylo adſcribi non poſſe, œconomia huius fabulæ à Sophoclea longè diuerſa, & dictionis character ab illo vtriuſque planè alius nullo negotio euincunt. Dicemúſne auctorem illius fuiſſe *Ariſtarchum* Poëtam Tragicum non incelebrem, Euripidis æqualem? Videtur poſſe colligi è Didymi Commentarijs ad hunc Homeri verſum è Græcorum exploratorum prece Iliad. K.

Δός τε πάλιν ἐπὶ νῆας ἐϋκλέας ἀφικέσθαι,
Ῥέξαντας μέγα ἔργον, ὅ κεν Τρώεσσι μελήσῃ

μέγα ἔργον, μεγάλως πρᾶξιν. Ἀρίσταρχος δέ φησι τὸ φονεῦσαι Ἕκτορα. Quod ab *Ariſtarcho* proditum dicit Didymus, habes hâc Tragœdiâ *Rheſo*:

Καὶ μὴν Δόλων γε ταῦτ᾽ ἔφραζεν Ἕκτορος
Κοίτας, ἐφ᾽ ᾧπερ ἔγχος εἵλκυσται τόδε.

Verùm hæc arbitraria ſunt. Argumentum huius dramatis deſumptum eſt ex Homeri Iliade K. nam περιέχει, vt loquuntur veteres Critici, τὴν νυκτεγερσίαν. Sed œconomiam domo attulit Poëta Tragicus, non tam bonam, quin aliquando impegerit. Cui anni tempeſtati aſſignanda ſit res geſta, *Rheſi* ſcilicet *cædes*, non immeritò quæri poteſt. Euſtathius in ver nouum confert: Cui acceſſit Vir Illuſtris in Prolegomenis de Aſtrologia veterum Græcorum, eius verba ſunt: *Auctor* Rheſi *Tragœdiæ vetuſtiſſimus, qui ſine dubio non eſt Euripides, ſcribit Vergilias eminere ſupra finitorem, Aquila culminante: Et prætereà notationem temporis adiecit, vicinitatem diluculi: poſtremò etiam partes anni, quo illa geſta finguntur, pulcherrimum characte-*

rem, Lunam ex orizonte ſe primùm efferentem; vt neceſſario geſtus earum rerum interceſſerit medio circiter Lunæ quadrante vltimo, hoc eſt, pauxillis diebus à iugo: quod vt procliuius ex Tetraeteridos Atticæ doctrina diſcere potuit Poëta, ita audacius ex eius fide hæc pronunciare. Nam ſcena illa agitur, vt ex Homero conſtat, eodem anno, quo Ilion captum, vt autem ex hoc auctore colligimus, menſibus vernis, paullo ante vrbis Trojanæ caſum, nempe Thargelione, quia Munichione fere toto latebant Vergiliæ. At annus Ilij capti incidit in Tertium Tetraëteridos Atticæ. In Thargelione illius anni nouilunium incidit IX. aut X. menſis, circiter VIII. Iunij. Itaque tempus illud competit interuallo inter XXXI. Maij & VIII. Iunij, V. aut VI. die Thargelionis, quo etiam menſe, die XXIII. captum Ilion. Hactenus vir magnus: in cuius ſententiam ire non poſſumus, quanquam inuiti: Neque enim veriſimile eſt, quod vult ὁ θαυμάσιος, eodem menſe Thargelione, paucis aliquot, ante Trojanæ vrbis caſum, diebus, ſcenam hanc actam, & Rheſum occiſum fuiſſe: Ineatur ratio temporis ex Homero, qui tamen non excedit τὰ Ἕκτορος λύτρα, longéque maius deprehendetur interuallum. Suſpicio noſtra eſt, hunc Poetam Tragicum conferre τὴν νυκτηγρεσίαν in nouam hyemem, Poſideone menſe, quo proculdubio, Lenæis Liberalibus, etiam hoc drama docuit: Eandem tempeſtatem fuiſſe volunt nobiſcum quidam è veteribus apud Euſtathium ad Iliad. K. ἱστέον δὲ ὅτι τινὲς τῶν παλαιῶν χειμέριον στοχάζονται εἶναι τὸν καιρόν. & optimè imminentem hyemem deſcribit Poeta verſibus, qui à nobis, θεοῦ διδόντος, ſunt expendendi:

Δύεται σημεῖα, καὶ ἑπταπόροι
Πλειάδες αἰθέριαι.
Μέσα δ' αἰετὸς οὐρανοῦ ποτᾶται.

∴ ∴ ∴ ∵ ∵

∴ ∴ ∴ ∴ ∴

Οὐ λεύσσετε μηνάδος αἴγλαν;
Ἀὼς δὴ πέλας, ἀὼς
Γίγνεται.

Hic habes luculentam tempeſtatis deſcriptionem. Oritur Aurora. Pleiades occidunt: Luna lucere incipit: Aquila culminat: Erat annus, quo eſt captum Ilion, quo etiam ſcena iſta agitur, quadringenteſimus octauus ante primam Olympiadem, ad quem accommodat Ephorus, apud Dionyſium Halicarnaſſenſem, modum anni Athenienſium, qui obtinebat publicè, quando iſta ſcribebat Ephorus, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι. Erat autèm annus Metonicus, qui fingitur tunc fuiſſe, decimus Enneadecaëteridis, qui cepit die ſeptimo Iulij: eſtque Embolimæus, ac proinde Neomenia Poſideonis δευτέρου cadit in diem triceſimum primum Decembris: Nouilunium verò commiſſum eſt die tertio Poſideonis δευτέρου, ſiue ſecundo Ianuarij. Itaque tempus iſtud, quod deſcribit noſter Poëta:

Οὐ λεύσσετε μηνάδος αἴγλαν;
Ἀὼς δὴ πέλας, ἀὼς
Γίγνεται.

A vicinitate diluculi, & Luna ex horizonte ſe primùm efferente, tempus, inquam, iſtud competit extremo Poſideoni. Eo tempore occidunt mane Vergiliæ ſiue

Pleïades. Græcus Arati Interpres: ἑῷαι δὲ δύουσιν αἱ Πλειάδες Ἀθὺρ μηνὶ, ἀρχομένου χειμῶνος, eſtque Plinio Lib. XVIII. cap. XXXI. *initium hyemis matutinus Vergiliarum occaſus*. Atque hunc occaſum Pleiadum matutinum deſcribit Poëta noſter his verſibus:

Δύεται σημεῖα καὶ ἑπτάποροι
Πλειάδες αἰθέριαι.

Eſtque δύεται σημεῖα καὶ Πλειάδες dictum figuratè, quo ἓν διὰ δυοῖν exprimitur, idémque quod, δύεται σημεῖα Πλειάδων. Quod ne quis de iſta tempeſtate anni dubitet, addit Poëta,

Μέσσα δ᾽ ἀετὸς οὐρανοῦ ποτᾶται.

id eſt, vt in re non diſſimili dixit Cicero

—ſe pariter cum Sole in culmina cœli
Effert.

Quod idem eſt, ac ſi diceret: Sol eſt in Capricorno: nam, vt inquit Aratus,

Αὐτὴ δ᾽ Αἰγοκερῆϊ κατέρχεται ἀντέλλοντι,
Ημος καὶ Προκύων δύεται, τὰ δ᾽ ἀνέρχεται ἄλλα,
Ορνις τ᾽, αἰητός τε.

Vertit Germanicus,

—Abſcondit veniens Capricornus
Atque omne ornatum venerandæ numine puppis,
Tum Procyon obſcurus abit: redit armiger vncis
Vnguibus, ante omnis gratus tibi, Juppiter, ales:
Omnibus & ſtellis Cygnus redit.

Sciendum autem eſt intelligi rationes ſeculi & anni, adde etiam menſis, in quo Poëta fabulam hanc ſcribebat atque docebat, non autem Troiani ſeculi. Sed firmare viri magni ſententiam, & vernum tempus de-

ſignare videntur, quæ ſequuntur Chori verba,

Καὶ μὴν ἀΐω Σιμόεντος
Ἠιόνας κοίλας
Φονίας, ὑμνεῖ πολυχορδοτάτα
Γῆρυϊ παιδολέτωρ
Μελοποιὸς ἀηδονὶς μέριμνα.

Volunt enim hæc de luſcinia dici. Sed de ea hic non agitur, vt mittam illa, quæ iã ſunt à nobis diſputata de anni tempeſtate è matutino Vergiliarum occaſu: hæc auis, de qua ſermo eſt, cantu ſuo, quaſi indicio, eoque certiſſimo, ſe luſciniam non eſſe prodit. Dicit enim Chorus, tum primùm, imminente Aurora, auem illam, quæ noctem totam ſiluiſſet, à ſe auditam fuiſſe. At quis neſcit, *Luſciniis*, verba ſunt Plinij Lib. X. cap. XXIX. *diebus ac noctibus continuis quindecim garrulum ſine intermiſſione cantum eſſe;* neque enim diem tantum, ſed etiam

Flet noctem, ramoque ſedens miſerabile carmen
Integrat., & mæſtis latè loca queſtibus implet.

Eſt quippe ſomni parciſſima luſcinia, ac vix oculis admittit, vnde locum dedit Prouerbio, οὐδ᾽ ὅσον ἀηδόνος ὑπνώσσειν. Sed vt mendum, quod Poëtæ verba occupauit, tollatur, & locus illuſtretur, repetendum eſt, quod iam diximus, accepiſſe Poëtam ab Homero dramatis argumentum, καὶ μῦθον; quædam tamen, ſed pauca admodum immutauit. Ita quod ſcripſit Homerus de Troianis:

—πυρὰ πολλὰ καίετο Ἰλιόθι πρό.

Græcis adſcribit Poëta noſter,

Πυρὰ αἴθει στρατὸς Ἀργόλας, Ἕκτορ.

Παῦσαν ἀν' ὄρφνας.

&, vt ad inſtitutum ſermonem accedamus, apud Homerum, Diomedi & Vlyſſi oſtentum offert Minerua, ardeam canentem:

Τοῖσι δὲ δεξιὸν ἧκεν ἐρωδιὸν ἐγγὺς ὁδοῖο
Παλλὰς Ἀθηναίη. τοὶ δ' οὐκ ἴδον ὀφθαλμοῖσι
Νύκτα δι' ὀρφναίην, ἀλλὰ κλάγξαντος ἄκουσαν.

Quod oſtentum, cùm dubiæ eſſet ſignificationis, in bonam partem, & ſuum ipſorum commodum interpretatur Vlyſſes. Idem oſtentum, quod in malum, atque etiam in Dolonis perniciem interpretantur, Troianorum vigilibus obijcitur. Sed verba ita ſunt reſcribenda, & interpungenda:

— ὑμῖν πολυεργεστάτα
Γήρυϊ παιδολέτωρ,
Μελοποιὸς, ἀηδὼν, ἴς μεριμνᾶ.

Deſcribitur *ardea* procul dubio à Poëta, & primùm, à loco, in quo eſt, ad fluuium nempe Simoënta:

Καὶ μὴν ἀίω Σιμόεντος
Ἠιόνας κοίτας
Φονίας.

Quomodo eſt ad fluuios, vt teſtatur Ariſtoteles Hiſtoriæ Animalium Lib. VIII. cap. III. περί τε τὰς λίμνας, καὶ τοὺς ποταμοὺς ἐρωδιὸς τρέφεται. Euſtathius: ἐρωδιὸς οἰκεῖος ἐστὶ τοῖς ἑλώδεσι τόποις. Addit noſter, illius auis κοίτας eſſe φονίας, quod optimè *ardeæ* conuenit. Nam *ardeæ* oua diripit & perdit alauda, vnde inter illas inimicitiæ, vt obſeruauit idem magnus Naturæ myſtes Lib. VIIII. cap. I. vbi varia recenſet *ardearum* genera, de illa *ardea* ſcribens, quæ πέλλος dicitur, & quam in-

tellexit Homerus, vt docet apud Euſtathium Zopyrus: πολεμεῖ δὲ τοῖς βλάπτουσιν, ἀετῷ, καὶ ἀλώπεκι, καὶ κορύδῳ· τὰ γὰρ ᾠὰ αὐτοῦ κολάπτει. inde dicitur Poëtæ noſtro, παιδολέτωρ, non quod ipſa pullos ſuos perimat, ſed quia illos, in ouis ab alauda direptis atque perditis, amittit. Addit illam canere πολυγηρυγέτα γήρυϊ. ita reſcripſimus, quanquam non omnino incommodè edita lectio ferri poteſt: ſed illud malumus; quo acris *ardeæ* clangor exprimitur; facit enim *ardeam* κλάζουσαν Homerus. Addit verba noſter, quibus ſe oſtentum iſtud in malam partem interpretari ſignificat, ac primum, μελεδοποιός, qua voce, non id quod vulgo putant, ſignificatur, ſed dicitur iſta *ardea* Troianis vigilibus μελεδοποιός, quia habet illos ſollicitos, ne quid mali ſcilicet, vt habes in ſequentibus, acciderit Doloni: eſt enim hic μελεδός, idem ac μελέδημα, vt Gloſſographus exponit Heſychius: Addit de eadem *ardea*, eodem ſenſu, ἀνιδῶν, id eſt, moleſtiam creans. Sequitur denique à Choro, de ſeipſo dictum, ἶς μεριμνᾷ, robur meum angitur, hoc eſt, ego ipſe, quanquam firmus, ſollicitus ſum, & vt ait paullò poſt:

Ταρβῶ, χρόνιος γὰρ ἄπεστιν Dolon.

OEconomia Poëtæ noſtri nobis in omnibus non poteſt probari. Nam quod Mineruam è machina adhibet Poëta, incommodum eſt, vitarique poterat, neque Minerua quicquam opus. Quod enim Minerua indicat Vlyſſi & Diomedi aduentum Rheſi, ſi œconomiam Homeri ſecutus eſſet Tragicus, fruſtra partes has mandaret & tribueret Mineruæ: Narrat enim Homerus Rheſum νυκτὸς πρῶτα adueniſſe, antequam

Dolon

Dolon Græcorum caſtra ſpeculaturus diſcederet: Itaque à Dolone Rheſi aduentum, locúmque caſtrorum eius edocentur Vlyſſes & Diomedes: At Poeta Tragicus incommodè omnino Rheſum aduenisse facit quartâ noctis vigiliâ, Dolone iam profecto.. Vide tamen illius inconſtantiam, nihilo namque minus Mineruа Vlyſſem & Diomedem de Rheſi aduentu certiores factos eſſe dicit his verſibus:

— ἄνδρα δ᾽ οὐ πέπυσθε σύμμαχον
Τροίᾳ μολόντα Ῥῆσον, οὐ φαύλῳ τρόπῳ

At vnde vnde acceperant niſi à Dolone? cùm aduenisset Rheſus hac ipſa nocte tantùm, neque aliunde ad Græcos peruenire potuiſſet rumor aduenisse Rheſum, quanquam non dubito illos non ignoraſſe in dies à Trojanis expectari. Vides vitium, quod in Connexione admiſit Poeta, qui poſt miſſum Dolonem ſpeculatum Græcorum naues, facit aduenisse Rheſum, hic apparere in Solutione, cuius initium ab his Mineruæ verbis: Itaque quod malè intricauerat Poeta, extricat Deus, peſſimo conſilio: Fruſtrà quoque Mineruam adhibet, vt eius ope atque auxilio Parim laterent Vlyſſes & Diomedes; facile namque per noctem poterant. Importuna quoque Paridis perſona, & malè à Poeta conciliata: Non enim video, quomodo Paris, qui, vt ex hoc Poeta conſtat, inter medios Trojanorum ordines ſuum habebat, vt Hectorem fratrem conueniat, qui itidem in Trojanorum ordinibus & caſtris erat, accedat ad Rheſi caſtra: Rheſus quippe, vt ait Minerua,

— οὐ συνὴ Τρωϊκῷ στρατῷ,

Ἀλλ' ἐκτὸς αὐτὸν τάξεων κατηυνάσεν
Ἕκτωρ.

Idque, quò magis periculoſum, minus tamen probabile & veriſimile, faciat Tragicus Diomedis atque Vlyſſis facinus, Rheſum locat, non tantum pone vigilum excubias, ſed etiam pone Trojanorum & omnium ſociorum caſtra, id indicat occiſi Rheſi auriga, cùm Hectorem cædis illius inſimularet:

Μὴ γὰρ τι λέξῃς, ὡς τις Ἀργείων μολὼν,
Διώλεσ' ἡμᾶς. τίς δ' ὑπερβαλλὼν λόχους,
Τρώων ἐφ' ἡμᾶς ἦλθεν, ὥστε καὶ λαθεῖν;
Σὺ πρόσθεν ἡμῶν ἦσο, καὶ Φρυγῶν στρατὸς,
Τίς οὖν τέτρωται; τίς τέθνηκε συμμάχων
Τῶν σῶν, μολόντων ὡς σὺ πολεμίων λέγεις;

At longè conſultius & prudentius locat Homerus, non pone Trojanos, ſed omnium vltimos:

Θρήϊκες οἵ δ' ἀπάνευθε νεήλυδες ἔσχατοι ἄλλων.
Ἐν δέ σφιν, Ῥῆσος βασιλεὺς, παῖς Ἠϊονῆος

Itaque διὰ τοῦτο δυσεπιβούλευτοι ἦσαν. Fuiſſe autem Mineruam cum Diomede & Vlyſſe, quando ad eos acceſſit Paris, prope Rheſi caſtra patet: Nam cum peteret à Minerua Vlyſſes, vbinam caſtra metatus eſſet Rheſus, Minerua δεικτικῶς reſpondet,

Ὁ δ' ἐγγὺς ἧσται.

& paullo poſt eadem Minerua.

Καὶ ταῦτ' ἐγὼ μὲν εἶπον. οἱ δ' ἐχρὴ παθεῖν,
Οὐκ οἶδεν, οὐδ' ἤκουσεν ἐγγὺς ὢν λόγου.

Nam hæc de Rheſo dicuntur, vt nobis videtur, quanquam Vir Cl. Brodæus hæc de Paride intelligit, qui, vt dicebamus, cùm eſſent Minerua, Diomedes, &

Vlyſſes prope Rheſi caſtra, eò ad illos acceſſit. Minerua ibidem:

Καὶ μὴν καθ' ἡμᾶς τόνδ' Ἀλέξανδρον βλέπω
Στείχοντα.

At, ô bone, non ſunt iſta tibi commodè diuiſa caſtrorum interuallis: & malè in ſcenam hanc Parim induxiſti. Minerua item opus non erat, vt occiſo Rheſo admonerentur fugæ Diomedes & Vlyſſes, & tumultus, qui in caſtris Trojanorum audiebatur: Facile enim per ſeipſos admoneri poterant, erántque tantùm aures conſulendæ. Quanquam nec illos tutos præſtat Mineruæ conſilium, quin in hoſtium vigilias & excubias incidant. Neque tamen iſtud, etiamſi à Poeta Tragico factum eſt, vt drama eſſet magis turbulentum, quod Diomedem & Vlyſſem in vigilum excubias incidere facit, nobis probatur. Quomodo enim inde elabi poſſent, quanquam reddita teſſera, quaſi amici, nullus video. Nam abducebant equos Rheſi: Atque ita ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehendebantur (non enim ignorare poterat vigilum Chorus, quales, & qui eſſent iſti equi, vt qui iam ante aduentantem Rheſum viderant.) nihil minus quàm amici: Quod incommodum vt effugeret noſter Poeta, ne verbum quidem hac in parte de Rheſi equis fecit, quo tamen argumento hoſtes eſſe potuiſſent agnoſci & argui. Verùm & hic, quod nihil de Rheſi equis, ne γρῦ quidem, peccat. Nam Rheſi equis curruque vectos redijſſe ad ſuos Diomedem & Vlyſſem tota non tantum reclamat fabularis hiſtoria, ſed etiam patet ex iſtis huius dramatis verbis

Digitized by Google

è Mineruæ perſona,

Κεῖται γὰρ ἡμῖν Θρήκιος στρατηλάτης,

Ιπποι τ' ἔχονται.

Sed dices; Imo etiam Rheſum occidiſſe ſuſpicantur: hinc illa Chori;

Η σὺ δὴ Ρῆσον κατέκτας; ἀλλὰ τὸν κτείνοντά σε.

οσ. Ισχε πᾶς τις.

Nos verò iſthuc ibamus. Locus maximè mendoſus eſt. Quomodo enim ad Rheſi caſtra vſque perueniſſe, & Rheſum occidiſſe ſuſpicarentur, qui vnde vnde venerint, neſciunt, & primùm poſtea à Rheſi auriga illius fatum accipiunt:

Κακὸν κυρεῖν τι Θρηκίῳ στρατεύματι

Εοικεν, οἷα τοῦδε γινώσκω κλύων.

Adde quod iſtorum verborum,

---ἀλλὰ τὸν κτείνοντά σε,

vt quidem ſe habent præcedentia, ſententia hiulca eſt. Itaque Brodæus, qui perſonas optimè diſtinxit, cogitur hic *ὁρᾷς*, aut *ἔχεις*, aut quid ſimile ſubintelligere: Lego igitur, & diſtinguo:

Η σιδηρῷ σοι κατακτανῶ; οσ. ἀλλὰ τὸν κτείνοντά σε.

Ισχε πᾶς τις.

Cùm in excubias incidiſſent Diomedes & Vlyſſes, iubentur à Choro teſſeram reddere,

Οὐκ ἐρεῖς σύνθημα, λόγχην πρὶν διὰ στέρνων μολεῖν.

Moras nectit Vlyſſes deprehenſus, quare illum feriri iubet Chorus.

—πέλας τις ἴθι. παῖε, παῖε πᾶς τις αὖ.

Sequuntur verba à nobis emendata, quæ dicuntur à Vigilum ſemichoro, petente, an enſe feriat; forte

quia tam̃ prope ad Vlyſſem acceſſerat, vt nullus poſſet eſſe haſtæ vſus. Redundat autem pronomen σε ex linguæ vſu, & idem eſt, ac ſi diceret: *Viſne enſe illum interimam?* Reponit Vlyſſes, ἀλλὰ τὸν κτανοῦντά σε, *qui teipſum perimet.*

De Suburbicarijs *&* Annonariis *Regionibus.*

CAPVT XXIII.

QVÆ occurrit ANNONARIARVM atque SVBVRBICARIARVM appellatio Prouinciarum, ſuas habet difficultates, vnde orta ſit, & quæ Prouinciæ ijs nominibus deſignentur: eas tamen diligentiſſimè excuſſerunt viri Incomparabiles, poſt quorum meſſem, ſpica, ſi forte, aliquot legemus, & in hunc *Miſcellaneorum* noſtrorum aceruum conijciemus. Auguſtus è Mecenatis conſilio diuiſit Italiam ab Vrbe & ea quæ eſt intra centeſimum milliariũ regione. Quidquid erat extra centeſimum, quia Vrbis non erat, *Italiæ* nomine cenſebatur, & *tota Italia* appellabatur: certè Mecenas apud Dionem nominat τήν τε Ἰταλίαν πᾶσαν τὴν ὑπὲρ πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίους ἀπὸ τῆς πόλεως σταδίους οὖσαν· *Tota* hæc *Italia* in varias diſtributa partes ſuos habuit Præſides, & Rectores, ſuntque impoſiti ciuitatibus præſidiarij milites ab Auguſto, hortatu Mecenatis. Dio Lib. LII. τήν τε Ἰταλίαν πᾶσαν τὴν ὑπὲρ πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίους σταδίους ἀπὸ τῆς πόλεως οὖσαν, κατανέμων ἑκασταχόθι κατά τε γένη, καὶ ἔθνη, καὶ πόλεις ἁπάσας, ὅσας γε καὶ αὐτάρκες ἐστὶ ὑφ᾽ ἑνὸς ἀνδρὸς αὐτοτελοῦς

ἄρχεσθαι. καὶ τούτων στρατιώτας ἐγκαταστήσον, καὶ ἄρχοντας καθ' ἑκάστους, ἕνα μὲν ἐκ τῶν ὑπατευκότων ἐπὶ πᾶσι ἔπεμπε, δύο δὲ ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων. καὶ τὴν Ἰταλίαν εἰς τοιαῦτα μέρη νέμαι σοὶ παραινῶ. πολλή τε γὰρ καὶ πολυάνθρωπος οὖσα, ἀδυνατός ἐστιν ὑπὸ τῶν Ἀρχόντων καλῶς διοικεῖσθαι. δεῖ γὰρ τοῖς τε δήμοις τὸν Ἄρχοντα ἀεὶ παρεῖναι, καὶ τοῖς ἀρχομένοις τὰ δυνατὰ προεστάσεσθαι. Atque ab hoc Auguſti inſtituto nata eſt omni proculdubio, *Correctorum*, *Conſularium*, *Præſidum*, atque *Comitum* per Italiam inſtitutio. Quanquam longè diſpar, inſecutis Principum temporibus, *Conſularium* ratio: Auguſti enim *Conſulares* fuerunt οἱ ὑπατευκότες, quemadmodum & illi, quos inſtituit Hadrianus per Italiam: Auguſtum enim æmulabatur. Ælius Spartianus in eius Vita: *Quatuor Conſulares per omnem Italiam iudices conſtituit*. Eſſe enim ὑπατευκότας probat, quod inter eos fuerit Antoninus Pius. Capitolinus in Antonino: *Ab Adriano inter quatuor* Conſulares, *quibus Italia committebatur, electus eſt ad eam partem Italiæ regendam, in qua plurimum poſſidebat.* Iam verò non ſtatim à principatus ſui primordiis potuit Rempublicam ordinare atque reſtituere, ſi quis paullo attentius inquirat in eius vitam, propter bella, quibus auocatus eſt ab hac cura. Antoninus autem Conſul fuit tertio imperij Hadriani anno. Sed ad rem. Inſtitutis *Præſidibus*, & impoſitis per Italiam præſidiarijs militibus, altera cura fuit annonæ; itaque Mecenas; λαμβανέτωσαν δὲ μισθὸν πάντες οὗτοι οἱ τὰς ἔξω τῆς πόλεως ἀρχὰς ἐπιτρεπόμενοι, πλείω μὲν οἱ μείζους, ἐλάττω δὲ οἱ καταδεέστεροι, μέσον δὲ οἱ μέσοι. οὔτε γὰρ ἀπὸ τῶν οἰκείων οἷόν τε ἐστιν αὐτοὺς ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ ἀποζῆν,

ὥστ᾽ ἀορίστῳ καὶ ἀσταθμήτῳ ἀναλώματι χρῆσθαι. Hæc fuit igitur annonæ præbendæ neceſſitas, imponendæque functionis huius neceſſariæ cauſſa atque ratio per Italiam omnem, quæ eſſet extra centeſimum ab Vrbe lapidem; vnde etiam nomen ANNONARIARVM inuenerunt hæ omnes totius Italiæ regiones. Ab hac *annonaria* functione immunis fuit illa περίχωρος Vrbis regio, quæ erat intra centeſimum milliarium; nullos enim habebat *Præſides*, nullos præſidiarios milites, quorum annonæ prouidendum foret. Atque ex his colligimus, primò, vniuerſam Italiam ex Auguſti inſtituto diuiſam fuiſſe in Vrbem καὶ περίχωρον Vrbis regionem, quæ erat intra centeſimum ab Vrbe milliarium, & in Italiam omnem reliquam, quæ erat extra centeſimum, quæque paſſim ἡ Ἰταλία πᾶσα, *tota, omnis Italia* audit, & Vrbi, atque adeo τῇ περιχώρῳ regioni illius opponitur: ſecundò, Italiam hanc, quæ extra centeſimum erat, omnem *Præſides*, atque præſidiarios milites habuiſſe, non item τὴν περίχωρον Vrbis regionem, quæ eſſet intra centeſimum: tertiò, ex his ſequi, impoſitam fuiſſe annonæ præbendæ functionem, qua *Præſides* & præſidiarij milites ali poſſent, (*Comiti* enim & *Rectori* prouinciæ oportebat aliquid præſtari, prout concedebat Imperator, in annonis, ceu cellarijs l. III. Cod. Theod. *de officio Iudicum omnium.*) Italiæ omni, quæ *Præſides*, & præſidia militum habebat impoſita: atque huiuſmodi fuit tota Italia, quæ eſt extra centeſimum, non item περίχωρος Vrbis regio intra centeſimum: itaque, opponuntur ANNONARIÆ illæ totius Italiæ regio-

Digitized by Google

nes, Vrbi & ei quæ eſt intra centeſimum, regioni, quæ *Vrbicaria, Vrbana, Suburbana,* SVBVRBICARIA paſſim appellatur, & eo titulo ab *Annonaria* diſtinguitur, vt liquet è *Tuſcia Annonaria*, & *Tuſcia Suburbicaria*, itémque è *Piceno Annonario*, & *Piceno Suburbicario*. Vnde etiam colligimus *Suburbicarias* has regiones, vt quæ *Annonarijs* opponantur, fuiſſe intra centeſimum ab Vrbe milliarium; cùm à centeſimo lapide incipiat omnis Italia, quæ *Præſides* habet, & præſidiarios milites, eóque *Annonaria* eſt, id eſt, annonam præbet alendis *Præſidibus* præſidiariíſque militibus: Quod ad Diocletiani vſque tempora non mutauit, ſi capio iſta Aurelij Victoris verba: *Et quoniam bellorum moles acrius vrgebat, quaſi partito imperio, cuncta quæ trans Alpes Galliæ ſunt, Conſtantio commiſſa, Africa Italiáque Herculio, Illyricíque ora vſque ad Ponti fretum Galerio, cætera Valerius retentauit. Hinc denique parti Italiæ inuectum tributorum ingens malum. Nam cùm omnis eadem functione moderatáque ageret, quo exercitus atque Imperator, qui ſemper aut maxima ex parte, ali poſſent, penſionibus inducta lex noua.* Exiſtimat vir eruditiſſimus, cùm dixit Victor Italiam Herculio fuiſſe commiſſam, intelligi vniuerſam Italiam, non ſolas *Annonarias* regiones: deinde ab eodem duplicem tributorum functionem prodi, vnam antiquam, totiq; Italiæ communem, alteram Italiæ tantum parti ab Herculio poſt diuiſum imperium impoſitam, vt ali poſſent exercitus, & Imperator: Sed non eſt audiendus, meo iudicio; Nam primum in hunc Italiæ Herculio commiſſæ cenſum non

non veniet Vrbs Roma; erat quippe caput & ſedes imperij, in qua iuris non minus Valerio, quàm Herculio fuiſſe ex ſequentibus liquet; itaque non in ſortem alicuius venit diſtributa, ſed omnium ex æquo fuit. Nam Herculio commiſſa eſt Italia, quæ *Annonaria* erat, *quæ*, inquit, *ea functione agebat, quo exercitus atque Imperator, qui ſemper aut maxima ex parte aderant, ali poſſent.* Quæ annonæ præbendæ functio & antiqua erat, & toti Italiæ communis: non enim probat vir doctiſſimus hanc annonæ præbendæ functionem impoſitam tunc primum fuiſſe. Italiæ tantum parti, & penſitatam inducta noua Lege; imò contra è Victoris verbis colligimus, penſionem illam, quæ noua Lege inducta eſt, non fuiſſe Annonariam functionem. Inducta enim hæc penſionibus Lex noua, eſt Lex tributorum, vt ibidem ſcribitur; Atqui, vt è Iureconſultis conſtat, Annonaria functio, & Tributorum conlatio longè differunt. Annonæ quippe in ſpeciebus conſiſtunt, veluti frumento, vino, oleo, carne, ſale, pane: Tributa in corporibus, veluti auro, argento, ære, equis, veſtibus: Quod igitur inuectum eſt parti Italiæ ab Herculio ingens tributorum malum, non fuit Annonaria functio, quæ & moderata, & ex Auguſti inſtituto, erat impoſita toti Italiæ, Vrbe excepta, & *Suburbicaria*, quæ intra centeſimum, regione. Atque hinc concludimus Italiam omnem ante hæc tempora egiſſe tantum vna hac moderata Annonæ functione, ſine vlla tributorum penſione; exinde verò, noua iſtorum Auguſtorum & Cæſarum, Diocletiani, Maxi-

Digitized by Google

miani, Conſtantij & Galerij Lege, patri Italiæ inuectum fuiſſe ingens tributorum malum. Quæ pars Italiæ cùm inueſtiganda ſit, nondum aliam deprehendimus præter Liguriam & Æmiliam: Habes l. 11. Cod. Theod. *de extraordinarijs ſiue ſordidis muneribus.*

Imp. Conſtantinus A. ad Vlpium Flauianum Conſularem Liguriæ & Æmiliæ.

Ab extraordinarijs oneribus fundi patrimoniales adque emphyteuticarijs per Italiam noſtram conſtituti habeantur immunes, vt Canonica tantùm & conſueta dependant, ad ſimilitudinem per Africam poſſeſſorum. Dat. XII. Kal. Jun. Lecta apud acta, Seuero & Rufino Coss. Quænam iſta fuerint Canonica & conſueta, quæ dependebant, inueſtigare facile eſt, cùm ſcribat Conſtantinus *ad ſimilitudinem per Africam poſſeſſorum*, nempe erant Canonica iſta & conſueta, Annonaria functio, & Tributorum penſio: id docemur l. 1 Cod. Theod. eod.

Imp. Conſtantinus A. ad Catullinum Proconſulem Africæ.

Patrimoniales fundos extraordinarijs oneribus vel mediæ, aut tertiæ portionis obſequijs fatigari non conuenit: cùm eoſdem & auri ſpeciem, & frumenti plurimum modum conſtet perſoluere, ita vt qui violare ſtatuta temptauerit puniatur. PP. VI. Kal. Septemb. Karthagini Conſtantino A. V. & Licinio Coss. Sed iſta prius fuere: Nam

poſteà etiam *Suburbicariæ* regiones Annonariam functionem, & Tributorum penſionem agnouerunt. Conſtat id è Conſtitutione Honorij & Theodoſij A A. l. XII. Cod. Theod. *de indulgentijs debitorum.*

Impp. Honorius & Theodoſius A A. Palladio P F. P.

Picenum & Tuſciam ſuburbicarias regiones ſeptimam tributorum ad ſupputationem profeſſionis antiquæ per vniuerſos titulos iubemus agnoſcere vt reciſo antiqui cenſus onere, is tantùm modus, quem ſuperius comprehendimus, chartis publicis inſeratur, hac condicione, vt omnis ſuper deſertorum nomine querela in poſterum conquieſcat. Dat. XVII. Kal. Dec. Rau. Honor. XII. & Theod. VIII. AA. Coss.

Item Lib. XIV. Cod. Theod. eod.

Idem AA. Rufino Com. S. L.

Quod de annonariis functionibus per Vrbicarias regiones clementia noſtra conceſſit, etiam in largitionalibus titulis, & emphyteuticis Reipublicæ prædiis cuſtodiri mandamus. Amotis igitur, etiam circa largitionales titulos debita ex præſenti indictione conſtituet, chartis abolitis debitorum, capitali ſanè ſupplicio percelletur quiſquis Prouincialem ſupra conſtitutum hac auctoritate modum debitæ functionis adſtrinxerint. Regeſta VI. Id. Febr. Rau. Aſclepiodoto & Mariniano Coss.

Neque id tum primùm ab Honorio & Theodoſio,

Digitized by Google

ſed ante eorum tempora fuit inſtitutum, vnde appellant *antiquam profeſſionem*, cuius meminerunt Valentinianus & Valens ſub ipſis principatus illorum initijs Lib. IX. Cod. Theod. *de annona & tributis.*

Impp. Valentinianus & Valens A A.
ad Mamertinum PF. P.

Tabulariorum fraudes ſe reſecaſſe per Suburbicarias regiones Vir Clariſſimus Anatolius Conſularis miſſa relatione teſtatus eſt: quod pabula, quæ hactenus ex eorum voluntate atque arbitrio ad manſiones mutationeſque ſingulas animalibus curſui publico deputatis repente atque improuisè ſolebant conuehi, nunc in conſilio, ratione tractata, pro longinquitate vel moleſtia itineris ab vnoquoque oppido, certo ac denunciato tempore deuehi ordinauit: quod iubemus vt etiam per omnes Italiæ regiones pari ratione ſeruetur. Dat. prid. Non. Mart. Treu. Valentiniano & Valente A A. coss.

Nec mirum ſi *Suburbicariæ* regiones hac annonaria functione agerent, cùm & Vrbs ipſa, cuius pars erant & cenſebantur, eam agnoſcerent: Lib. VIII. Cod. Theod. eod.

Impp. Valentinianus & Valens A A.
ad Symmachum P. V.

Nemini aurum pro ſpeciebus Vrbis Romæ liceat exigere de futuro. Dat. Id. Iun. Naiſſo. Diuo Iouiano & Varroniano coss.

Atque ex his liquet etiam ante Valentinianum & Valentem Imperatores, Vrbem, *Suburbicariaſque* eius regiones, *annonaria* iſta functione egiſſe. Quam cùm ad Conſtantinum Magnum auctorem referant Viri Incomparabiles, nondum tamen id inſtitutum fuiſſe ad Conſtantini Magni ſeptimum Conſulatum nobis videtur, vt qui ſciamus *Suburbicarias* regiones nullos habuiſſe *Præſides* ad hunc ſeptimum Conſtantini Magni Conſulatum. Lib.II. Cod.Theod. *de integri reſtitutione.*

Imp. Conſtantinus A. ad Baſſum.

Placuit poſt completum XX. & V. annum, ex quo viceſimi & ſexti anni dies illuxerit, ad interponendam conteſtationem in Vrbe Roma vſque ad triceſimi anni extremum diem ſpatia prorogari, & intra centeſimum Vrbis Romæ miliarium, ſi tamen ab hiis Iudicibus, qui Romæ ſunt, fuerit iudicandum. Per omnem vero Italiam vſque ad finem anni viceſimi & noni. In ceteris omnibus Prouinciis vſque ad completum annum viceſimum & octauum. Dat. Kal. Aug. Naiſſo. PP. Romæ, Non. Octobr. Conſtantino A. VIII. & Conſtantio Cæſ. coss.

Hinc patet nullum tum fuiſſe in *Suburbicarijs* regionibus Magiſtratum, præter municipales, id eſt, nullum *Correctorem*, aut *Conſularem*, aut *Præſidem*, qui de omnibus cognoſceret, & iudicium redderet, exceptis Senatorum capitalibus cauſſis, & grauiori coërcitione, iureque gladij, ſed *Suburbicariarum* regionum iudices Romæ fuiſſe, & Auguſti inſtitutum nondum

mutaſſe. Quare neque dum *Suburbicariæ* regiones ad annonariam functionem adactæ fuerant; neque videntur adactæ, niſi vbi *Correctorem*, aut *Conſularem*, ſiue *Præſidem* acceperunt: itaque nonniſi vbi mentio eſt *Præſidum* illarum, annonæ præbendæ functionem impoſitam illis fuiſſe legimus. Hinc mentio *Conſularis Piceni* ſub initia imperij Valentiniani & Valentis l. V. Cod. Theod. *de pactis & tranſactionibus:* itémque l. IV. Cod. Theod. *quib. equ. vſus conceſſ. eſt aut denegatus.* Nam Valentinus ille, ſiue is ſit Valentinianus, *Conſularis Piceni*, erat *Conſularis Piceni Suburbicarij*. Id facile patebit, quia *Picenum Annonarium* habebat tum annexam Flaminiam, & vtraque Prouincia ſuum *Conſularem* l. 1. Cod. Theod. *Quib. equor. vſus conc. aut denegatus.*

Impp. Valentinianus & Valens AA. ad Mamertinum P. P.

Exceptis Senatoribus atque honoratis, ſed & his, qui Prouincias adminiſtrant, veteranis etiam, qui ſub armis militia functi ſunt, & Decurionibus, ceteris omnibus per Picenum atque Flaminiam, nec non etiam Calabriam & Apuliam, Brittios & Lucaniam, atque Saminium habendi equi, vel equæ copiam præcluſam eſſe ſancimus. Dat. Prid. Kalend. Octobr. Altino. Diuo Jouiano & Varroniano coss.

Ex hac Lege colligitur *Palatinis* equorum vſum fuiſſe conceſſum, *Palatini* enim inter *honoratos* cenſebantur. At vero per *Picenum* illud, cuius *Conſularis* erat

Digitized by Google

Valentinus, non videntur equi vtendi facultatem habuiſſe *Palatini*, niſi poſtquàm ſpeciali Lege poſtea illis fuit conceſſum ab hiiſdem Imperatoribus. Erit igitur iſtud *Picenum*, cuius *Conſularis* erat Valentinus, *Suburbicarium*, non *Annonarium*. Lege ſanciuerant Impp. Valentinianus & Valens, *vt in Vrbicariis regionibus equo vehi his tantummodo liceret, quos ab abactorum ſceleris ſuſpicione locus aut dignitas vindicauit.* l. III. Cod. Theod. *eod.* Quibus verbis non videbantur comprehendi *Palatini*, itaque illis cauerunt hiidem Imperatores ſpeciali Reſcripto ad *Vrbicariarum* regionum Præfectos, atque huiuſmodi Reſcripti exemplar ad Valentinum *Conſularem Piceni* habetur Lib. IV. Codice Theodoſiano eodem: *Palatini vtendorum equorum per Picenum ad itinerum neceſſitatem habeant facultatem. Dat. XVII. Kal. Jan. Med. Valentiniano & Valente AA. Coss.* Quando igitur Suburbicariæ regiones adactæ ſunt ad *annonariam* functionem, *Conſulares*, *Correctores*, ſiue *Præſides* illis ſunt impoſiti. Itaque Campaniæ acceſſit pars aliqua Latij, quod erat intra centeſimum, vt à Campaniæ *Conſulari* regeretur; ita tamen vt à *Conſulari* Campaniæ, quod ad hanc, quam regebat, Latij partem attinet, ad Præfectum Vrbi eſſet appellatio & prouocatio; neque *Conſularis* Campaniæ in eo Latij tractu habebat merum imperium, ſiue gladij poteſtatem ad animaduertendum facinoroſos, Præfecto namque Vrbi competebat, ſed certa conditione finitus erat animaduerſionis modus, vt teſtantur Impp. Valens, Gratianus, & Valentinianus AAA. in Reſ-

cripto ad Antonium P.P. *Campaniæ Conſularibus formam iudicationis adſcribimus , ne in loco certa conditione finito modum animaduerſionis excedant , neque extrã prouinciam ſuam ius relegationis exerceant.* l. XII. Cod. Theod. *de pœnis.* Eodem modo quicquid erat Tuſciæ & Vmbriæ intra centeſimum , hoc eſt , *Tuſcia Suburbicaria* curæ *Correctoris* , ſiue *Conſularis* Vmbriæ & Tuſciæ, quæ erat extra centeſimum, ſiue *Annonariæ* commiſſa eſt, vt infrà, θεοῦ διδόντος, ſuo loco reddemus. At *Valeria* ſuum *Præſidem ; Picenum Suburbicarium Conſularem* accepit. Quanquam autem factum ſit , vt *Suburbicariæ* regiones *annonaria* functione non minus agerent, quàm omnes totius Italiæ Prouinciæ, quæ erant extra centeſimum milliarium, nihilo tamen minus ἐπὶ διακρίσει *Picenum* aliud *Suburbicarium*, alterum *Annonarium ;* itémque *Tuſcia Suburbicaria* vna, *Annonaria* altera appellantur. Sed mirum videri non immeritò poteſt , has duas tantùm Prouincias his titulis diſtingui. Sciendum igitur eſt, quicquid erat τῆς περιχώρου regionis ad centeſimum ab Vrbe lapidem vſque, id eſt, quicquid erat *Suburbicariæ* regionis , vel *Tuſciæ* , vel *Piceno Suburbicarijs* fuiſſe olim attributum; exceptis vtriuſque *Latij* vrbibus pleriſque : Atque ita nulla fuit Prouincia, præter has duas, quæ eſſet intra, & extra centeſimum: Cæteræ omnes erant extra centeſimum , *Latium* intra centeſimum tantùm: Itaque non potuerunt diſtingui his titulis, *Annonarij* , & *Suburbicarij*. Vmbria non minus quàm Tuſcia inter τὴν περίχωρον & *Suburbicariam* regionem nominari atque cenſeri poſſe nemo ſanus

ſanus vnquam dubitabit. Verùm obſeruandum eſt totam Vmbriam in duas diſtribuendam eſſe partes, quarum vna eſt non longè ab Vrbe intra Apenninum, & Vmbros atque Vilumbros complectitur; altera eſt extra Apenninum, quæ agrum Gallicum circa Ariminum erat complexa, Picentibuſque iungebatur, vt auctor eſt Plinius, & appellat Strabo τῶν Ὀμβρικῶν πόλεις, τὰς μεταξὺ Ἀριμίνου καὶ Ἀγκῶνος. Hæc Vmbria, quæ eſt extra Apennium, Picentibus iungebatur, & Piceno attribuebatur, ab eodémque *Juridico*, ſiue *Correctore*, aut *Conſulari* cum Flaminia regebatur; vnde etiam *Vmbria Picenum* appellatur in Gruteriano Inſcriptionum Theſauro MXC. 13. item *Vmbria* ſimpliciter eodem Lib. CIↃ XCIII. 3. & apud Liuium Lib. XXVII. & Valerium Maximum Lib. VII. cap. IV. ac tandem ſolo *Piceni Annonarij* nomine cenſita eſt, vt conſtat è Notitia Imperij. Altera verò Vmbriæ pars, quæ erat intra Apenninum, Tuſciæ adnectebatur; itaque Seruius ſemel atque iterum Vmbriam Tuſciæ partem facit Commentario ad Librum XII. Æneidos. *Viuidus Vmber. Acerrimus Turſus. Nam Vmbria pars Tuſciæ eſt.* & ad II. Geogic. *Clitumnus autem fluuius eſt in Meuania, quę pars eſt Vmbriæ partis Tuſciæ.* Atque hanc Vmbriam, *Vmbriam Tuſciam*, vt illam alteram, *Vmbriam in Piceno* appellat Scæuola Iuriſconſultus l. XLI. *de Legatis tertio*. Habebatq; *Vmbria Tuſcia* vnum eundemq; *Correctorem* cum Tuſcia, vt quæ eſſet pars illius. His poſitis exiſtimamus totum illum cùm Vmbriæ tum Tuſciæ tractum, qui erat intra centeſimum ab Vrbe

Digitized by Google

lapidem appellatum fuiſſe *Tuſciam Suburbicariam;* cętera verò Tuſciæ & Vmbriæ, quæ erant intra Apenninum, fuiſſe *Tuſciæ Annonariæ.* At contra Viri Incomparabiles, exiſtimant partem illam Vmbriæ, quæ erat intra centeſimum, accenſitam fuiſſe *Piceno Suburbicario:* eiúſque argumenta hæc ſunt: & primum quidem petitur è verbis Scæuolæ l. XLI. D. *de Legatis tertio.* Secundum verò deſumitur è Libris Balbi agrimenſoris, qui ſub Auguſto vixit & ſcripſit. Balbus autem *Spoletium*, quæ Vmbriæ metropolis erat, in *Piceno* poſuit, quia Vmbria, quæ eſt intra centeſimum, *Piceni Suburbicarij* nomine comprehendebatur, vt Vmbria, quæ extra centeſimum excurrebat, cum *Tuſcia Annonaria* iungebatur. Balbum verò adſcripſiſſe agrum *Spoletinum* Prouinciæ *Piceni*, probat è tribus locis Frontini de *Colonijs*, vbi ſic ſcribit pag. C. PARS. PICENI. EX. LIBRO. BALBI. PROVINCIA. PICENI. *Ager Spoletinus in iugeribus & limitibus eſt intercißiuis aßignatus, vbi cultura eſt.* & pag. CXXVIII. EX. LIBRO. BALBI. PROVINCIA. PICENI. ſequitur: *Picenenſis ager determinatur limitibus maritimis & Gallicis, quos dicimus decumanos & cardines,* &c. ſtatim ſubijcitur: *Ager Spoletinus, in iugeribus & limitibus intercißiuis eſt aßignatus.* & pag. CCCXLVII. EX. LIBRO. BALBI. PROVINCIA. PICENI. *Ager Spoletinus in rigoribus & limitibus eſt aßignatus intercißiuis, vbi cultura eſt. cæterum in ſoluto eſt relictum in montibus vel ſubciſiuis.* Nec de mendo ſuſpicionem cuiquam poſſe incidere putat, quia ita ſine varietate ſcriptum etiam in libris anti-

Digitized by Google

quiſſimis habetur: vnde *Pollentinus* pro *Spoletinus* corrigi non poteſt; cum etiam prætereà *Pollentini* agri mentio habeatur ſeorſim apud eundem Balbum in deſcriptione *Piceni*. Addit: *Pleſtini* ſiue *Peleſtini* inter Vmbriæ populos cum *Spoletinis*, vt auctor eſt Plinius. Atqui Frontinus & alij Agrimenſores *Peleſtinos* iſtos in *Piceno* conſtituunt, & eorum regionem *Peleſtinam Piceni* paſſim vocant, & *Interamnam Peleſtinæ Piceni* diſtinguunt ab *Interamna Flaminiæ*, id eſt, quæ erat in Flaminia, quemadmodum in *Vmbria Piceni* ſita erat *Interamna* illa, quæ *Peleſtinæ Piceni* dicitur. *Interamnates* autem iſti Vmbri, qui in *Peleſtina Piceni*, cognomine *Nartes* dicebantur, vt ab illis *Interamnatibus* alterius *Interamnæ* diſtinguerentur, qui cognominabantur *Lirini*, quod duobus Liris fluminis capitibus eorum oppidum circumdaretur. *Interamnates* igitur illi Vmbri, qui & *Nartes*, vel *Nahartes*, *Piceno Suburbicario* erant attributi, vt & *Pleſtini*, & Meuanienſes, & Narnienſes, & *Spoletini*, qui omnes Vmbriæ populi fuêre. Hæc *Interamna* decem & octo milliaribus *Spoletio* diſtabat; atque Româ propius aberat, quam *Spoletium*, vt conſtat ex Itinerario Antonini Auguſti, itémque Hieroſolymitano. Sed vnicè & ante omnia manifeſtiſſimè ſententiam ſuam probari contendit vir vndecumque maximus ex Itinerario Antonini.

Digitized by Google

AB. VRBE. PER. PICENVM. ANCONAM. ET. INDE. BRVNDISIVM.

Ocricolos	M. P. XLVII.
Narniam	M. P. XII.
Ad Martis	M. P. XVIII.
Meuaniam	M. P. XVI.
Nuceriam	M. P. XVIII.
Dubios	M. P. VIII.
Prolaqueum	M. P. VIII.
Septempedam	M. P. XV.
Trea	M. P. IX.
Auximum	M. P. XVIII.
Anconam	M. P. XII.

Inde colligit Antoninum Auguſtum, iter, quod ab Vrbe Anconam per *Vmbriæ* oppida habebatur, per P*icenum* haberi ſcripſiſſe: P*iceno* igitur auctor ille quicquid eſt oppidorum, ab vrbe Anconam vſque adtribuit: Ac proinde Interamna, Narnia, Meuania, Ocricolum, Spoletium, quæ *Vmbriæ* ciuitates erant, P*iceni* prouinciæ cenſebantur eſſe, & P*icenum Suburbicarium* vnà cum *Sabinis Vmbri Vilumbrique* conſtituebant. Quicquid igitur *Vmbriæ* intra centeſimum fuit, P*iceni Suburbicarij* nomine comprehenſum eſt; quicquid verò erat extra centeſimum, *Vmbriæ* quidem cenſebatur, ſed cum *Tuſcia Annonaria* coniungebatur, vt P*iceni* quicquid extra centeſimum procurrebat, atque *Annonarium* apellatur, Fla-

miniæ adnectebatur : Ego verò cogor diſcedere à ſententia τῦ θαυμασίου. Nam certum eſt *Vmbriam* illam, quæ erat extra & trans Apenninum, *Piceno* iunctam fuiſſe, atque vnum eundémque *Iuridicum*, ſiue *Correctorem*, aut *Conſularem*, hanc *Vmbriam* cum *Piceno Annonario* & Flaminia adminiſtraſſe. *Vmbria* verò, quæ erat intra & cis Apenninum, pars erat *Tuſciæ;* ita vt quicquid eſſet huius *Vmbriæ* intra centeſimum, *Tuſciæ Suburbicariæ* nomine cenſeretur: quod vero erat extra centeſimum, *Tuſciæ Annonariæ* adnectebatur. Nec quicquam faciunt quæ adferuntur ab Incomparabili Viro: Nam Scæuola vbi *Vmbriam in Piceno* ſtatuit, *Vmbriam* illam proculdubio intelligit, quæ erat extra Apenninum, atque complectebatur agrum Gallicum circa Ariminum Anconam vſque, vt antea diximus. Quod verò ad Balbi auctoritatem attinet, fruſtra eam eleuare nititur vir eruditiſſimus: ſed malè eam in partes ſuas vocat ὁ πάνυ. Non enim è Balbi Libris quid eſſet prouinciæ *Piceni* accepit Frontinus, ſed tantum, quæ eſſet Lex agrorum illius. Docet Frontinus his verbis: *Huic addendæ ſunt menſuræ limitum & terminorum ex Libris Auguſti & Neronis Cæſarum: ſed & Balbi menſoris, qui temporibus Auguſti omnium prouinciarum formas, & Ciuitatum menſuras compertas in commentarios contulit, & Legem Agrariam per vniuerſitatem Prouinciarum diſtinxit ac declarauit.* Habet igitur Frontinus à Balbo agrorum conditiones, & Ciuitatum menſuras, apponit ipſe Prouinciarum nomina, vt ſua ætate vſu erat receptum; itaque à Balbo non accepit Frontinus illas

res. Atque hic eſt *ager Potentinus*, quem prouinciæ *Piceni* dicit eſſe Frontinus: itaque reponendum eſt ἀντὶ τοῦ *Ager Spoletinus.* Vnde etiam, quæ hic habes de iſto *agro*, gemina germana ſunt cum ijs, quæ referuntur poſtea de *agro Potentino*; idem agri modus & condicio, eadem Lex Agraria. Hic ita ſcriptum eſt. *Ager Spoletinus in iugeribus & limitibus eſt interciſiuis aſſignatus, vbi cultura eſt, ceterum in ſoluto eſt relictum in montibus vel ſubciſiuis, quæ Reipublicæ alij ceſſa cenſita ſunt: nam etiam multa loca hereditaria accepit eius populus.* Paria ſunt, imo eadem plane, quæ infra de *agro Potentino* reddit. *Potentinus ager in iugeribus & limitibus interciſiuis eſt aſſignatus, vbi cultura. reliqua in montibus cenſuerunt, & multa loca hereditaria accepit eorum populus.* Ergo fuit in prioribus, itaque eſt reſcribendum, *Ager Potentinus.* Nec obſtat, quod obijcit ὁ θαυμάσιος, huius agri ſeorſim mentionem haberi apud eundem in *Piceni* deſcriptione. Nam etiam in iſtis Frontini Fragmentis, potius quàm Libro repetuntur & iterantur in *Piceni* deſcriptione, quæ prius ſcripſerat, vt de agro Aſculano, Anconitano, Adriano, Firmo Piceno, alijs. At vero *Pleſtinis* quid faciemus? Nam omnino *Peleſtini* inter *Vmbriæ* populos recenſentur à Plinio: illorum verò *Interamna Peleſtinæ Piceni* appellatur; & hoc quoque verum eſt. Sed obſeruandum eſt, quatuor fuiſſe *Interamnas* in Italia: Nam meminit *Interamnatium* in prima regione Plinius, qui erant *Lirinenſes*; eratque hæc *Interamna* ad viam Latinam, Latinarum vrbium vltima. Strabo Lib. V. ἐπὶ τῆς Λατίνης ὁδοῦ Ιντεράμνιον, ὃν ἐν συμβολῇ δυοῖν ποταμῶν κείμε-

νον, Λείριός τε καὶ ἑτέρου Κασίνου, καὶ αὕτη πόλις ἀξιόλογος ὑστάτη τῶν Λατίνων. meminit quoque Liuius Lib. XXVI. cap. IX. Erant & in Sabinis *Interamnates*, eodem Plinio referente. Fuit & *Interamna Nartium*, quam memorat Plinius, in *Vmbria*, eaque intra Apenninum, poſitaque erat ad viam Flaminiam. Strabo Lib. V. πόλεις δ' εἰσὶν αἱ ἐντὸς τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν ἄξιαι λόγου, κατ' αὐτὴν μὲν τὴν Φλαμμινίαν ὁδὸν, οἵ τε Ὀχρίκολοι πρὸς τῷ Τιβέρει, καὶ Λάρολον, καὶ Ναρνία, δι' ἧς ῥεῖ ὁ Νὰρ ποταμὸς, συμβάλλων τῷ Τιβέρει μικρὸν ὑπὲρ Ὀχρικλῶν. ἐν δεξιᾷ δὲ τῆς ὁδοῦ βαδίζοντι ἐκ τῶν Ὀχρικλῶν εἰς Ἀρίμινον, Ἰντεράμνα ἐστὶ, καὶ Σπολήτιον. Sed hæc *Interamna* non ea eſt, quæ *Interamna Peleſtinæ Piceni* appellatur à Frontino: imò contra à Frontino opponitur *Interamnæ Peleſtinæ Piceni*: Nam hæc *Interamna Nartium* eſt Frontino *Interamna Flaminiæ*, ita illi dicta, quia erat ad viam Flaminiam poſita: atque hæc eſt *Interamna Nartium*, vel *Flaminiæ*, quam non longè ab Vrbe inter Narniam & Spoletium collocat vtrumque Itinerarium, Antonini, & Hieroſolymitanum. Ponit quoque Ptolemæus in Prægutianis aliam *Interamnam*. Prægutiani illi Ptolemæi, ſunt Prætutiani agri, quem *Piceni* aſſerit eſſe Plinius in quinta regione, atque hanc eſſe, quam vocet Frontinus *Interamnam Peleſtinæ Piceni*, exiſtimant viri eruditiſſimi. Quicquid ſit, certum eſt *Interamnam Peleſtinæ Piceni* non eſſe *Interamnam Nartium*, quæ eſt in *Vmbria* ea, quæ intra Apenninum, cùm ab illa hanc, quam *Flaminiæ* appellat, quia, vt diximus, ad viam Flaminiam poſita erat, tam diligenter diſtinguat Frontinus. Atque

de iſtis

de iſtis *Peleſtinis* tantùm eſt. Sequitur argumentum longè maioris momenti, petitum ex Itinerario Antonini Auguſti. Sed exiſtimat Vir doctiſſimus Antoninum, cùm vellet deſcribere viam illam, qua Româ Brundiſium ibant, ſed non recto itinere, non habuiſſe ſatis inſcribere, AB. VRBE. BRVNDISIVM. ſed neceſſario adieciſſe, PER. PICENVM. ET. ANCONAM. vt eius ab altero diſcrimen oſtenderet. Sed iſta ratio, quare appoſitum ſit PER. PICENVM. nulla plane eſt; Nam non minus benè ſignificaſſet Antoninus rectum illud non eſſe iter, quo Româ Anconam, & inde Brundiſium itur, etiamſi non inſcripſiſſet AB. VRBE. PER. PICENVM. ANCONAM. ET. INDE. BRVNDISIVM. neque appoſuit PER. PICENVM. ET. ANCONAM. vt ſcribit Vir doctiſſimus, quod aliud longè eſt, quàm PER. PICENVM. ANCONAM. Nam ſignificaret illud iter fuiſſe non tantùm & ſimpliciter PER. PICENVM. ſed etiam per Vrbem ANCONAM, cùm potuiſſet haberi *per Picenum*, neque tamen eſſe *per vrbem Anconam*, ſed *per vrbem Hadriam*, exempli cauſſa, aut alias *Piceni* vrbes. Quid igitur iſta inſcriptio ſibi velit, quærendum eſt; nam certe *Ancona* in *Piceno* eſt. Inſcriptio huius itineris hæc eſt.

Via. Flaminia.
Ab. vrbe. per. Picenvm. anconam. et. inde. Brvndiſivm.

Ocricolos	M. P. XLVII.
Narniam	M. P. XII.
Ad Martis	M. P. XVIII.
Meuaniam	M. P. XVI.
Nuceriam	M. P. XVIII.
Dubios	M. P. VIII.
Prolaqueum	M. P. VIII.
Septempedam	M. P. XV.
Trea	M. P. IX.
Auximum	M. P. XVIII.
Anconam	M. P. XII.

Beauit nos Antoninus, qui docuit iſtud iter haberi VIA. FLAMINIA. nam inde petenda eſt cauſſa, quare inſcripſerit PER. PICENVM. ANCONAM. Via FLAMINIA ducebat Româ Ariminum, eratque tota per *Vmbriam* tum eam quæ eſt intra Apenninum, cùm eam quæ eſt extra Apenninum. Strabo Lib. V. ἐκ δὲ Ἀριμίνου τὴν ἐπὶ Ῥώμης ἰόντι, κατὰ τὴν Φλαμμινίαν ὁδὸν, διὰ τῆς Ὀμβρικῆς ἅπασα ἡ ὁδός ἐστι, μέχρι Ὀκρικλῶν καὶ τοῦ Τιβέρεως σταδίων ν̄ καὶ τριακοσίων ἐπὶ χιλίοις. πόλεις δ' εἰσὶν αἱ ἐντὸς τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν κατ' αὐτὴν μὲν τὴν Φλαμμινίαν ὁδὸν, οἵ τε Ὀκρικλοὶ, καὶ Λαρόλον, καὶ Νάρνα, εἶτα Κάρσουλοι καὶ Μηουανία, Φόρον Φλαμμίνιον καὶ Νουκέρια. Eratque Nuceria ad Apenninum ſi-

ta, vltima ciuitatum *Vmbriæ* intra Apenninum. Si igitur ſimpliciter dixiſſet, VIA. FLAMINIA. AB. VRBE. ANCONAM. proculdubio ſignificaſſet Antoninus, iter eſſe habendum ab Vrbe Ariminum, & inde Anconam. At verò vbi addidit, AB. VRBE. PER. PICENVM. ANCONAM. oſtendit deflectendum eſſe à via Flaminia, vbi ad Nuceriam ventum eſſet, & inde iter eſſe habendum, non viâ Flaminiâ per illam *Vmbriam*, quæ poſita eſt extra Apenninum, connectiturque *Annonario Piceno*, ſed per *Picenum* ipſum, deflexo à via Flaminia itinere, quæ hactenus Nuceriam vſque deduxerat. Atque hic eſt Itinerarij Antonini ſenſus. Huic noſtræ ſententiæ aduerſatur illa viri doctiſſimi, qui ſcribit *Vmbriam* cum ea Tuſcia coniungi ſolitam, quæ Annonaria ſit, ac proinde *Vmbriam* eſſe *Annonariam*. *Vmbriæ* autem vrbes, quæ intra centeſimum ſunt, Tuſciæ adnecti, ab eodem *Correctore*, ſiue *Conſulari* regi: de *Spoletinis* habes Inſcriptionem pag. CCCCLXXVI. 7.

L. TVRCIO. APRONIANO. V. C.
CORRECTORI. TVSCIÆ. ET. VMBRIÆ.
STATVAM. EX. AERE. ORDO. SPOLETINORVM
AD. MEMORIAM. PERPETVI. NOMINIS
CONLOCAVIT
CVRANTIBVS. FL. SPE. V. P. ET. CONDONIO
TAVRO. IVN.
POST. AMANTI. ET. ALBINI. CONS.

Interamnatium hæc eſt pag. CCCCXXII. 1.

Digitized by Google

IVLIO. EVBVLIDÆ
C. V. CORR. TVSCIÆ
XVIRO. PRÆFECTO
AERARI. S. SATVRNI
OB. INLVSTRIA. IPSIVS
MERITA. ET. AMOREM. IVX
TA. CIVES. ORDO. INTER
AMNATIVM. PATRONO.

Narnienſium.

PVBLIO. CEIONIO. IVLIANO
CORRECTORI. TVSCIÆ. ET. VMBRIÆ
OB. INSIGNIA. EIVS. GESTA. ET. INLVSTRE
ADMINISTRATIONIS. MERITVM.
ORDO. NARNIENSIVM. VNA. CVM
CIVIBVS. STATVAM. CONLOCAVIT
PATRONO. DIGNISSIMO.

Ergo ciuitates iſtæ *Vmbriæ*, cùm ab vno eodémque cum *Tuſcia Correctore* adminiſtrarentur, *Tuſciæ Annonariæ* ſunt: & tamen intra centeſimum ſunt: Ergo etiam *Tuſciæ* populi, qui iiſdem *Vmbris* in aduerſa Tiberis ripa ſunt oppoſiti, & centeſimo concluduntur, ad *Tuſciam Annonariam* pertinent. Addit idem vir eruditiſſimus Terentium *Correctorem* fuiſſe *Tuſciæ*, ad quem tres in Codice Theodoſiano Valentiniani Augusti ſcriptæ Leges extant. l. IV. *de iuriſdictione*. ll. LXI. & LXV. *de Decurionibus*. Fuit autem *Corrector Annonariæ*, vt conſtat ex his Ammiani Marcellini verbis Hiſtoriâ XXVII. *Noua portenti ſpecies per* Annonariam *apparuit* Tuſciam. *In oppido enim Piſtorienſi, ſpectantibus multis, prope horam diei tertiam, aſinus tribunali aſcenſo audiebatur deſtinatius rugiens, & ſtupefactis*

omnibus, nullóque coniectante ventura, poſteà quod portendebatur, euenit. Terentius enim humili genere in Vrbe natus, & piſtor, hanc eandem Prouinciam Correctoris *adminiſtrauit poteſtate.* Atqui hic Terentius *Tuſciæ Annonariæ Corrector*, etiam *Vulſinienſium* ciuitatem regebat, vt conſtat è l. LXI. Cod. Theod. *de Decurionibus.*

Impp. Valentinianus & Valens A A. ad Terentium Correctorem Tuſciæ.

Vrbis Vulſinienſium *principales, qui tamen patronorum adepti fuerint dignitatem, hanc prærogatiuam laborum atque officiorum ferant, ne interdum ad libinem prauè conſulentium Judicum grauibus adficiantur iniurijs. Dat. V. Kal. Nouembr. Diuo Jouiano & Varroniano Coss.*

Hinc colligit vir doctiſſimus *Vulſinios* fuiſſe in *Tuſcia Annonaria:* Quorſum enim de illis ad *Tuſciæ Annonariæ Correctorem* Terentium, ſi ad eam non pertineret, ſcriberent Imperatores? At *Vulſinios* ab Vrbe millia paſſuum abfuiſſe duo tantùm & ſeptuaginta Antonini Itinerarium probat hoc modo:

AB. VRBE. VVLSINIOS. VIA. CLODIA.

Baccanas	M. P. XXI.
Sutrium	M. P. XII.
Forum Caſſi	M. P. XI.
Vulſinios	M. P. XXVIII.

Vulſinij ſunt intra centeſimum, & tamen *Tuſciæ* ſunt *Annonariæ* pars. Tertium & poſtremum illius argumentum hoc eſt. In Marcellini Comitis Auctario *Indict. I. Ioanne ſolo Conſule*, dicitur Vitiges, *relictâ Româ per Clodiæ aggerẽ &* Annonariam Tuſciam *tranſiſſe Apenninum*, & *in Rubiconis fluminis ripa caſtra metatus*. Neque enim *Tuſciam Annonariam* cum via *Clodia* coniungeret, niſi intelligi voluiſſet in ipſo ingreſſu *Clodiæ*, quæ ſexto ab Vrbe lapide incipiebat, occurriſſe *Annonariam*, eadémque etiam extra *Clodiam* ad Apenninum vſque proceſſiſſe. Alioqui ſi ab Vrbe via *Clodia* digreſſis per *Suburbicariam* primum *Tuſciam* iter erat, per *Annonariam* verò non ante centeſimum; quid attinebat ſolam *Annonariam* commemorari, vel quanto facilius aptiúſque erat, vt Vitigem diceret per vtramque Tuſciam ad Apenninum contendiſſe? Sed iam hæc omnia accuratè expendamus. Primum atque ſecundum argumentum in idem plane recidunt: Docent enim *Correctorem Tuſciæ* & *Vmbriæ* rexiſſe ciuitates *Vmbriæ* & *Tuſciæ*, quæ eſſent intra centeſimum, quod & nos vltrò fatemur atque concedimus. At verò quod addit de ſuo vir doctiſſimus, fuiſſe *Correctorem Tuſciæ* tantùm *Annonariæ*, hoc eſt quod pernegamus: Nam vbi *Tuſcia Suburbicaria* rectorem accepit, & adacta eſt ad *annonariam* functionem, eam *Tuſciam* quoque adminiſtrauit Corrector *Tuſcię Annonarię*: atque ita, qui olim ſolam *Annonariam* adminiſtrauerat *Corrector*, *Suburbicariam* quoque ad *annonariam* functionem adactam vnà cum *Annonaria Tuſcia* rexit: nil mirum igitur, ſi

Ciuitates *Tuſciæ Suburbicariæ* ſtatuas conlocant *Tuſciæ* & *Vmbriæ Correctoribus* ob inſignia eorum geſta, & inluſtre adminiſtrationis meritum: Nam *Corrector Tuſciæ Annonariæ*, erat quoque *Corrector Tuſciæ Suburbicariæ:* eáque de cauſſa Imperatores ſcribunt ad Terentium *Tuſciæ Correctorem* de *Vulſiniis*, quippe cùm eſſet non minus *Suburbicariꝗ Tuſciꝗ*, quàm *Annonariꝗ Corrector*, nec id negat Ammianus Marcellinus, non enim ſcribit Terentium adminiſtraſſe ſolam *Tuſciam Annonariam Correctoris* poteſtate: ſed hoc tantum ſcribit Terentium *Correctoris adminiſtraſſe poteſtate Tuſciam Annonariam*, quod illi erat ſatis ſupérque, vt probaret eueniſſe, quod portendebatur nouâ illâ portenti ſpecie, quæ per *Annonariam* apparuit *Tuſciam.* Fuit igitur vtriuſque *Tuſciæ*, id eſt, *Annonariæ* atque *Suburbicariæ Corrector* Terentius: Quod ne quis à nobis temerè & ſine auctore dictum putet, auctores dabimus Imperatores ipſos Valentinianum & Valentem: Nàm cum Præfectus Prætorio de Senatorum controuerſijs cognoſceret per Prouincias, quæ extra centeſimum erant, Præfectus verò vrbi per *Suburbanas* Prouincias l. XIII. Cod. Theod. *de accuſationibus.* Scribunt Valentinianus & Valens AA. ad hunc Terentium *Correctorem Tuſciꝗ* debere prouinciales qui actionem inferant Senatori, Præfecto Vrbis diſceptante, decertare, l. IV. Cod. Theod. *de Jurisdictione.*

Impp. Valentinianus & Valens A A. ad Terentium Correctorem Tuſcię.

Actor rei forum ſequatur; Ita vt ſi Senatores aliquid à Prouincialibus poſcunt, eo, qui prouinciam regit, cognitore confligant. Si verò Prouincialis non ſuſcipiat, ſed inferat actiones, Præfecto Vrbis diſceptante decertet. Dat. Kal. Iun. Mediol. Diuo Iouiano & Varroniano Coss.
Nempe Terentius *Corrector* erat non tantùm *Tuſciæ Annonariæ*, ſed etiam *Tuſcię Suburbicarię*, de qua *Tuſcia Suburbicaria* referendum erat ad Præfectum Vrbi de Senatoris capite, vt contra de *Tuſcia Annonaria* ad Præfectum Prætorio. Atque Correctoris huiuſmodi, qui vtramque *Tuſciam, Annonariam* & *Suburbicariam* regeret, non putamus antiquiorem ſupereſſe memoriam, quàm quæ extat in veteri illo monumento, quod ſupra deſcripſimus, poſito à *Spoletinis* Turcio Aproniano *Tuſcię* & *Vmbrię Correctori*; atque id factum fuiſſe iſte lapis teſtatur, POST. AMANTI. ET. ALBINI. CONSVLATVM. Atqui Amantius & Albinus Conſules fuerunt anno nono Imperij Conſtantij & Conſtantis filiorum Conſtantini Magni. Vnde liquet circa hæc ipſa tempora *Suburbicarias* regiones rectores accepiſſe, cùm olim, imo ipſius Conſtantini Magni ætate, ij tantum, qui Romæ erant, præeſſent. Quod luculentius probant ea quæ ab Ammiano Marcellino referuntur Lib. XV. imperante Conſtantio, cùm Leontius Vrbem regeret, auctoritate enim Leontij Præfecti

fecti Vrbi factum ſcribit, *vt Petrus Valuomeres turbarum acerrimus concitor, tanquam in iudiciali ſecreto exaratis lateribus ad Picenum eijceretur: vbi poſtea auſus eripere virginis non obſcuræ pudorem, Patruini Conſularis ſententia ſupplicio ob id capitali addictus.* En tibi *Piceni Conſularem* Patruinum, quod *Picenum* nullum aliud eſt, quàm *Suburbicarium*, & intra centeſimum. Cùm enim Leontius Vrbi Præfectus in hoc *Picenum* releget Valuomerem, omnino illud eſt *Suburbicarium*, quod erat intra centeſimum; non enim poterat relegaré, niſi id à Principe datum, in *Picenum Annonarium*, quòd non tantum erat extra centeſimum, ſed etiam extra Apenninum, quia *Picenum Annonarium* non erat intra centeſimum, id eſt, non pertinebat ad territorium Præfecti Vrbi: Non licebat autem Præſidibus relegare niſi in ea loca, quæ ad eius Prouinciæ formam pertinebant, quam adminiſtrabant l. VII. D. *de Interdictis & relegatis.* Habemus igitur ſub Conſtantio *Piceni Suburbicarij Conſularem:* Habemus quoque *Tuſciam Suburbicariam* vnà cum *Tuſcia Annonaria*, eodem Conſtantio cum fratre Conſtante imperante, ab vno eodémque *Correctore* adminiſtratam; quod obtinuiſſe videtur vſque ad Majoriani Auguſti tempora: tunc enim ſola *Tuſcia Suburbicaria* ſuum habuit *Conſularem*, vt conſtat ex hac Nouella illius Tit. IX. *de Adulteriis. Impp. Leo & Majorianus AA. Rogatiano Conſulari Tuſciæ Suburbicariæ.* E qua Nouella præterea diſcimus *Tuſciam Suburbicariam* fuiſſe intra centeſimum. Nam cùm reſtitueret Leges Diuorum retrò Principum aduerſus adulteros, qui ſubmouendi

erant à totius Italiæ congreſſu, Rogatianum noſſe vult, *vt ſi comprehenſa Vrbis parte repertus fuerit adulter, cæſus iure videatur. Comprehenſa Vrbis pars* eſt quicquid erat intra centeſimum, cuius partem adminiſtrabat Rogatianus, nam erat *Tuſciæ Suburbicariæ Conſularis:* Itaque eum noſſe vult, vt ſi quis adulter, qui ab Italia erat ſubmouendus, intra centeſimum ab Vrbe lapidem, id eſt, intra *Tuſciam Suburbicariam*, aliaſque regiones *Suburbicarias*, deprehenſus fuerit, & occiſus, iure cæſus videatur: Nam cùm ab Italia adulter relegetur, ab Vrbe quoque, & comprehenſa Vrbis parte, id eſt, *Suburbicariis* regionibus relegari cenſendus eſt, *ne ſcilicet qui caret minoribus, fruatur maioribus*, vt loquitur Papinianus l. v. *de ſer. export.* quemadmodum etiam is, cui Prouinciâ aliquâ Populi Romani interdicebatur, Italiâ quoque ex Conſtitutione Diui Claudij ſubmouebatur. Sequitur tertium viri eruditiſſimi argumentum, quod nihilo magis quàm præcedentia, eius firmabit ſententiam; itaque benè eſt, quod in ea probatione non hæret. Narratur in Auctario Marcellini Comitis, Vitigem Gothorum Regem *relictâ Româ per Clodiæ aggerem, &* Annonariam Tuſciam *tranſiſſe Apenninum, & in Rubiconis fluminis ripa caſtra metatum.* Ergo intelligit, inquit vir doctiſſimus, in ipſo ingreſſu Clodiæ, quæ ſexto ab Vrbe lapide incipiebat, occurriſſe *Annonariam Tuſciam*, eandémque etiam extra Clodiam ad Apenninum vſque proceſſiſſe. At contra nos hinc colligimus, cùm diſtinguat *Clodiam viam* ab *Annonaria Tuſcia*, potuiſſe illud iter haberi per *Clodiam viam*, neque tamen ne-

Digitized by Google

ceſſariò habendum fuiſſe per *Tuſciam Annonariam*, ſed haberi per Vmbriam poterat, quæ via erat compendioſior. Eam tamen non potuit inſiſtere Vitiges; nam Vmbria præſidijs Romanorum erat infeſta, quæ impoſita erant *Spoletio*, & *Naruiæ*, itémque etiam *Peruſiæ* extra Apenninum: Procopius Gothicorum Lib. I. Κωνσταντιανὸς ἔν τε Περυσίᾳ καὶ Σπολητίῳ φρουρὰν καταστησάμενος, ξὺν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐς Ῥώμην ἀπήλαυνε, Βέσσας δὲ ἐν Ναρνίᾳ φρουροὺς ἀπέλιπε. Itaque propter hæc præſidia, per Sabinos iter habuit Vitiges, cùm vellet Vrbem obſidione cingere, potiuſquàm in expugnatione oppidorum illorum præſidijs munitorum tempus terere, & moras nectere. Procopius ibidem: ΟΥίτιγις δὴ οὐκ ἀναμείνας τὸν χρόνον σφίσιν ἐνταῦθα τρίβεσθαι· κατὰ τάχος ἐνθένδε ἀπαλλαγεὶς, τῷ παντὶ στρατῷ ἐπὶ Ῥώμην ᾔει, διὰ Σαβίνων τὴν πορείαν ποιούμενος. Hæc igitur cauſſa eſt, quare cùm Româ diſcederet, per *Clodiam viam* & *Annonariam Tuſciam* iter habuerit, & Apenninum tranſierit. Quibus verbis duo docet Auctarium Marcellini. Nam cùm ſcribit, viâ Clodiâ iter habuiſſe, ſignificat, quam inſtiterit viam per *Tuſciam Suburbicariam*, cùm Apenninum per *Tuſciam Annonariam* tranſiuit. Quæ cauſſa eſt, quare non ſcripſerit, per vtramque *Tuſciam*: Poterat enim itinere *Tiberino* per vtramque *Tuſciam* Apenninum tranſire, de quo Itinere Antoninus Auguſtus:

Digitized by Google

ITER. TIBERINVM.

TIBERINVM, *quod* CYMINIVM *iter, fertur*

Gallera,
Larthениano, ſiue Veiente,
Roſulo,
Sutrio,
Lacu Elbij,
Et iugis Cyminijs,
Fano Volturnæ,
Saleumbrone,
Larte amni,
Volſinis,
Cluſio veteri, olim Comerſolo,
Cluſio nouo, à quo dictus Cluſentinus tranſitus Annibalis.
Pheſulæ tranſitus.

Sunt & alia itinera, ſed quæ *Cluſium* cùm non ducant, prætermittimus: Nam *Cluſio* iter habuiſſe Vitigem nobis pro certo & comperto eſt, quod occupauit, præſidiariiſque militibus muniuit. Procopius in hac hiſtoria Lib. II. Gothicorum: Οὐίττιγις μὲν οὖν τοῦ καταλοίπου ἐπὶ Ῥαβέννης ἰών, τῶν χωρίων τὰ ὀχυρώματα πλήθει φρουρῶν ἐκρατύνατο, ἐν Κλουσίῳ μὲν τῇ Τούσκων πόλει χιλίους τε ἄνδρας καὶ ἄρχοντα Γιβίμερα ἀπολιπών. Non igitur hoc itinere *Tiberino* Apenninum tranſiuit Vitiges, ſed viâ *Clodiâ*, de qua nos iſta ex Antonini Itinerario:

Digitized by Google

ITER. A. CLVSIO. ROMAM. PER. CLODIAM.

Vulſinios	M. P. XXX.
Forum Caſſij	M. P. XXVIII.
Sutrium	M. P. XI.
Baccanas	M. P. XII.
Romam	M. P. XXI.
Item à Roma Forum Clodi	M. P. XXXII.

Habes inde à *Cluſio veteri* iter *Cluſium nouum*, & inde *Fæſulam* Apennini tranſitum. Quod verò dixit Auctarium Marcellini, iter habuiſſe Vitigem per *Clodiam* atque *Annonariam Tuſciam*, ſignificat è *Clodia* via non diuertiſſe in *Vmbriam*, per quam tamen iter habere poterat, ſed ab Vrbe viâ *Clodiâ* digreſſum, per *Annonariam Tuſciam* Fæſulis Apenninum tranſiſſe. Vtroque itinere, per *Tuſciam* nempe, & per *Vmbriam*, è Gallia in Etruriam aditum patere conſtat è Strabone Lib. V. vbi de Aretio & Cluſio iſta ſcripſit: μάλιστα δ᾽ ἐστὶ μεσόγαια τὸ Ἀῤῥήτιον πρὸς τοῖς ὄρεσιν. ἀπέχει γοῦν τῆς Ῥώμης ἐν μεσογαίᾳ χιλίους σταδίους. τὸ δὲ Κλούσιον ω̄. addit τῶν λιμνῶν ἐστὶ καὶ ἥ τε Κιμινία καὶ περὶ Οὐολσινίους, καὶ ἡ περὶ Κλούσιον, καὶ ἡ ἐγγυτάτω τῆς Ῥώμης, καὶ τῆς θαλάττης Σαβάτα· ἀποτάτω δὲ, καὶ ἡ πρὸς Ἀῤῥητίῳ ἤδη Τρασουμέννα, καθ᾽ ἣν αἱ ἐκ τῆς Κελτικῆς εἰς τὴν Τυῤῥηνίαν ἐμβολαὶ στρατοπέδοις· αἷσπερ καὶ Ἀννίβας ἐχρήσατο, δυοῖν οὐσῶν, ταύτης τε, καὶ τῆς ἐπὶ Ἀρίμινον διὰ τῆς Ὀμβρικῆς. βελτίων μὲν οὖν ἡ ἐπ᾽ Ἀριμίνου· ταπεινοῦται γὰρ ἱκανῶς ἐνταῦθα τὰ ὄρη. Atque iſta de *Tuſcia Suburbicaria* ſatis. Sequitur vt de *Piſceno Suburbicario* agamus, σὺν θεῷ δ᾽

ἐἰπεῖν. A Surrento ad Silarum amnem triginta millia paſſuum ager Picentinus fuit, Tuſcorum Templo Iunonis Argiuæ à Iaſone condito inſignls, & intus oppidum Salerni, & Picentia, vt auctor eſt Plinius Lib. III. Horum Picentinorum meminit Strabo Lib. V. extremo, itémque Ptolemæus, alij: videntúrque ab eodem, qui Lucaniam & Bruttios regeret, adminiſtrati. Vetus Inſcriptio Salerni pag. CIↃXCIV. 3.

FANNIO. VICTORINO.
V. C. CORR. LVCANIÆ.
ET. BRITTIORVM. OB.
INSIGNEM. BENIVO-
LENTIAM. EIVS. ORDO
POPVLVSQVE. SALER-
NITANVS.

Regio quinta *Piceni* eſt, inter quartam ſextámque, vt habes apud Plinium, iuxta ſinum Adriaticum; quod tamen *Picenum Suburbicarium* non eſt, ſed potius ab eo diſtinctum *Annonarium*. Eſt igitur inueſtigandum hoc *Suburbicarium Picenum*, quod *Conſularis* poteſtate adminiſtratum legimus à Conſtantij Augusti Magni Conſtantini Filij tẽporibus, & infrà. Sciendum igitur eſt, *Piceni* nomine non tãtum cenſitam fuiſſe quintam regionem, ſed etiam plures alios Italiæ populos. Ac primum quidem in his numerantur *Sabini*, qui quintæ regioni, quæ *Piceni* eſt, iunguntur, eamque à latere habent, vt loquitur Plinius. Eorum ciuitates recenſet Plinius Lib. III. cap. XII. *Sabinorum Amiternini, Curenſes, Forum Decij, Forum nouum, Fidenates, Interamnates, Nurſini, Nomentani, Reatini, Trebulani qui cognominantur Mutuſcæi, & qui Suffenates, Tibur-*

tes, Tarinates. Strabo Lib. V. Σαβῖνοι δ' στενὴν οἰκοῦσι χώραν, ἐπὶ μῆκος δὲ διήκουσαν καὶ χιλίων σταδίων ἀπὸ τοῦ Τιβέρεως καὶ Νωμέντου πολίχνης, μέχρι Οὐεστίνων. πόλεις δ' ἔχουσιν ὀλίγας καὶ τεταπεινωμένας, διὰ τοὺς συνεχεῖς πολέμους, Αμίτερνον καὶ Ρεάτον, καὶ Ρεάτῳ πλησιάζει Ιντερόκριον, καὶ τὰ ἐν Κωτυλίαις ψυχρὰ ὕδατα. Σαβίνων δ' εἰσὶ, καὶ οἱ Φόρουλοι πέτραι· Κύρεις δέ· Τρηβοῦλά τε καὶ Ηρητον, καὶ ἄλλαι κατοικίαι τοιαῦται, κῶμαι μᾶλλον, ἢ πόλεις ἐξετάζοιντο ἄν. meminit *Nurſiæ* Ptolemæus. Σαβίνων πόλις Νουρσία. Atque hæ ciuitates, quæ *Sabinorum* ſunt, Prouinciæ *Piceni* eſſe dicuntur, idq; iam ab antiquis temporibus: Nam Plinij ipſius ætate, in hoc quartæ regionis (quæ eſt Sabinorum, & aliarum fortiſſimarum gentium.) tractu *Picenum* eſſe dicitur: *In hoc ſitu*, inquit Plinius Lib. III. cap. XII. *Valerianus auctor eſt, Vidicinorum oppidum in Piceno deletum à Romanis.* Sed longè clarius de *Sabinis* teſtatur Siculus Flaccus in Lib. *de Conditionibus agrorum.* Vixiſſe eum, non ante Domitiani tempora, neque poſt Neruæ æuum viri maximi εἰκοτολογοῦσι. Is igitur Siculus Flaccus *Piceni* ciuitatem facit *Reate*, his verbis: *Poſtquam ergo maiores regiones ex hoſte captæ vacare cœperunt, alios agros diuiſerunt, aſſignauerunt: ac ita remanſerunt, vt tamen populi Romani eſſent, vt eſt in* Picceno *in regione* Reatina: *in quibus regionibus montes Romani appellantur. nam ſunt populi Romani, quorum vectigal ad ærarium pertinet.* Erat *Sabinorum* oppidum *Reate*, & tamen in *Piceno* eſſe dicitur à Siculo Flacco: Vnde liquet ætate Siculi Flacci *Sabinorum* regionem fuiſſe in *Piceno:* atque *Piceni* partem fuiſſe ſua ætate teſtatur Iulius Frontinus (qui ad Tra-

jani tempora floruit, & hunc libellum *de Colonijs* imperante Trajano ſcripſit.) in Libro *de Colonijs:* Vbi enim Colonias *Prouinciæ Piceni* recenſet, cum illarum menſuris, agrorum limitibus, & conditionibus, has *Sabinorum* ciuitates de *Piceni Prouincia* facit: CVRIVM. *Curium, Sabinorum ager per Quæſtores eſt venundatus, & quibuſdam laterculis per quinquagena iugera incluſus eſt. Poſteà verò iuſſu Iulij Cæſaris per centurias & limites eſt demetitus. Termini verò Tiburtini affixi ſunt,* &c. FORVM NOVVM. *Foronouanus ager per limites & centurias eſt aſſignatus. Termini verò Tiburtini & Auguſtei,* &c. FIDENÆ. *Fidenæ. Ager eius ea Lege ſeruatur, qua & ager campi Tiberiani.* NOMENTVM. *Nomentum. Ager eius ea Lege cõtinetur, qua & ager Foronouanus.* NVRSIA. *Nurſia. Ager eius per ſtrigas & per ſcamna in centurijs eſt aſſignatus. Finitur ſicut ager Aſculanus.* REATE. *Reate. Ager eius per ſtrigas & per ſcamna in centuriis eſt aſſignatus,* &c. TIBVR. *Tibur. Ager eius à Tiberio Cæſare eſt aſſignatus: Ea Lege continetur, qua & campi Tiberiani leguntur inter Romam & Tibur.* (Id quoque conſtat è ſubſcriptione Mauricij Tiburtini Epiſcopi in Concilio, quod Romæ celebratum eſt ſub Agathone, eiuſque Epiſtola legitur Actione IV. ſextæ Synodi Conſtantinopolitanæ: Μαυρίκιος ἐλάχιστος Ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας Τιβούρτου Ἐπαρχίας Πικινῆς.) TRIBVLE. *Tribule municipium. Iter populo non debetur. Limitibus Auguſteis eſt aſſignatus. Finitur ſicuti ager Curium Sabinorum.* Hos appellat Plinius *Trebulanos,* Strabo municipium Τρηβούλα. Poſt *Sabinos* veniunt *Marſi,* de quibus Plinius in quarta Italiæ regione. *Marſorum*

rum Anxantini, Atinates, Fucentes, Lucentes, Albunij, Albenſium Alba ad Fucinum lacum. Sequuntur *Æquiculani. Æquiculanorum Cliternini, Carſeolani.* Adde *Veſtinos. Veſtinorum ſunt Angulani, Pinnenſes, Peltuinates, quibus iunguntur Aufinates ciſmontani.* Paullo aliter iſta Ptolemæus: Αἰκουίκλων Obricolum. Κλείτερνον, Καρσίολοι. Μαρσῶν, Αἰξ, Ἀλφαβουκηλίς. Οὐεστίνων Πίννα, Αοῦια, Αμίτερνον, Αγγουλός. *Amiternum* facit *Veſtinorum* Ptolemæus. Atqui hoc oppidum in *Sabinis* ponunt Plinius & Strabo: itaque videtur reſcribendum apud Ptolemæum, Ἄτερνον. Nam *Aternum* vrbs fuit *Veſtinorum*: quanquam ea vrbe tanquam communi nauali vtebantur cum Veſtinis Peligni & Marrucini, vt habes apud Strabonem. *Pelignorum* ſunt, teſte Plinio, *Corfinienſes, Superæquani, Sulmonenſes.* At vero *Marrucinorum Teatini.* Strabo. ὑπὲρ δὲ τῆς Πικεντίνης Οὐηστῖνοί τε καὶ Μαρσοὶ, καὶ Πέλιγνοι, καὶ Μαρουκῖνοι. ἔχουσι δὲ πόλεις ὑπὲρ μὲν τῆς θαλάττης τὸ, τε Κορφίνιον τὴν τῶν Πελιγνῶν μητρόπολιν, καὶ Σούλμον, καὶ Μαρούιον, καὶ Τεατέαν τὴν Μαρουκίνων μητρόπολιν. Atque harum gentium ciuitates in *Piceno* ponit Iulius Frontinus loco laudato, vbi recenſet Colonias PROVINCIÆ. PICENI. AVIA. *Veſtinorum* hæc vrbs eſt, vt conſtat è Ptolemæo: de ea intelligendus Frontinus: *Ager* vrbis SAVIENSIS *limitibus maritimis & montanis lege* III. *virali, & loca hereditaria populus accepit.* Corruptus eſt locus. Nulla enim eſt vrbs *Sauia.* Scio in quinta *Piceni* regione fuiſſe *Saluiam*, auctore Plinio. Sed exiſtimamus coaluiſſe literam *S* finalem præcedentis vocis cum hoc vrbis nomine: quare reponendum eſt *Ager*

Digitized by Google

vrbis AVIENSIS. Sequitur ALBA *ad Fucinum lacum*, quæ corruptè in Ptolemæi codicibus Αλφαβουχηλὶς dicitur; reſcribendum eſt Αλβαφουκινίς. *Albenſis ager, locis varijs limitibus interciſiuis eſt aſſignatus*, &c. ATERNVM. *Aternenſis ager lege Auguſtea eſt aſſignatus: riuorum & viarum curſus ſeruatur.* CARSEOLI. *Carſeolis. ager eius iter populo non debetur. Vſque ad muros priuati poſſident*, &c. CORFINIVM. *Corfinius ager, limitibus maritimis & montanis in iugera CC. ſunt aſſignati*, &c. ÆQVICVLANI. Æquiculanus(ita legit Vir Clariſſimus, cui hi Finium regundorum ſcriptores vitam debent, *ἀντὶ τοῦ Ecicylanus.*) *ager per ſtrigas & ſcamna in centuriis eſt aßignatus*, &c. MARSVS. *Marſus municipium licet conſecratione veteri maneat, tamen ager eius aliquibus locis in tribus limitibus Lege Auguſtèa eſt aßignatus*, &c. PINA. *Pinnes. Ager eius ea lege continetur, qua & ager Adrianus.* SVPEREQVVM. *Superequum.. Ager eius limitibus maritimis eſt aſsignatus*, &c. TEATE. *Teate, qui Aternus. Ager eius lege Auguſtea eſt aſsignatus.* Dixit, *Teate, qui Aternus;* non quod eadem ſit vrbs, *Teate*, & *Aternum;* Erat enim *Aternum* Veſtinorum: *Theate* verò Marrucinorum: Sed quia vtriuſque vrbis ager eâdem lege erat aſſignatus. Atque inter has vrbes, quædam ſunt Latij, quæ tamen his gentibus adnumerantur; itaque etiam in *Piceno* ponuntur: Quæ ſunt enim viæ *Valeriæ* in hunc cenſum veniunt. Strabo quippe nos docet τὴν Οὐαλερίαν ὁδὸν ἀφορίζειν τὰ πρὸς τῇ Σαβίνῃ μέχρι Μαρσῶν. Incipiebat igitur, vt hinc patet à Sabinis *Valeria*. Sequitur apud Strabonem ἡ Οὐαλερία δ᾽ ἄρχεται μὲν ἀπὸ Τιβούρων,

ἄγει δ' ἐπὶ Μαρσοὺς, καὶ Κορφίνιον τὴν τῶν Πελιγνῶν μητρόπολιν· εἰσὶ δ' ἐν αὐτῇ Λατῖναι πόλεις Οὐαλερία τε, καὶ Καρσέολοι, καὶ Ἄλβα. πλησίον δὲ καὶ πόλις Κούκουλον. ἐν ὄψει δ' εἰσὶ τοῖς ἐν Ῥώμῃ Τίβουρά τε, καὶ Πραίνεστος, καὶ Τούσκουλον. Vrbes igitur Latij *Tibur*, *Præneſte*, *Tuſculum*, *Valeria*, *Carſeoli*, *Alba*, quæ ad Fucinum lacum, *Cuculum*, *Fidenæ*, Sabinorum ſunt, Marſorum, & Æquiculanorum: vnde etiam *Piceni* eſſe dicuntur. Quibus adde *Capenatum* agrum, & *Lucum Feroniæ*, & *Ficolenſes*. Nam *Lucum Feroniæ* in Latio fuiſſe conſtat ex Hiſtoria Liuij XXVI. de *Ficolenſibus* teſtatur Plinius, itémque *Capenates* accolas fuiſſe eius, non longè ab Ereto: atque tum hunc *Lucum Feroniæ*, cùm *Capenatum* agrum, & *Ficolenſem* PROVINCIÆ. PICENI facit Iulius Frontinus. CAPENVS. *Ager eius finitur terminis Tiburtinis*, &c. LVCVS. FERONIÆ. *Lucoferonia. Ager eius finitur arboribus antemiſſis, ſed & aliis ſignis, fines ſeruantur in Prouincia* Piceni, *terminis Tiburtinis*, &c. FICOLENSIS. ita legit vir maximus, pro *Ficilienſis*, *Ager ea lege ſeruatur, qua & ager Curium Sabinorum*. Ex his ſatis ſupérque conſtat, Marrucinos, Pelignos, Marſos, Æquiculanos, Veſtinos, Sabinóſque, etiam *Piceni* partem conſtituiſſe, & *Piceni* nomine cenſeri: quin etiam addo in eo tractu vrbem fuiſſe, cui nomen erat *Piceno*, ſiue *Picentia*: Eaq; non longè ab Vrbe diſtabat, vt conſtat è Plutarchi in Sylla narratione: καὶ περὶ Πικίνας αὐτῷ πρεσβείας ἐντυχούσης καὶ δεομένης μὴ βαδίζειν εὐθὺς ἐξ ἐφόδου, &c. εὐθὺς ἐκπέμψας Λούκιον Βάσιλλον καὶ Γάϊον Μούμμιον, καταλαμβάνει τὴν πύλην δι' αὐτῶν καὶ τὰ τείχη τὰ περὶ τὸν λόφον

τὸν Αἰσκυλῖνον. Ex his Plutarchi verbis colligere eſt, *Picenam* vrbem ſitam fuiſſe ad *Præneſtinam* viam, quæ ab *Exquilina* porta incipiebat, nec diſſentit Dionyſius Halicarnaſſeus, cuius verba ſunt, χώραν τε αὐτῷ, Appio, προςτεθηκαν ἐκ τῆς δημοσίας τὴν μεταξὺ Φιδήνης καὶ Πικεντίας. Ponit *Picenam* hanc vrbem non longè Fidenis: Eratque trans Anienem, ſi compares Dionyſium cum Liuio in hac ipſa hiſtoria referenda Lib. II. *His ciuitas data, agerque trans Anienem.* Atque hinc forte *Piceno* nomen. His ita conſtitutis è comparatione *Tuſciæ Suburbicariæ* conſtabit, quicquid fuit harum gentium, quas *Piceni* partem fuiſſe demonſtrauimus, intra centeſimum ab Vrbe lapidem, id omne *Picenum Suburbicarium* fuiſſe appellatum: Atque ita tota περίχωρος regio *Suburbicaria*, quæ erat intra centeſimum, continebatur *Tuſcia* & *Piceno Suburbicarijs* vt plurimum; ea tantum *Latij* parte excepta, quæ poſtea Campaniæ acceſſit; eratque ad viam *Latinam*, *Lauicanam*, *Appiam*, & *Præneſtinam* pleramque. Verùm huic noſtræ ſententiæ aduerſatur illa Viri Incomparabilis, qui aſſerit *Valeriam* Prouinciam olim notam fuiſſe, & comprehendiſſe *Marſos*, *Pelignoſque*, quos peruadebat. Quare *Marſi*, *Æquiculani*, *Marrucini*, *Peligni*, *Veſtini*, non erunt de *Piceno*, ſed *Valeriam* conſtituent. Antiquitatem huius Prouinciæ à temporibus Diui Claudij repetit, quanquam corruptum ſit illius nomen apud Frontinum *de Colonijs*. PROVINCIA. TVSCIA. LEX. AGRORVM. EX. COMMENTARIO. CLAVDII. CÆSARIS. *Lex agris limitibus metiundis partis Tuſciæ prius*, & *Campaniæ*,

Digitized by Google

Apuliæ, & Variæ regionis vel acta territoria. Variæ autem regiones non habent æquales centurias vel menſuras. Rurſum in fragmento Palatino. EX. COMMENTARIO. CLAVDII. CÆSARIS. *Lex agris limitandis metiundis partis Tuſciæ prius, & Campaniæ, Apuliæ, & Variæ regionis vellecta territoria. Variæ autem regiones non habent æquales centurias vel menſuras.* Emendat Vir maximus, *Apuliæ, & Valeriæ regionis.* Imò ab Auguſti æuo eſt: Nam EX. LIBRO. BALBI. poſt PROVINCIAM. PICENVM. ſubijcitur VALERIA. PROVINCIA. apud Varios Auctores *de Limitibus*, & in ea Prouincia recenſentur, *Ager* AMITERNINVS. *Ager* VEIVS. *Ager* CORFINIVS. *Colonia* SVPERÆQVANA. *Colonia* PELTINORVM. *Municipium* MARSVM. *Colonia* SOLOMONTINA. quæ forte *Sulmo* eſt. Sed vt ad poſterius iſtud priùs reſpondeamus, habent Iulius Frontinus, & iſti Varij Auctores *de Limitibus Agrorum*, quos poſt Diocletiani tempora ſcripſiſſe conijcimus è *Valeriæ* Prouinciæ nomine, habent, inquam, vt ſuperius demonſtrauimus, à Balbo, vel Claudio Cæſare, non cuius ciuitatis ſint Prouinciæ, quas recenſent, ſed quæ ſit *Lex agrorum*, vt habes apud Frontinum his verbis: LEX. AGRORVM. EX COMMENTARIO. CLAVDII CÆSARIS. At verò titulus. PROVINCIA. TVSCIA. PICENVM. VALERIA. præſcribitur à Iulio Frontino, alijs, vt ſua cuiuſque ætate Prouincias eſſe diſtinctas & appellatas obtinebat. Quod ad verba Frontini attinet, quæ ille habuit EX. COMMENTARIO. CLAVDII. CÆSARIS. ita legenda ſuſpicamur. *Lex agris, limi-*

Digitized by Google

tandis, metiundis, partis Tuſciæ, priùs, vt Campaniæ, & Apulæ Variæ. *regionis collecta territoria. Variata autem regione non habent æquales centurias, vel menſuras.* Meminit Plinius *Apulæ Variæ* in ſecundæ Regionis deſcriptione: meminit quoque Frontinus in præcedentibus, quæ hic neceſſariò ſunt adſcribenda. PROVINCIA CALABRIA. *Territorium Tarentinum, Lypienſe, Auſtranum,* VARIVM, *in iugera* N. CC *limitibus Gracchanis. & cetera loca vel territoria in ſaltibus ſunt aſſignata, pro æſtimio vbertatis ſunt præciſa: Nam variis locis menſuræ ſunt actæ, & iugerationis modus collectus eſt. Cetera autem prout quis occubuit poſteriore tempore cenſita ſunt, & ei poſſidenti aſſignata: ab Imperatore Veſpaſiano cenſita ex iuſſione. Jter populo non debetur. Nam eadem Prouincia habet muros, macerias, corroſiones, congerias, & terminos Tiburtinos, ſicut in Piceno fertur.* Atque ex his liquet, quare de *Tuſcia* ſcribat Frontinus, *Regionis illius collecta eſſe territoria, eámque variare, ac proinde non habere æquales centurias, vel menſuras*, nempe, quemadmodum & in *Appula Varia*, pro æſtimio vbertatis territoria ſunt præciſa, atque ita varijs in locis menſuræ ſunt actæ, & iugerationis modus eſt collectus: En tibi exemplum in Colonia Capis: *Colonia Capis. pro æſtimio vbertatis, & natura locorum agri aſſignati ſunt.* itémque *Ager Amerinus lege Imperatoris Auguſti eſt aſſignatus veteranis, eſt quidam adiudicatus, & pro æſtimio libertatis* (lego *vbertatis.*) *legem ſunt ſecuti.* Erat igitur huiuſmodi ager partis Tuſciæ, quemadmodum ager *Appulæ Variæ*, atque item Campanus, de quo iſta tantùm Frontinus in præcedentibus: *Ager Campanus li-*

mitibus Gracchanis in iugera N. C C. Cardo in Orientem, Decumanus in Meridiem. Quod verò dicit Frontinus *Legem agris limitandis, metiundis partis Tuſciæ, fuiſſe* prius, *vt Campaniæ, & Apulæ Variæ*, omninò verum eſt, vt & obſeruatione dignum: Nam Lex iſta poſteà mutauit, & adfert Frontinus exempla in his Colonijs, *Arretio, Ferentinenſi, Sutrio, Grauiſco, Veiente,* & *Tiferina*. Non fuit igitur priſcis illis temporibus *Valeria* prouincia de nomine nota, aut diſtincta reapſe à *Piceno Suburbicario.* certè Frontinus nullam *Valeriam* prouinciam nouit, quare quæ inſecutis poſteà temporibus *Valeriæ* fuerunt, in *Piceno* locat. Primi qui meminerunt *Valeriæ* Prouinciæ, ſunt Imperatores Arcadius & Honorius A A. ad Benignum Vicarium Vrbis Romæ l. ult. Cod. Theod. *Quib. equ. vſus conc. eſt. Paſtores* Valeriæ *Prouinciæ, vel Piceni, vti equinis animalibus non iubemus. Dat. Kal. Dec. Med. Theodoro V. C. Coſs.* Meminit item *Valeriæ* Prouinciæ Notitia Imperij, his imperantibus, vt eruditorum omnium ſententia eſt, ſcripta; eámque inter illas Italiæ Prouincias recenſet quæ à Præſidibus regebantur. Quanquam iam ante Arcadij & Honorij tempora *Valeriam* diſtinctam fuiſſe Prouinciam à *Piceno Suburbicario* non dubitamus: Nam Imperator Conſtantius l. 1. Cod. Theod. *de calcis coctoribus*, quæ eſt ad Orfitum Præfectum Vrbi ſcripta, numerat *quatuor regiones Suburbicarias*, id eſt, quæ intra centeſimum ab Vrbe lapidem erant, nam, vt optimè argumentati ſunt Viri maximi, cum Lex illa inſcripta ſit Præfecto Vrbi, omnino neceſſe eſt de ijs regionibus illam Legem ac-

cipi, quæ ſint τῆς ἐπαρχίας Præfecti Vrbi : Executio namque Legis Magiſtratibus intra ſuæ nonniſi iuriſdictionis terminos, intra ſuas nonniſi regiones, rectè committitur. Quicquid erat τῆς περιχώρου regionis igitur, intra centeſimum ab Vrbe milliarium quatuor regionibus continebatur Conſtantij Imperatoris æuo : ac proinde quatuor fuerunt *Suburbicariæ* regiones. Vnde etiam ſequitur (niſi forte quis dicat *Latium* in duas diſtinctum fuiſſe prouincias, ſcilicet in *Latium vetus*, & in *Latium nouum*, necdum vllam fuiſſe *Valeriam* prouinciam.) iam tum *Valeriam* fuiſſe Prouinciam à *Suburbicario Piceno* : atque ita quatuor numerabuntur *Suburbicariæ* regiones, *Latium vtrumque*, ἡ Λατίνη appellatum, ſiue *Campania Latina* ; *Tuſcia Suburbicaria* ; *Picenum Suburbicarium* ; *&* *Valeria*. Fuit igitur tunc diſtinctum *Picenum Suburbicarium* in duas Prouincias, quarum vim *Piceni Suburbicarij* nomen remanſit, altera *Valeria* dicta eſt. *Picenum* hoc *Suburbicarium* complectebatur eam Sabinorum partem, quæ erat ad *Salariam* viam, aut *Nomentanam*, de quibus Strabo : ἔστρωται δὲ διὰ τῶν Σαβίνων ἥ τε Σαλαρεία ὁδὸς οὐ πολλὴ οὖσα, εἰς ἣν καὶ ἡ Νωμεντανὴ ἐμπίπτει, κατὰ Ἠρητὸν τῆς Σαβίνης κώμην ὑπὲρ τοῦ Τιβερέως κειμένην, ὑπὲρ τῆς αὐτῆς πύλης ἀρχομένη τῆς Κολλίνης. Atque hi *Sabini* intra centeſimum erant, & *Piceno Annonario*, quod erat extra centeſimum, & quintam ex Auguſti diuiſione regionem conſtituebat, coniungebantur. Itinerarium Antonini Auguſti.

VIA

Digitized by Google

VIA. SALARIA.

AB. VRBE. HADRIAM. VSQVE.

Eretum	M. P. XVIII.
Vicum nouum	M. P. XIIII.
Reate	M. P. XVI.
Cutilias	M. P. XVIII.
Interocrium	M. P. VI.
Falacrinum	M. P. XVI.
Vicum Badies	M. P. VIIII.
Ad centeſimum	M. P. X.
Aſculum	M. P. XII.
Caſtrum Truentinum	M. P. XX.
Caſtrum nouum	M. P. XII.
Hadriam	M. P. XV.

Valeria verò Prouincia, quæ à cognomine via nomen accepit, *Piceno* quoque coniungebatur *Annonario*, &, vt ante diximus, per *Sabinos, Marſos, Æquiculanos*, ad Metropolim *Pelignorum* Corfinium ducebat, erátque intra centeſimum. Itinerarium Antonini.

Digitized by Google

VIA. VALERIA.

AB. VRBE. HADRIAM. VSQVE.

Tibur	M. P. XX.
Carſeolos	M. P. XXII.
Albam Fucentiam	M. P. XXV.
Cerſinniam	M. P. XXIII.
Corſinium	M. P. XVII.
Interbromium	M. P. XI.
Teate Marrucinorum	M. P. XVII.
Hadriam	M. P. XIIII.

Atque hæc inſtituta eſt diſtinctio *Piceni Suburbicarij*, & *Valeriæ*, cùm olim *Picenum Suburbicarium* ea omnia ſuo ambitu amplecteretur, quæ poſteà *Valeriæ* ſunt attributa. Quanquam ne in his quidem *Salariæ* viæ *Sabinis* vult agnoſci *Picenum Suburbicarium* vir eruditiſſimus: Nam *Reate* & *Interocrium* ad *Valeriam* pertinuiſſe pugnat auctoritate Gregorij Magni in Dialogis. Verum id quidem eſt, nec nos diffitemur, ſed id factum, poſtquàm deſijt numerari inter Italiæ prouincias *Picenum Suburbicarium*, eiúſque nomen vſurpari: Extincto enim & abolito *Piceni Suburbicarij* nomine, quicquid erat illius, *Valeriæ* acceſſit, eiuſque nomine cenſitum eſt, id habemus è Paulo Diacono Lib. II. de *Geſtis Longobardorum* cap. XX. *Porrò tertiadecima Prouincia* Valeria, *cui eſt* Nurſia *annexa, inter Umbriam & Campaniam, Picenúmque con-*

Digitized by Google

ſiſtit; quæ ab Oriente Samnitum regionem attingit: Huius pars occidua, quæ ab Vrbe Roma initium capit, olim ab Etruſcorum populo, Etruria dicta eſt. Hæc habet vrbes, Tyburim, Carſeolos, Reate, Furconam, & Amiternum, regionémque Marſorum, & eorum lacum, qui Fucinus appellatur. Marſorum quoque regionem, ideò intra Valeriam *Prouinciam æſtimo computari, quia in Catalogo Prouinciarum Italiæ minimè ab antiquis deſcripta eſt.* Ex his docemur, *Sabinorum* regionem, quæ *Picenum Suburbicarium* conſtituebat, annexam fuiſſe *Valeriæ;* ea eſt, quam *Nurſiam* appellat, à præcipua *Sabinorum* ciuitate. Præterea hinc colligimus, quare *Picentiam*, de qua vrbe iam à nobis eſt dictum, erátque propè Fidenas, Stephanus Etruriæ adſcribit: Πικεντία πόλις Τυῤῥηνίας, Φλέγων ἢ Πίκεντον αὐτὴν καλεῖ. Nempe pars illa occidua *Valeriæ*, quæ ab Vrbe initium capit, vrbi Fidenæ, & *Picentia* ſiue *Picena*, Etruria dicta eſt, vt auctor eſt Diaconus. Quanquam etiam Tiburtinus Epiſcopus, qui *Valeriæ* regionis erat, in Concilio, quod Romæ celebratum eſt ſub Agathone, eiúſque Epiſtola, vt in præcedentibus diximus, legitur Actione IV. ſextæ Synodi Conſtantinopolitanæ ſubſcribit tanquam prouinciæ *Piceni:* Μαυρίκιος ἐλάχιστος Ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας Τιβούρτου Ἀπαρχίας Πικηνῆς. Obſeruandum præterea eſt, poſtremis temporibus *Valeriæ* idem accidiſſe, quod *Piceno Suburbicario;* nempe vt nomen illius antiquaretur, & quæ olim erat *Valeria* prouincia, *Marſorum* regio ſit appellata. Anaſtaſius in Bonifacio IV. *Bonifacius natione Marſorum, de ciuitate Valeria.* Ita tamen factum videtur

inſecutis temporibus,vt quæ *Latinæ* vrbes erant prius *Valeriæ* prouinciæ, non venerint in cenſum regionis huius ſiue Prouinciæ *Marſorum:* Vaticana namque Notitia Epiſcoporum Suffraganeorum Romani Pontificis apud Illuſtriſſimum Annalium Eccleſiaſticorum conditorem Baronium, ad annum Chriſti CIϽLVII. num. XXIII. Epiſcopum *Tiburtinum* in *Campania* ponit.

Nihil hic deeſt, quamuis Alphabeta non reclamant.
Sequitur Liber 4. fol. 1. Aaaa.

SAMVELIS

Digitized by Google

SAMVELIS PETITI MISCELLANEORVM

LIBER IV.

De Grammaticorum, Rhetorum, & Philoſophorum docentium numero, ἀναχρίσει, & ſalario. D. Pij Conſtitutio, Philoſtratus, Gregorius Nazianzenus emendati. Eumenius illuſtratus.

CAPVT I.

MVLTA viri omni laude maiores eruditiſſimè, vt omnia, obſeruarunt de Grammaticorum & Rhetorum, itémq; Philoſophorum ſalario. Primus è fiſco Rhetoribus conſtituit Veſpaſianus pater annua centena, teſte Suetonio in eius vita cap. XVIII. Simile quid de Hadriano refert Aurelius Victor. Antoninus verò Pius, non tantùm Rhetoribus, ſed & Philoſophis detulit. Capitolinus: *Rhetoribus & Philoſophis per omnes Prouincias, & honores & ſalaria detulit.* Numerum autem Grammaticorum & Rhetorum in vnaquaque ciuitate definiuit Antoninus Pius, & in

Metropolitana quidem voluit *quinque Rhetores*, & *totidem Grammaticos* vtramque docere doctrinam: in alijs ciuitatibus, quæ habent vel forum cauſarum, (ἀγορὰς δικῶν, alij legunt ἀγορᾶς δικαῖον, *ius fori*, quam lectionem præfert Vir magnus.) vel loca iudiciorum, *quatuor* ſunt *Rhetores*, *totidémque Grammatici:* denique minoribus ciuitatibus adtribuit *tres Rhetores*, & *tres Grammaticos*. Conſtitutionis huius verba habentur l. *ſi duas*. §. 2. D. *de Excuſationibus*. Quod verò ad Philoſophos attinet, numerum eorum non definiuit Pius, ſed *ſectas*. Non enim omnes indiſcriminatim *hæreſes* Philoſophorum admiſit, ſed quaſdam tantùm, eaſque præcipuas: ita interpretamur Modeſtini verba è laudata Lege: *Eſt autem & numerus Rhetorum in vnaquaque ciuitate, qui vacationem munerum habent, & hæreſes quædam propoſitæ Lege.* Dicit ex Epiſtola D. Pij *hæreſes quaſdam propoſitas Lege* fuiſſe: cùm enim tot eſſent Philoſophorum *ſectæ*, definitum eſt à D. Pio, quænam è tanto numero eſſent tantùm admittendæ. Sententiæ noſtræ vindicem habemus Lucianum in Eunucho, qui obſeruat admiſſas publicè non fuiſſe omnes Philoſophorum *hæreſes*, ſed has tantùm quatuor, *Platonicorum, Stoicorum, Epicureorum, & Peripateticorum.* συντέτακται μὲν, ὦ Πάμφιλε, ὡς οἶσθα, ἐκ βασιλέως μισθοφορά τις οὐ φαύλη κατὰ γένη τοῖς Φιλοσόφοις, Στωϊκοῖς λέγω, καὶ Πλατωνικοῖς, καὶ Ἐπικουρείοις, ἔτι καὶ τοῖς ἐκ τοῦ Περιπάτου. Sed vt hoc obiter obſeruemus, Eunuchus ille, qui huic Dialogo nomen fecit, *Bagoas* appellatur: eſt verò hæc multorum Eunuchorum appellatio pro-

prià, ita vocabatur is, quem amauit Alexander M. ita ille qui Holoferni miniſtrabat, vnde fit, vt nullus dubitem, *Bagoum* illum, ad quem ſcribit Ouidius, Eunuchum fuiſſe: Erat verò hoc nomen, quod proprium factum eſt, appellatiuum omnium Eunuchorum, idem enim quod *Eunuchus* ſignificat apud Chaldæos. Plinius Lib. XIII. cap. IV. De palmis: *Clariſſimæ omnium, quas Regias appellauere ab honore, quoniam Regibus tantum Perſidis ſeruabantur, Babylone natæ vno in horto Bagou: Ita enim vocant ſpadones, qui apud eos etiam regnauere.* Eſt בגא vel בג vel בג *medium, cubiculum*, בגבא *ad cubiculum*, vel *cubicularius*, & deinde *Eunuchus*, quia id muneris Eunuchis præcipuè mandabatur. Sed è diuerticulo in viam. Quanquam iſta fortean longè tutius ſit referre ad Marci tempora, & omnino ſunt referenda quæ ibidem geſta leguntur: Eſt enim definitus eorum, qui Philoſophiam publicè docerent, numerus, vt infra, Deo dante, docebimus. Atqui certum eſt Philoſophorum numerum à D. Pio non fuiſſe conſtitutum. Sed videtur D. Pius definiuiſſe tantùm, quænam *ſectæ* ſiue *hæreſes* fuerint admittendæ: quatuor hæ nempe, quas recenſuimus: Numerum verò eorum, qui ex *hæreſibus* Philoſophiam publicè docerent, non conſtituit: *De Philoſophis autem eadem conſtitutio Diui Pij, ita dicit: Philoſophorum autem non conſtitutus eſt numerus, quia rari ſunt, qui philoſophantur. Exiſtimo autem, quoniam qui diuitijs ſuperabundant, voluntariè tribuent pecuniam in vtilitates patriæ, ſi autem propriè loquantur de ſubſtantia, inde iam manifeſti fient non phi-*

loſophantes. l. ead. §. 7. D. *de excuſationibus*. Sed hæc verba, *ſi autem propriè loquantur de ſubſtantia*, non videntur eſſe ſatis emendata: quid enim eſt, *propriè loquantur de ſubſtantia?* Verè quidem obſeruant eruditiſſimi Viri, veros Philoſophos non eſſe de ſuis bonis ſollicitos, & opes contemnere, l. VI. C. *de munerib.* l. VIII. C. *de Profeſſoribus*: Sed tamen non ſignificant iſta, *ſi autem propriè loquantur de ſubſtantia*, eos eſſe nimium rei addictos, quod tamen dicendum eſt. Emendandum igitur atque interpungendum ſuſpicamur: *Exiſtimo autem, quoniam qui diuitiis ſuperabundant, voluntariè tribuent pecuniam in vtilitates patriæ: ſi autem; propriè locantur de ſubſtantia, vnde iam manifeſti fient non philoſophantes.* Senſus hic eſt: Philoſophi veri, vt qui opes contemnunt, nihil cauſſæ dicent, quin vltrò de ſuis conferant opibus in Reipublicæ commodum: Sin autem ſecus ab illis fiat, nec pecuniam tribuant in vtilitates patriæ, teſtabuntur ſe minimè gentium Philoſophos eſſe, vt qui mercenariam operam locent, & quicquid præſtant, lucri cauſsâ propriè præſtent. Hoc autem primum Philoſophos profiteri oportet, mercenariam operam ſpernere l. *Præſes prouinciæ*. §. 4. D. *de extraord. cognitionib.* Quæcumque autem conſtituit D. Pius de Grammaticis, Sophiſtis & Philoſophis, conſtituit legens veſtigia patris D. Hadriani. Hadrianus enim Leges, Gymnaſia, Doctoréſque curare occeperat, vt non tantùm Aurelius Victor teſtatur, ſed etiam D. Pius apud Modeſtinum Lege laudata. *Eſt autem Imperatoris Commodi Conſtitutio-*

nibus inſcriptum capitulum ex Epiſtola Antonini Pij, in qua manifeſtatur, & Philoſophos habere immunitatem tutelarum: ſunt autem hæc verba: Conſimiliter autem his omnibus Diuus pater meus mox ingrediens principatum, conſtitutione exiſtentes honores, & immunitates firmauit, ſcribens, Philoſophos, Rhetores, Grammaticos, Medicos, immunes eſſe gymnaſiis, ſacerdotij, ſtantes, & neque ad frumenti, & vini, & olei emptiones, & præpoſitiones, & neque iudicare, neque legatos eſſe, neque in militia numerari nolentes, neque ad alium famulatum eos cogi. Dixit ἀτελεῖς εἶναι Γυμνασιαρχιῶν, Ἀγορανομιῶν, Ἱερωσυνῶν, Ἐπισταθμιῶν. Vocem, *ſtantes*, interpretatur Vir magnus ἐπισταθμίας, videturque poſſe colligi ex eius verbis, ita reſcribendum eſſe apud Modeſtinum. Sequitur, inquit, in hac Lege Profeſſores & Medicos excuſari à metatis, id eſt, ab onere recipiendi hoſpitis lib. VIII. C. *de metatis.* l. VI. C. *de profeſſ. & med.* l. vlt. D. *de mun. & hon.* l. X. D. *de vac. mun.* Quod munus ἐπισταθμίαν Modeſtinus vocat. Heſychius: ἐπισταθμία, ὑποδοχὴ ξένων. Sed Viri Incomparabilis emendatio longius abit à veſtigiis veteris & editæ lectionis. Noſtra coniectura eſt, ita reſcribi debere: *Philoſophos, Rhetores, Grammaticos, Medicos, immunes eſſe gymnaſij, ſacerdotij, ſtati, ſed neque ad &c. Stati* dixit, quod erat alicuius Magiſtratus: Heſychius: Στάται, ἀρχή τις. fortè περὶ ἐπισταθμίας. Ita vt ſuſpicemur, vocis originatio facit. Atque ex his liquet mendoſa eſſe Philoſtrati iſta in Adriano Sophiſta verba; ἀγασθεὶς δὲ αὐτὸν Adrianum, ὁ Αὐτοκράτωρ Marcus, ἐπὶ μέγα ἦρε δωρεαῖς τε, καὶ δόσεις· καλῶ δὲ δω-

ρεας μὲ, τὰς τε σιτήσεις, καὶ τὰς προεδρίας, καὶ τὰς ἀτελείας, καὶ τὸ ἱερῶσθαι, καὶ ὅσα ἄλλα λαμπρυνεῖ ἄνδρας. Et Diui Pij Conſtitutione Sophiſtæ, qui publicè docebant, *immunes* erant *ſacerdotij*. Itaque ſi honor habendus erat Adriano, *immunis* eſſe debebat *ſacerdotij*. Quare reſcribendum puto, καὶ τὰς ἀτελείας, καί τοι ἱερᾶσθαι, vt ſenſus ſit Marcum Imperatorem habuiſſe Adrianum *immunem, & quidem Sacerdotiorum*. Quanquam non erat iſta immunitas Adriani vnius, ſed omnium etiam, qui publicè docebant, ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μισθίαις. Sed Adriani propria, αἱ σιτήσεις, καὶ αἱ προεδρίαι. σιτήσεις appello, quæ ſunt Adriano data præter ſalarium: προεδρίας verò nomine intelligo, inter collegas πρῶτον θρόνον. Nam cùm, vel in minima quaque vrbe, quæ ſcholam habuit Rhetorices, fuerint tres, qui publicè docerent, Sophiſtæ, omnino fuit inter eos ordo aliquis; ita vt vnus eſſet primus & ſuperior, alter medius, tertius infimus; vnde Nazianzenus πρώτων θρόνων meminit. Marcus igitur voluit Adrianum primum eſſe inter collegas, quibuſcum publicè docebat, & πρῶτον θρόνον occupare, quem etiam τὸν ἄνω θρόνον appellat Philoſtratus; fruſtra enim præſtantiſſimi viri his Philoſtrati de eodem Adriano verbis aſteriſcum apponunt: κατασχὼν δὲ τὸν ἄνω * θρόνον, οὕτω τὴν Ῥώμην πρὸς αὐτὸν ἐπέστρεψεν. Nullo aſteriſco hîc opus. dicit enim Philoſtratus, Adrianum Athenis, vbi docebat, Romam ad idem publicum munus euocatum fuiſſe auctoritate Imperatoris, ibidemque occupaſſe τὸν ἄνω θρόνον, ſiue τὸν πρῶτον Σοφιστικὸν θρόνον inter ſuos col-

legas, idque beneficio Imperatoris, qui illi τὴν προεδρίαν conceſſit. Sed de his ſatis. Marcus Diui Pij patris ſui ſtudium eſt æmulatus, & Grammaticis, Sophiſtis, Philoſophis, è fiſco ſalarium dedit. Dio: ὁ δὲ Μάρκος ἐλθὼν εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ μυηθεὶς ἔδωκε μὲν τοῖς Ἀθηναίοις τιμάς, ἔδωκε δὲ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις διδασκάλους ἐπὶ πάσης λόγων παιδείας, μισθὸν ἐτήσιον φέροντας. De numero Grammaticorum & Sophiſtarum nihil definitum à Marco legimus, neque puto mutaſſe quod à Diuo Pio fuerat conſtitutum: Philoſophos verò quod attinet, numerus docentium publicè; id eſt, cum ſalario è fiſco videtur conſtitutus fuiſſe in vnaquaque *hæreſi* earum quæ admittebantur. Admittebantur autem hæ quatuor *Stoïcorum, Platonicorum, Epicureorum*, atque *Peripateticorum*. Habes in Luciani verbis, quæ hîc iterum deſcribemus: συντέτακται μὲν, ὦ Πάμφιλε, ὡς οἶσθα, ἐκ βασιλέως μισθοφορά τις οὐ φαύλη κατὰ γένη τοῖς Φιλοσόφοις, Στωϊκοῖς λέγω, καὶ Πλατωνικοῖς, καὶ Ἐπικουρείοις, ἔτι καὶ τοῖς ἐκ τοῦ Περιπάτου, τὰ ἴσα τούτοις ἅπασι. Philoſophi autem, Sophiſtæ, atque Grammatici, qui ſtipendium è fiſco merebant, eligebantur decreto ordinis, vt conſtat ex Epiſtola Diui Pij: *Et vtique non aliter de immunitate hac fructum habebunt, niſi decreto Senatus inſcripti fuerint numero conceſſo*. l. *ead*.§.4.D.*eod*. Itaque quiſquis docere volebat, debebat *iudicio ordinis probatus decretum curialium mereri, optimorum conſpirante conſenſu*. l. V I I. C. *de profeſſ. & med*. Lucianus addit verbis ſupra laudatis: ἔδει δὲ ἀποθανόντος τινὸς ἄλλον ἀντικαθίστασθαι δοκιμασθέντα ψήφῳ τῶν ἀρίστων. Quare priuæ legis eſt, quod narrat Philoſtratus in *Theodoto*,

Marcum Herodi Sophiſtæ commiſiſſe examen eligendorum Philoſophorum, Platonicorum, Stoïeorum, Epicureorum, & Peripateticorum, qui merere debebant ſalarium è fiſco conſtitutum: Theodotum verò Sophiſtam, qui προέστη τῆς Ἀθηναίων νεότητος πρῶτος ἐπὶ ταῖς ἐκ Βασιλέως μυρίαις, elegit ipſe Marcus Imperator. Fiebat autem διάκρισις eruditionis. Lucianus *Eunucho* de duobus ex Ariſtotelis ſchola cōtendentibus apud ordinem, vt ſalarium è fiſco acciperent: τὰ μὲν οὖν τῶν λόγων προηγώνιστο αὐτοῖς, καὶ τὴν ἐμπειρίαν ἑκάτερος τῶν δογμάτων ἐπεδέδεικτο, καὶ ὅτι τῶν Ἀριστοτέλους, καὶ τῶν ἐκείνῳ δοκούντων, εἴχετο. addit factam quoque fuiſſe ἀνάκρισιν τοῦ ἀμείνονος βιοῦντος, & appellat τῆς γνώμης ἐξέτασιν, καὶ τῆς τῶν δογμάτων ἐπιστήμης. Et certè oportet *Magiſtros ſtudiorum doctoreſq; excellere moribus primùm, deinde facundia.* l VII. C. *de profeſſ. & med.* Quod ſi non conueniret inter curiales, quis eſſet è contendentibus eligendus, de ea re ad Imperatorem referebatur. Lucianus ibidem in cauſſa Dioclis & Bagoæ: ἔγνωσθη μὲν ἀναπόμπιμον ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐκπέμψαι τὴν δίκην. Quinetiam colligas è Philoſtrato in *Chreſto*, Imperatorem fuiſſe, qui Sophiſtas Athenis qui docerent, eligeret: itaque legatos ad illum mittendos cenſuerunt Athenienſes, vt impetrarent Chreſto ab Imperatore ius publicè docendi: Ἀδριανοῦ δὲ καθιδρυθέντος εἰς τὴν Ῥώμην, ἐψηφίζοντο μὲν οἱ Ἀθηναῖοι πρεσβεύσασθαι ὑπὲρ Χρήστου, τὸν Ἀθήνησιν αὐτῷ θρόνον ἐκ βασιλέως αἰτοῦντες· ὁ δὲ, παρελθὼν ἐς αὐτοὺς ἐκκλησιάζοντας, διέλυσε τὴν πρεσβείαν, ἄλλα τε διαλεχθεὶς ἀξιόλογα, καὶ ἐπὶ πᾶσιν εἰπὼν, οὐχ αἱ μυρίαι τὸν ἄνδρα.

Digitized by Google

δρα. Qui ſemel probatus iudicio ordinis aut Principis, decretum illius meruerat, vt doceret ἐπὶ ταῖς ἐκ Βασιλέως μυρίαις, hoc munere totâ vitâ fungebatur, vnde leges apud Lucianum loco laudato : ἔδει δὲ ἀποθανόντος αὐτῶν τινὸς, ἄλλον ἀντικαθίστασθαι, δοκιμασθέντα ψήφῳ τῶν ἀρίστων. niſi, ſi forte, *ſe negligenter circa operationem habeant.* l. VI. §. 4. D. *de excuſationibus.* & *ſi non ſe vtiles præbeant ſtudentibus*, l. II. C. *de profeſſ. & med.* Quod verò attinet ad Philoſophorum numerũ publicè docentium, bini ex vnaquaque *hæreſi* docebant. Colligo ex his Luciani verbis *Eunucho*, οἶδα ταῦτα. καί τινα φασὶν αὐτῶν ἔναγχος ἀποθανεῖν, τῶν περιπατητικῶν, οἶμαι, τὸν ἕτερον. Ex his vides, duos è Peripateticorum *ſecta* publicè docuiſſe; vnde concludere eſt totidem fuiſſe è Stoïcorum *hæreſi*, totidem ex illa Platonicorum, totidem denique in Epicuri ſchola: nam τὰ ἴσα τούτοις ἅπασι. Rhetorum autem publicè ἐπὶ ταῖς ἐκ Βασιλέως μυρίαις docentium munus appellant Græci θρόνον. Habes in deſcriptis iam ante Philoſtrati verbis in *Chreſto.* Idem in Theodoto: ἐβίω μὲν ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα, δυοῖν ἐτοῖν κατασχὼν τὸν θρόνον. Atque hinc intelligendus eſt, meo iudicio, Gregorius Nazianzenus funebri Oratione in laudem Baſilij Magni : Ρήτωρ ἐν Ρήτορσι, καὶ πρὸ τῶν σοφιστικῶν θρόνων· Φιλόσοφος ἐν Φιλοσόφοις, καὶ πρὸ τῶν ἐν Φιλοσοφίᾳ δογμάτων, τὸ μέγιστον ἱερεὺς ἐν Χριστιανοῖς, καὶ πρὸ τῆς Ιερωσύνης. Vertit Cl. Billius: *Rhetor inter Rhetores, prius etiam quam Sophiſticam exhedram accepiſſet : Philoſophus inter Philoſophos, ante etiam quàm Philoſophiæ decreta eſſet amplexus: & quod maximum eſt, Sacerdos in-*

ter Chriſtianos etiam ante Sacerdotium. Sed peſſimè interpretatur Franciſcus Iunius Vir eruditiſſimus de titulis, qui hodie in bonarum literarum ſtudioſos, poſt edita publice ſpecimina, cōferuntur, quaſi olim etiam fuerint collati: vnde emendabat: Φιλόσοφος ἐν Φιλοσόφοις, καὶ πρὸ τῶν ἐν Φιλοσοφίᾳ δογμάτων, Ita autem vertit. *Summus inter Rhetores Rhetor, etiam priuſquàm Sophiſticos thronos eſſet adeptus: Philoſophus inter Philoſophos, etiam priuſquàm renunciationes obtinuiſſet eas, quæ in Philoſophicis vſurpantur: denique quod omnium maximum, inter Chriſtianos Sacerdos, etiam priuſquam functionem Sacerdotij ſuſcepiſſet.* Non morabimur lectorem. Docet B. Gregorius, quantus vir fuerit Baſilius in ijs quæ attigit, nempe primas ſemper obtinuit, cùm primùm eam ad rem animum appulit ſuum: itaque non minus peritè Rhetoricen nouerat, quam Sophiſtæ ipſi, qui inter profeſſores illius artis ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μισθίαις docentes primas obtinebant. Erat quoque nomen conſecutus inter Philoſophos, qui in ſua quiſque *hæreſi* primus cenſebatur. Deniquc cùm inter Chriſtianos factus eſt Preſbyter, eiuſdem cum Epiſcopis fuit dignationis. Emendamus igitur ad hunc modum: Ῥήτωρ ἐν Ῥήτορσι, καὶ πρὸ τῶν Σοφιστικῶν θρόνων· Φιλόσοφος ἐν Φιλοσόφοις, καὶ πρὸ τῶν ἐν Φιλοσοφίᾳ δογμάτων· τὸ μέγιστον Ἱερεὺς ἐν Χριστιανοῖς, καὶ πρὸ τῆς Ἱερωσύνης. Mendum illius lectionis, πρὸ τῶν Σοφιστικῶν θρόνων, πρὸ τῶν ἐν Φιλοσοφίᾳ δογμάτων arguit, quod neque Sophiſta, neque Philoſophus fuerit Baſilius, qui ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μισθίαις docuerit, vt docet hæc lectio. Sed ve-

rum eſt Baſilium adeo verſatum fuiſſe in Rhetoricis & Philoſophicis, vt meritò comparandus fuerit cum Sophiſtis, qui inter ceteros hanc artem ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μυρίαις docentes primi (plures autem erant, minoribus ciuitatibus tres attribuebantur Rhetores) cenſebantur, quos appellat Gregorius Nazianzenns, Ῥήτορας πρώτων σοφιστῶν θρόνων. Meritò quoque fuerit cenſendus in iis, qui inter eos, qui publicè docebant Philoſophiam ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μυρίαις (docebant autem duo profeſſores ex vnaquaque *hæreſi*) primi in ſua quiſque *ſecta* exiſtimabantur. Poſtquam verò in Presbyterum fuit electus, tantæ fuit dignationis, vt maioris non fuerit ὁ Ἱερεὺς πρώτης Ἱερωσύνης, id eſt, Epiſcopus. Sed de hoc loco ſatis. Agendum enim eſt de *ſalario* Philoſophis & Rhetoribus conſtituto ab Antonino Pio, vel Marco. Obſeruatum autem eſt viris magnis, quibus paucos pares, ſuperiorem nullum noſtra tulit Gallia, ſtipendium illorum annuũ è fiſco fuiſſe μυρίας δραχμάς. Lucianus loco laudato: Καὶ τὰ ἆθλα οὐ βοείη τις ἦν κατὰ τὸν ποιητὴν, οὐδ᾽ ἱερεῖον, ἀλλὰ μυρίαι κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἐφ᾽ ὅτῳ συνεῖναι τοῖς νέοις. & apud Philoſtratum paſſim occurrit memoria τῶν ἐκ βασιλέως μυριῶν. Neque potior habebatur hac in parte ratio Philoſophorum Stoicorum, quàm Peripateticorum, aut Platonicorum, aut Epicureorum: tantundem enim accipiebant ſinguli è fiſco, τὰ ἴσα τούτοις ἅπασι, inquit Lucianus: merebant namque omnes τὰς μυρίας quiſque. Vere quoque obſeruatum eſt iiſdem incomparabilibus Viris, Lucianum &

Digitized by Google

Philoſtratum in exprimenda illa *ſalarij* ſumma breuiter ac rotunde *μυριάς* dixiſſe, cùm tamen darentur *μυρίαι ϗ δισχιλίαι*. Auctor huius obſeruationis eſt Tatianus Rhetor, qui ſub Marco Imperatore floruit & illa ætate vixit, qua Philoſophis & Rhetoribus ab Imperatore conſtituta ſunt *ſalaria*. Nam eos in annuum ſtipendium accepiſſe dicit Tatianus ſexcentos aureos: *ὥστε παρὰ τοῦ Ῥωμαίων Βασιλέως ἐτησίους χρυσοῦς ἑξακοσίους λαμβάνειν τινὰς εἰς οὐδὲν χρήσιμον, ὅπως μηδὲ τὸ ψόφον δωρεὰν καθήμενον αὐτῶν ἔχωσι*. Aurei ſexcenti ſunt *μυρίαι καὶ δισχιλίαι δραχμαί*, ſiue ſexagena millia nummûm. Vnde putarunt emendandum eſſe Eumenium, cuius hæc ſunt verba: *Salarium me liberaliſsimi Principes ex huius Reipublicę viribus in ſexcentis millibus nummûm accipere iuſſerunt: vt tercena illa ſeſtertia, quæ Sacræ memoriæ Magiſter acceperam, in honore priuati huius Magiſterij addita pari ſorte geminarent.* & in Epiſtola Principum ad Eumenium: *Nec putes hoc munere* (profeſſione oratoriâ) *antè partis aliquot tuis honoribus derogari: cùm honeſta profeſſio ornet potius omnem, quàm deſtruat dignitatem. Denique etiam ſalarium te in ſexcentis millibus nummûm ex Reipublicæ viribus conſequi volumus, vt intelligas meritis tuis etiam noſtram conſtituere clementiam. Vale Eumeni chariſſime nobis.* Reponunt viri maximi, *in ſexagenis millibus nummûm*, &, *vt tricena illa ſeſtertia*. Nam ſexagena ſeſtertia, ſiue ſexagena millia nummûm ſunt aurei ſexcenti, quot aureorum erat *ſalarium* Sophiſtarum & Philoſophorum, vt è Tatiano conſtat: atque in eam ſententiam adducuntur maxime, cùm

Eumenij illa verba cogitant: *ex huius Reipublicæ viribus*. Quis credat Rhetores, qui in Vrbe docebant, annua centena habuiſſe, ex inſtituto Veſpaſiani: Hunc verò, qui in prouincia, & quidem in vrbe non admodum potente, vt ipſe teſtatur, annua ſexcentena? Verùm ſexcenta illa millia nummûm non accepit Eumenius, tanquam legitimum & ordinarium Rhetorum ſtipendium, erat enim ſexagena millia nummûm tantum: Sed quia Eumenius prius accipiebat, quia erat *Sacræ memoriæ Magiſter*, tercenta millia nummûm; (quis enim credat *Magiſtrum Sacræ Memoriæ* accepiſſe tantum tricena millia nummûm, cùm Sophiſtæ mererent ſexagena millia?) tunc verò amandabatur ad Profeſſionem oratoriam, in ſolatium huius ſuæ ſortis, & priuati magiſterij, & ne videretur quicquam antè partis aliquot eius honoribus derogari, voluerunt Principes Eumenium accipere, vt prius, tercenta illa millia nummûm, quæ *Sacræ Memoriæ Magiſter* accipiebat, & præterea addita pari ſorte geminarũt: atque ita ſexcenta millia nummûm accepit, non legitimum & ordinarium Rhetorum ſtipendium, ſed geminatum *Sacrę Memorię Magiſtri* ſalarium, in ſolatium priuati magiſterij, cùm è *Magiſtro Sacræ Memorię* factus eſſet Sophiſta, ne videretur honoribus ſuis ante partis exutus. Quod verò dixit Eumenius è Principum Epiſtola: *Salarium me liberaliſſimi Principes ex huius Reipublicę viribus in ſexcentis millibus nummûm accipere iuſſerunt*, emendandum poſſet videri, *ex huius Reipublicæ iuribus*, & interpretandum ex l.

Digitized by Google

loſophantes. l. ead. §. 7. D. *de excuſationibus.* Sed hæc verba, *ſi autem propriè loquantur de ſubſtantia*, non videntur eſſe ſatis emendata: quid enim eſt, *propriè loquantur de ſubſtantia?* Verè quidem obſeruant eruditiſſimi Viri, veros Philoſophos non eſſe de ſuis bonis ſollicitos, & opes contemnere, l. VI. C. *de munerib.* l. VIII. C. *de Profeſſoribus*: Sed tamen non ſignificant iſta, *ſi autem propriè loquantur de ſubſtantia*, eos eſſe nimium rei addictos, quod tamen dicendum eſt. Emendandum igitur atque interpungendum ſuſpicamur: *Exiſtimo autem, quoniam qui diuitiis ſuperabundant, voluntariè tribuent pecuniam in vtilitates patriæ: ſi autem; propriè locantur de ſubſtantia, vnde iam manifeſti fient non philoſophantes.* Senſus hic eſt: Philoſophi veri, vt qui opes contemnunt, nihil cauſſæ dicent, quin vltrò de ſuis conferant opibus in Reipublicæ commodum: Sin autem ſecus ab illis fiat, nec pecuniam tribuant in vtilitates patriæ, teſtabuntur ſe minimè gentium Philoſophos eſſe, vt qui mercenariam operam locent, & quicquid præſtant, lucri cauſsâ propriè præſtent. Hoc autem primum Philoſophos profiteri oportet, mercenariam operam ſpernere l. *Præſes prouinciæ.* §. 4. D. *de extraord. cognitionib.* Quæcumque autem conſtituit D. Pius de Grammaticis, Sophiſtis & Philoſophis, conſtituit legens veſtigia patris D. Hadriani. Hadrianus enim Leges, Gymnaſia, Doctoréſque curare occeperat, vt non tantùm Aurelius Victor teſtatur, ſed etiam D. Pius apud Modeſtinum Lege laudata. *Eſt autem Imperatoris Commodi Conſtitutio-*

nibus inſcriptum capitulum ex Epiſtola Antonini Pij, in qua manifeſtatur, & Philoſophos habere immunitatem tutelarum: ſunt autem hæc verba: Conſimiliter autem his omnibus Diuus pater meus mox ingrediens principatum, conſtitutione exiſtentes honores, & immunitates firmauit, ſcribens, Philoſophos, Rhetores, Grammaticos, Medicos, immunes eſſe gymnaſiis, ſacerdotij, ſtantes, & neque ad frumenti, & vini, & olei emptiones, & præpoſitiones, & neque iudicare, neque legatos eſſe, neque in militia numerari nolentes, neque ad alium famulatum eos cogi. Dixit ἀτελεῖς εἶναι Γυμνασιαρχιῶν, Ἀγορανομιῶν, Ἱερωσυνῶν, Ἐπισταθμιῶν. Vocem, *ſtantes*, interpretatur Vir magnus ἐπισταθμίας, videturque poſſe colligi ex eius verbis, ita reſcribendum eſſe apud Modeſtinum. Sequitur, inquit, in hac Lege Profeſſores & Medicos excuſari à metatis, id eſt, ab onere recipiendi hoſpitis lib. VIII. C. *de metatis.* l. VI. C. *de profeſſ. & med.* l. vlt. D. *de mun. & hon.* l. X. D. *de vac. mun.* Quod munus ἐπισταθμίαν Modeſtinus vocat. Heſychius: ἐπισταθμία, ὑποδοχὴ ξένων. Sed Viri Incomparabilis emendatio longius abit à veſtigiis veteris & editæ lectionis. Noſtra coniectura eſt, ita reſcribi debere: *Philoſophos, Rhetores, Grammaticos, Medicos, immunes eſſe gymnaſij, ſacerdotij, ſtati, ſed neque ad &c.* *Stati* dixit, quod erat alicuius Magiſtratus: Heſychius: Στάται, ἀρχή τις. fortè περὶ ἐπισταθμίας. Ita vt ſuſpicemur, vocis originatio facit. Atque ex his liquet mendoſa eſſe Philoſtrati iſta in Adriano Sophiſta verba; ἀγασθεὶς δὲ αὐτὸν Adrianum, ὁ Αὐτοκράτωρ, Marcus; ἐπὶ μέγα ἦρε δωρεαῖς τε, καὶ δόσεις· καλῶ δὲ δω-

ρεαῖς μὲν, τάς τε σιτήσεις, καὶ τὰς προεδρίας, καὶ τὰς ἀτελείας, καὶ τὸ ἱερᾶσθαι, καὶ ὅσα ἄλλα λαμπρυνεῖ ἄνδρας. Et Diui Pij Conſtitutione Sophiſtæ, qui publicè docebant, *immunes* erant *ſacerdotij*. Itaque ſi honor habendus erat Adriano, *immunis* eſſe debebat *ſacerdotij*. Quare reſcribendum puto, καὶ τὰς ἀτελείας, καὶ τοῦ ἱερᾶσθαι, vt ſenſus ſit Marcum Imperatorem habuiſſe Adrianum *immunem, & quidem Sacerdotiorum*. Quanquam non erat iſta immunitas Adriani vnius, ſed omnium etiam, qui publicè docebant, ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μυρίαις. Sed Adriani propria, αἱ σιτήσεις, καὶ αἱ προεδρίαι. σιτήσεις appello, quæ ſunt Adriano data præter ſalarium: προεδρίας verò nomine intelligo, inter collegas πρῶτον θρόνον. Nam cùm, vel in minima quaque vrbe, quæ ſcholam habuit Rhetorices, fuerint tres, qui publicè docerent, Sophiſtæ, omnino fuit inter eos ordo aliquis; ita vt vnus eſſet primus & ſuperior, alter medius, tertius infimus; vnde Nazianzenus πρώτων θρόνων meminit. Marcus igitur voluit Adrianum primum eſſe inter collegas, quibuſcum publicè docebat, & πρῶτον θρόνον occupare, quem etiam τὸν ἄνω θρόνον appellat Philoſtratus; fruſtra enim præſtantiſſimi viri his Philoſtrati de eodem Adriano verbis aſteriſcum apponunt: καταχὼν δὲ τὸν ἄνω * θρόνον, οὕτω τὴν Ῥώμην πρὸς αὑτὸν ἐπέστρεψεν. Nullo aſteriſco hîc opus. dicit enim Philoſtratus, Adrianum Athenis, vbi docebat, Romam ad idem publicum munus euocatum fuiſſe auctoritate Imperatoris, ibidemque occupaſſe τὸν ἄνω θρόνον, ſiue τὸν πρῶτον Σοφιστικὸν θρόνον inter ſuos col-

legas, idque beneficio Imperatoris, qui illi τὴν προεδρίαν conceſſit. Sed de his ſatis. Marcus Diui Pij patris ſui ſtudium eſt æmulatus, & Grammaticis, Sophiſtis, Philoſophis, è fiſco ſalarium dedit. Dio: ὁ δὲ Μάρκος ἐλθὼν εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ μυηθεὶς ἔδωκε μὲν τοῖς Ἀθηναίοις τιμάς, ἔδωκε δὲ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις διδασκάλους ἐπὶ πάσης λόγων παιδείας μισθὸν ἐτήσιον φέροντας. De numero Grammaticorum & Sophiſtarum nihil definitum à Marco legimus, neque puto mutaſſe quod à Diuo Pio fuerat conſtitutum: Philoſophos verò quod attinet, numerus docentium publicè; id eſt, cum ſalario è fiſco videtur conſtitutus fuiſſe in vnaquaque *hæreſi* earum quæ admittebantur. Admittebantur autem hæ quatuor *Stoïcorum, Platonicorum, Epicureorum*, atque *Peripateticorum*. Habes in Luciani verbis, quæ hîc iterum deſcribemus: συντέτακται μὲν, ὦ Πάμφιλε, ὡς οἶσθα, ἐκ βασιλέως μισθοφορά τις οὐ φαύλη κατὰ γένη τοῖς φιλοσόφοις, Στωϊκοῖς λέγω, καὶ Πλατωνικοῖς, καὶ Ἐπικουρείοις, ἔτι καὶ τοῖς ἐκ τοῦ Περιπάτου, τὰ ἴσα τούτοις ἅπασι. Philoſophi autem, Sophiſtæ, atque Grammatici, qui ſtipendium è fiſco merebant, eligebantur decreto ordinis, vt conſtat ex Epiſtola Diui Pij: *Et vtique non aliter de immunitate hac fructum habebunt, niſi decreto Senatus inſcripti fuerint numero conceſſo*. l. *ead*. §. 4. D. *eod*. Itaque quiſquis docere volebat, debebat *iudicio ordinis probatus decretum curialium mereri, optimorum conſpirante conſenſu*. l. VII. C. *de profeſſ. & med*. Lucianus addit verbis ſupra laudatis: ἔδει δὲ, ἀποθανόντος τινὸς ἄλλον ἀντικαταστήσασθαι δοκιμασθέντα ψήφῳ τῶν ἀρίστων. Quare priuæ legis eſt, quod narrat Philoſtratus in *Theodoto*,

Marcum Herodi Sophiſtæ commiſiſſe examen eligendorum Philoſophorum, Platonicorum, Stoïeorum, Epicureorum, & Peripateticorum, qui merere debebant ſalarium è fiſco conſtitutum: Theodotum verò Sophiſtam, qui προέστη τῆς Ἀθηναίων νεότητος πρῶτος ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μυρίαις, elegit ipſe Marcus Imperator. Fiebat autem διάκρισις eruditionis. Lucianus *Eunucho* de duobus ex Ariſtotelis ſchola cōtendentibus apud ordinem, vt ſalarium è fiſco acciperent: τὰ μὲν οὖν τῶν λόγων προηγώνιστο αὐτοῖς, καὶ τὴν ἐμπειρίαν ἑκάτερος τῶν δογμάτων ἐπεδέδεικτο, καὶ ὅτι τοῦ Ἀριστοτέλους, καὶ τῶν ἐκείνῳ δοκούντων, εἴχετο. addit factam quoque fuiſſe ἀνάκρισιν τοῦ ἄμεινον βιοῦντος, & appellat τῆς γνώμης ἐξέτασιν, καὶ τῆς τῶν δογμάτων ἐπιστήμης. Et certè oportet *Magiſtros ſtudiorum doctoreſq; excellere moribus primùm, deinde facundia.* l VII. C. *de profeſſ. & med.* Quod ſi non conueniret inter curiales, quis eſſet è contendentibus eligendus, de ea re ad Imperatorem referebatur. Lucianus ibidem in cauſſa Dioclis & Bagoæ: ἔγνωσαν ἀναπόμπιμον ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐκπέμψαι τὴν δίκην. Quinetiam colligas è Philoſtrato in *Chreſto*, Imperatorem fuiſſe, qui Sophiſtas Athenis qui docerent, eligeret: itaque legatos ad illum mittendos cenſuerunt Athenienſes, vt impetrarent Chreſto ab Imperatore ius publicè docendi: Ἀδριανοῦ δὲ καθιδρυθέντος εἰς τὴν Ῥώμην, ἐψηφίζοντο μὲν οἱ Ἀθηναῖοι πρεσβεύσασθαι ὑπὲρ Χρήστου, τὸν Ἀθήνησι αὐτῷ θρόνον ἐκ βασιλέως αἰτοῦντες· ὁ δὲ, παρελθὼν ἐς αὐτοὺς ἐκκλησιάζοντας, διέλυσε τὴν πρεσβείαν, ἄλλα τε διαλεχθεὶς ἀξιόλογα, καὶ ἐπὶ πᾶσιν εἰπὼν, οὐχ αἱ μυρίαι τὸν ἄνδρα.

δρα. Qui ſemel probatus iudicio ordinis aut Principis, decretum illius meruerat, vt doceret ἐπὶ ταῖς ἐκ Βασιλέως μυρίαις, hoc munere totâ vitâ fungebatur, vnde leges apud Lucianum loco laudato: ἔδει δὲ ἀποθανόντος αὐτῶν τινὸς, ἄλλον ἀντικαθίστασθαι, δοκιμασθέντα ψήφῳ τῶν ἀρίστων. niſi, ſi forte, *ſe negligenter circa operationem habeant.* l. VI. §. 4. D. *de excuſationibus.* & *ſi non ſe vtiles præbeant ſtudentibus*, l. II. C. *de profeſſ. & med.* Quod verò attinet ad Philoſophorum numerũ publicè docentium, bini ex vnaquaque *hæreſi* docebant. Colligo ex his Luciani verbis *Eunucho*, οἶδα ταῦτα. καὶ τινά φασιν αὐτῶν ἔναγχος ἀποθανεῖν, τῶν περιπατητικῶν, οἶμαι, τὸν ἕτερον. Ex his vides, duos è Peripateticorum *ſecta* publicè docuiſſe; vnde concludere eſt totidem fuiſſe è Stoïcorum *hæreſi*, totidem ex illa Platonicorum, totidem denique in Epicuri ſchola: nam τὰ ἴσα τούτοις ἅπασι. Rhetorum autem publicè ἐπὶ ταῖς ἐκ Βασιλέως μυρίαις docentium munus appellant Græci θρόνον. Habes in deſcriptis iam ante Philoſtrati verbis in *Chreſto.* Idem in Theodoto: ἐβίω μὲν ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα, δυοῖν ἐτοῖν κατασχὼν τὸν θρόνον. Atque hinc intelligendus eſt, meo iudicio, Gregorius Nazianzenus funebri Oratione in laudem Baſilij Magni: Ῥήτωρ ἐν ῥήτορσι, καὶ πρὸ τῶν σοφιστικῶν θρόνων· φιλόσοφος ἐν φιλοσόφοις, καὶ πρὸ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ δογμάτων, τὸ μέγιστον ἱερεὺς ἐν Χριστιανοῖς, καὶ πρὸ τῆς ἱερωσύνης. Vertit Cl. Billius: *Rhetor inter Rhetores, prius etiam quam Sophiſticam exhedram accepiſſet: Philoſophus inter Philoſophos, ante etiam quàm Philoſophiæ decreta eſſet amplexus: & quod maximum eſt, Sacerdos in-*

ter Chriſtianos etiam ante Sacerdotium. Sed peſſimè interpretatur Franciſcus Iunius Vir eruditiſſimus de titulis, qui hodie in bonarum literarum ſtudioſos, poſt edita publice ſpecimina, cõferuntur, quaſi olim etiam fuerint collati: vnde emendabat: Φιλόσοφος ἐν Φιλοσόφοις, καὶ περὶ τῶν ἐν Φιλοσοφίᾳ δογμάτων, Ita autem vertit. *Summus inter Rhetores Rhetor, etiam priuſquàm Sophiſticos thronos eſſet adeptus: Philoſophus inter Philoſophos, etiam priuſquàm renunciationes obtinuiſſet eas, quæ in Philoſophicis vſurpantur: denique quod omnium maximum, inter Chriſtianos Sacerdos, etiam priuſquam functionem Sacerdotij ſuſcepiſſet.* Non morabimur lectorem. Docet B. Gregorius, quantus vir fuerit Baſilius in ijs quæ attigit, nempe primas ſemper obtinuit, cùm primùm eam ad rem animum appulit ſuum: itaque non minus peritè Rhetoricen nouerat, quam Sophiſtæ ipſi, qui inter profeſſores illius artis ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μισθίαις docentes primas obtinebant. Erat quoque nomen conſecutus inter Philoſophos, qui in ſua quiſque *hæreſi* primus cenſebatur. Denique cùm inter Chriſtianos factus eſt Preſbyter, eiuſdem cum Epiſcopis fuit dignationis. Emendamus igitur ad hunc modum: Ῥήτωρ ἐν Ῥήτορσι, καὶ πρὸ τῶν Σοφιστικῶν θρόνων· Φιλόσοφος ἐν Φιλοσόφοις, καὶ πρὸ τῶν ἐν Φιλοσοφίᾳ δογμάτων· τὸ μέγιστον Ἱερεὺς ἐν Χριστιανοῖς, καὶ πρὸ τῆς Ἱερωσύνης. Mendum illius lectionis, περὶ τῶν Σοφιστικῶν θρόνων, περὶ τῶν ἐν Φιλοσοφίᾳ δογμάτων arguit, quod neque Sophiſta, neque Philoſophus fuerit Baſilius, qui ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μισθίαις docuerit, vt docet hæc lectio. Sed ve-

Digitized by Google

rum eſt Baſilium adeo verſatum fuiſſe in Rhetoricis & Philoſophicis, vt meritò comparandus fuerit cum Sophiſtis, qui inter ceteros hanc artem ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μυρίαις docentes primi (plures autem erant, minoribus ciuitatibus tres attribuebantur Rhetores) cenſebantur, quos appellat Gregorius Nazianzenns, Ῥήτορας πρώτων σοφιστῶν θρόνων. Meritò quoque fuerit cenſendus in iis, qui inter eos, qui publicè docebant Philoſophiam ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μυρίαις (docebant autem duo profeſſores ex vnaquaque *hæreſi*) primi in ſua quiſque *ſecta* exiſtimabantur. Poſtquam verò in Presbyterum fuit electus, tantæ fuit dignationis, vt maioris non fuerit ὁ ἱερεὺς πρώτης ἱερωσύνης, id eſt, Epiſcopus. Sed de hoc loco ſatis. Agendum enim eſt de *ſalario* Philoſophis & Rhetoribus conſtituto ab Antonino Pio, vel Marco. Obſeruatum autem eſt viris magnis, quibus paucos pares, ſuperiorem nullum noſtra tulit Gallia, ſtipendium illorum annuũ è fiſco fuiſſe μυρίας δραχμάς. Lucianus loco laudato: Καὶ τὰ ἆθλα οὐ βοείη τις ἦν κατὰ τὸν ποιητὴν, οὐδ' ἱερεῖον, ἀλλὰ μυρίαι κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἐφ' ὅτῳ συνεῖναι τοῖς νέοις. & apud Philoſtratum paſſim occurrit memoria τῶν ἐκ βασιλέως μυριῶν. Neque potior habebatur hac in parte ratio Philoſophorum Stoicorum, quàm Peripateticorum, aut Platonicorum, aut Epicureorum: tantundem enim accipiebant ſinguli è fiſco, τὰ ἴσα τούτοις ἅπασι, inquit Lucianus: merebant namque omnes τὰς μυρίας quiſque. Vere quoque obſeruatum eſt iiſdem incomparabilibus Viris, Lucianum &

Philoſtratum in exprimenda illa *ſalarij* ſumma breuiter ac rotunde μυρίας dixiſſe, cùm tamen darentur μυρίαι καὶ δισχιλίαι. Auctor huius obſeruationis eſt Tatianus Rhetor, qui ſub Marco Imperatore floruit & illa ætate vixit, qua Philoſophis & Rhetoribus ab Imperatore conſtituta ſunt *ſalaria.* Nam eos in annuum ſtipendium accepiſſe dicit Tatianus ſexcentos aureos: ὥστε παρὰ τοῦ Ῥωμαίων Βασιλέως ἐτησίους χρυσοῦς ἑξακοσίους λαμβάνειν τινας εἰς οὐδὲν χρήσιμον, ὅπως μηδὲ τὸ λοιπὸν δωρεὰν καθήμενον αὐτῶν ἔχωσι. Aurei ſexcenti ſunt μυρίαι καὶ δισχιλίαι δραχμαὶ, ſiue ſexagena millia nummûm. Vnde putarunt emendandum eſſe Eumenium, cuius hæc ſunt verba: *Salarium me liberaliſsimi Principes ex huius Reipublicę viribus in ſexcentis millibus nummûm accipere iuſſerunt: vt tercena illa ſeſtertia, quæ Sacræ memoriæ Magiſter acceperam, in honore priuati huius Magiſterij addita pari ſorte geminarent.* & in Epiſtola Principum ad Eumenium: *Nec putes hoc munere* (profeſſione oratoriâ) *antè partis aliquot tuis honoribus derogari: cùm honeſta profeſſio ornet potius omnem, quàm deſtruat dignitatem. Denique etiam ſalarium te in ſexcentis millibus nummûm ex Reipublicæ viribus conſequi volumus, vt intelligas meritis tuis etiam noſtram conſtituere clementiam. Vale Eumeni chariſſime nobis.* Reponunt viri maximi, *in ſexagenis millibus nummûm, &c, vt tricena illa ſeſtertia.* Nam ſexagena ſeſtertia, ſiue ſexagena millia nummûm ſunt aurei ſexcenti, quot aureorum erat *ſalarium* Sophiſtarum & Philoſophorum, vt è Tatiano conſtat: atque in eam ſententiam adducuntur maxime, cùm

Eumenij illa verba cogitant: *ex huius Reipublicæ viribus*. Quis credat Rhetores, qui in Vrbe docebant, annua centena habuiſſe, ex inſtituto Veſpaſiani: Hunc verò, qui in prouincia, & quidem in vrbe non admodum potente, vt ipſe teſtatur, annua ſexcentena? Verùm ſexcenta illa millia nummûm non accepit Eumenius, tanquam legitimum & ordinarium Rhetorum ſtipendium, erat enim ſexagena millia nummûm tantum: Sed quia Eumenius prius accipiebat, quia erat *Sacræ memoriæ Magiſter*, tercenta millia nummûm; (quis enim credat *Magiſtrum Sacræ Memoriæ* accepiſſe tantum tricena millia nummûm, cùm Sophiſtæ mererent ſexagena millia?) tunc verò amandabatur ad Profeſſionem oratoriam, in ſolatium huius ſuæ ſortis, & priuati magiſterii, & ne videretur quicquam antè partis aliquot eius honoribus derogari, voluerunt Principes Eumenium accipere, vt prius, tercenta illa millia nummûm, quæ *Sacræ Memoriæ Magiſter* accipiebat, & præterea addita pari ſorte geminarũt: atque ita ſexcenta millia nummûm accepit, non legitimum & ordinarium Rhetorum ſtipendium, ſed geminatum *Sacrę Memorię Magiſtri* ſalarium, in ſolatium priuati magiſterij, cùm è *Magiſtro Sacræ Memorię* factus eſſet Sophiſta, ne videretur honoribus ſuis ante partis exutus. Quod verò dixit Eumenius è Principum Epiſtola: *Salarium me liberaliſsimi Principes ex huius Reipublicę viribus in ſexcentis millibus nummûm accipere iuſſerunt*, emendandum poſſet videri, *ex huius Reipublicæ iuribus*, & interpretandum ex l.

vnica C. de prębendo ſalario. Nulli ſalarium tribuatur ex iuribus Reipublicæ, niſi ei, qui iubentibus nobis ſpecialiter fuerit conſecutus. Quanquã l. *vnica* Cod. Theod. *eod.* ſcriptum eſt, *ex viribus Reipublicę*. Quoquo autem modo ſcribendum ſit, de ſenſu conſtat. Non ſoli verò docebant, qui è fiſco ſalarium accipiebant, Grammatici, Sophiſtæ, Philoſophi; ſed etiam alij mercede ab auditoribus accepta. Philoſtratus in Chreſto, cùm Adrianus Athenis, ἐπὶ ταῖς ἐκ Βασιλέως μυρίαις publice Rhetoricam doceret: παιδεύοντι δ' αὐτῷ κατὰ τοὺς Ἀδριανοῦ τοῦ Σοφιστοῦ χρόνους, ἑκατὸν ἔμμισθοι ἀκροαταὶ ἦσαν. Idem in Proclo: ἑκατὸν δραχμὰς ἅπαξ καταβαλόντι ἐξῆν ἀκροᾶσθαι τὸν ἀεὶ χρόνον. Idem in Damiano: οὐ γὰρ ᾔσθοιτο ἀποροῦντας ἐξ ὑπορείων καὶ ἐθνῶν ἥκοντας, ἠφίει τούτοις τὸν μισθὸν τῆς ἀκροάσεως, μὴ λάθοιεν δαπανώμενοι. Sed Philoſophos noluerunt mercedem exigere à ſuis auditoribus, ſed gratis docere, ſi quidem docere vellent: quod eſt de Philoſophis ſalarium è fiſco non accipientibus intelligendum. Vnde etiam lux præferenda Iulio Capitolino ſcribenti in Marco: *Fama fuit quod ſub Philoſophorum ſpecie, quidam Rempublicam vexarent, & priuatos; quod ille purgauit.* Maximũ videtur Philoſophiæ ſtudiũ fuiſſe, Marco imperante, cùm ad Imperatoris exemplum proceres, atque adeo Vrbs ipſa, ſe componerent. Qua de cauſſa multi Philoſophos ſe dicebant, nihil minus quàm Philoſophi, qui mercenariam operam docendis ijs, qui Philoſophiæ præceptis imbui vellent, præſtabant: atque ita ex aliorum diſpendio ſuum faciebant compẽdium:

at verò iſtud purgauit Marcus Lege lata de Philoſophis, cuius meminit Athenagoras Apologetico Mar.o ipſi inſcripto, & docet Lege hac cum illis, qui Philoſophi nomen prætendebant, agi. οὕτω καὶ τοὺς ἀπὸ φιλοσοφίας κεινομένους ὁρῶμεν, οὐδεὶς αὐτῶν πρὸ κρίσεως διὰ τὴν ἐπιστήμην ἢ τέχνην, ἀγαθὸς ἢ πονηρὸς τῷ δικαστῇ εἶναι δοκεῖ. ἀλλὰ δόξας μὲν εἶναι ἄδικος, κολάζεται, οὐδὲν τῇ φιλοσοφίᾳ προστριψάμενος ἔγκλημα· ἐκεῖνος γὰρ πονηρὸς, ὁ μὴ, ὡς νόμος, φιλοσοφῶν· ἡ δ' ἐπιστήμη ἀναίτιος. ἀπολυσάμενος δὲ τὰς διαβολὰς, ἀφίεται. Hâc ergo Marcus Lege Philoſophos noluit ab auditoribus ſuis mercedem accipere: (at quanto minus paſſus eſſet Philoſophos, qui ſtipendium è fiſco merebant, etiam ab auditoribus ſalarium accipere) itaque ſi quis vellet Philoſophiam docere, tenebatur *primum profiteri, ſe mercenariam operam ſpernere.* l 1. §. *An & Philoſophi.* D. *de extraord. cognition.* gratiſque auditores ſuos docere, excepto eo *ſalario*, quod è fiſco accipiebant, qui publice docebant, vnde conſulebatur priuatorum rebus. Atque ex hac Lege facta eſt, Marco imperante, Philoſophiam docentium ἀνάκρισις, & ſilere iuſſi ſunt, qui mercenariam operam in docendo locabant; neque id tantùm, ſed etiam, quia è Diui Pij Conſtitutione immunes erant Philoſophi, *reddebatur vnuſquiſque patriæ ſuæ, qui habitum Philoſophiæ indebitè & inſolenter vſurpare cognoſcitur. Turpe enim eſt, vt patriæ functiones ferre non poſſit, qui etiam fortunæ vim ſe ferre profitetur.* l. VIII. C. *de profeſſ. & med.* Qua ratione etiam Reipublicæ conſulebatur. Cùm enim Conſtitutione Diui Pij Philoſophorum nu-

merus non eſſet conſtitutus, omnes in vniuerſum, qui Philoſophiam docebant, erant immunes: Marcus numerum conſtituit, binos ſcilicet ex vnaquaque *hæreſi* earum, quæ admittebantur, quos publice docere voluit, accepto è fiſco ſalario; eoſdemque immunes habuit; ceteros verò, ſi qui vellent, docere ſanxit, nulla ab auditoribus mercede accepta, & præterea non immunes.

Ordo Librorum Platonis, ab ipſo in Tetralogias *diſtributus; primæ* Tetralogiæ *argumentum. Primus à Platone ſcriptus Dialogus Phædrus. Lyſis ſcriptus, Socrate in viuis.*

CAPVT II.

ORDINEM Librorum Platonicorum ab ipſo Platone inſtitutum ne ipſe quidem is dixerit, Ὃς θεσπιῳδεῖ τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου. In eo tamen argumento deſudarunt veteres: Quorum exemplo in eodem occupabimur inſtituto, quanquam paullo diuerſam ab illis ſeriem inſtituamus, quæ rationi maxime congrua nobis videtur, qui præterea Alcinoi εἰσαγωγὴν, tanquam Ariadnæ filum, ſumus ſecuti, atque illius veſtigia legimus. Platonis Libros in *Tetralogias* diſtinxerunt veteres, ipſo Platone auctore: Θράσυλλος δέ, φησὶ καὶ κατὰ τὴν Τραγικὴν Τετραλογίαν ἐκδοῦναι αὐτὸν τοὺς Διαλόγους. Primæ *Tetralogię* argumentum adferamus ex eodem Thraſylo. πρώτην μὲν οὖν Τετραλογίαν τίθησι, τὴν κοινὴν

ὑπόθεσιν

ὑπόθεσιν ἔχουσαν· παραδεῖξαι γὰρ βούλεται ὁποῖος ἂν εἴη ὁ τοῦ φιλοσόφου βίος, Thraſylus illam ita diſtribuebat:

Euthyphron	πειραστικός.
Apologia Socratis	ἠθικός.
Criton	ἠθικός.
Phædon	ἠθικός.

Sed *Alcibiadem priorem* ceteris omnibus Platonis Dialogis præponit Olympiodorus nondum edito, qui penes nos eſt, in illum Commentario, Praxi II. ὅτι πρῶτον αὐτὸν (Ἀλκιβιάδην) δεῖ τάττειν τῶν Πλατωνικῶν ἁπάντων· ὡς γὰρ ἐν Φαίδρῳ φησὶ γελοῖον ἐστι τὸν ἐπιχειροῦντα τὰ ἄλλα γινώσκειν, ἑαυτὸν ἀγνοεῖν. δεύτερον ὅτι δεῖ τὰ Σωκράτους Σωκρατικῶς μανθάνειν· λέγεται γὰρ ὁ Σωκράτης ἐκ τοῦ Γνῶθι σαυτὸν ἐπὶ φιλοσοφίαν ἐλθεῖν. At ſi liceat hac in re in diuerſum à veteribus ire, in hunc cenſum non veniet *Phædon*, ἢ περὶ ψυχῆς, neque item *Alcibiades prior*, ἢ περὶ ἀνθρώπου φύσεως. Nihil quippe Dialogi iſti ad *Tetralogiæ* inſtitutum, quod eſt, vt iam diximus, παραδεῖξαι ὁποῖος ἂν εἴη ὁ τοῦ φιλοσόφου βίος, ſiue, vt eſt in Alcinoi lemmate: τίνα δεῖ εἶναι τῇ φύσει τὸν φιλοσοφεῖν μέλλοντα. Hunc itaque ordinem inſtituo:

PRIMA TETRALOGIA.

Eraſtæ	ἠθικός.
Apologia Socratis	ἠθικός.
Criton	ἠθικός.
Euthyphron	πειραστικός.

Digitized by Google

SECVNDA TETRALOGIA.

Hipparchus	ἠθικός.
Theætetus	πειραστικός.
Euthydemus	ἀνατρεπτικός.
Theages	μαιευτικός.

TERTIA TETRALOGIA.

Cratylus	λογικός.
Gorgias	ἀνατρεπτικός.
Ion	πειραστικός.
Sophiſta	λογικός.

QVARTA TETRALOGIA.

Timæus	φυσικός.
Atlanticus	πολιτικός.
Parmenides	λογικός.
Politicus	λογικός.

QVINTA TETRALOGIA.

Alcibiades prior	μαιευτικός.
Phædon	ἠθικός.
Philebus	ἠθικός.
Alcibiades poſterior	μαιευτικός.

SEXTA TETRALOGIA.

Clitophon	ἠθικός.
Menon	πειραστικός.
Protagoras	ἐνδεικτικός.
Epiſtola	ἠθικός.

Digitized by Google

SEPTIMA TETRALOGIA.

Conuiuium	ἠθικός.
Phædrus	ἠθικός.
Hippias prior	ἀνατρεπτικός.
Menexenus	ἠθικός.

OCTAVA TETRALOGIA.

Lyſis	μαιευτικός.
Hippias poſterior	ἀνατρεπτικός.
Charmides	πειραστικός.
Laches	μαιευτικός.

NONA TETRALOGIA.

Reſpublica	πολιτικός.
Minos	πολιτικός.
Leges	πολιτικός.
Epinomis.	πολιτικός.

Quanquam hic *Tetralogiarum* ordo non eſt à Platone obſeruatus, cùm primùm ſuos Dialogos ederet: nam *Phædrum* περὶ καλοῦ Dialogorum ſuorum primum dedit in vulgus. Diogenes Laërtius: λόγος δὲ πρῶτον γράψαι αὐτὸν τὸν Φαῖδρον· καὶ γὰρ μειρακιῶδές τι τὸ πρόβλημα ἔχει. *Lyſidem* quoque, cùm adhuc in viuis eſſet Socrates, ſcripſiſſe ferunt. Idem Laërtius: φασὶ δὲ καὶ Σωκράτην ἀκούσαντα τὸν Λύσιν ἀναγινώσκοντος Πλάτωνος, Ἡράκλεις (εἰπεῖν) ὡς πολλά μου καταψεύδεθ' ὁ νεανίσκος. Quare primum non edidit aut *Apologiam Socratis*, aut *Phædonem*. Verùm cùm ſæpe Plato, vt teſtantur veteres, ſua ſcripta interpolauerit atque recentarit, poſtre-

mùm in hunc ordinem, & in has *Tetralogias* digeſſiſſe ac diſtribuiſſe nobis quidem videtur. At verò cùm Tragici Poëtæ in ſuis *Tetralogijs* Satyricum drama docerent, quo tanquam

Jllecebris erat & grata nouitate morandus
Spectator:

Idem nos quoque, εἰς τὸ δυνατόν, in conſtituendis Scriptorum Platonis *Tetralogijs* obſeruauimus. Nam Plato ἐν τοῖς Ὑφηγητικοῖς διαλόγοις, & ex parte ἐν τοῖς Ζητητικοῖς, illis nimirum, qui ſunt characteris Ἐνδεικτικοῦ, ἢ Ἀνατρεπτικοῦ, ſeriò id agit, quod agit. In Dialogis verò aut Μαιευτικοῖς, aut Πειραστικοῖς mirus artifex facetè καὶ μάλα τωθαστικῶς illudit Sophiſtarum imperitiæ. Itaque pro argumenti ratione, & quantum fieri pote, aliquem ex his Dialogis ceteris in *Tetralogia* coniunximus: ſunt quædam *Tetralogiæ*, quarum argumentum huius generis Dialogos non admittunt: aliæ verò ſunt, in quibus Dialogi Μαιευτικοὶ aut Πειραστικοὶ maiorem ſibi partem vindicant.

Singuli artifices Dijs ſuarum artium præſtitibus imagines conſecrarunt. Maximus Tyrius emendatus.

CAPVT III.

IMAGINES Dijs eſſe ponendas XXXVIII. Diſſertatione diſputat Maximus Tyrius, & exemplo Nautarum, Paſtorum, Agricolarum, probat: additque honorem fluuijs eſſe habitum, quibus iſta indignabundus & cum ſtomacho ſubiungit: εἶτα ποτα-

μὸν μὲν διέλαχον τὰς τιμὰς κατὰ τὴν χρείαν τῶν ὠφελουμένων, καὶ αἱ τέχναι τιμῆς θεῶν, ἑκάστης ὑπ' ὄρος ἄλλο ἄλλης προεστησαμένης ἄγαλμα· εἰ δέ που τι γένος ἀνθρώπων ἐστὶν, οὐ θαλάττιον, οὐδὲ γεωργικὸν, ἀλλ' ἀστυπολεῖον καὶ ἀνακεκραμένον κοινωνίᾳ πολιτικῇ νόμου καὶ λόγου, ἆρα τοῦτο ἀγέραστον ἔσται τὸ θεῖον καὶ ἀτίμητον; Locum corruptum ita emendabat vir magnus. καὶ αἱ τέχναι τιμῆς θεῶν, ἑκάστης ἐπ' ὄρει ἄλλῳ ἄλλης προεστησαμένης ἄγαλμα. Videtur hæc emendatio niti iis, quæ in præcedentibus ſcribit Maximus, conſecraſſe Ioui ἀγάλματα τοὺς πρώτους ἀνθρώποις, κορυφὰς ὀρῶν, Ὄλυμπον, καὶ Ἴδην, καὶ εἴτι ἄλλο ὄρος πλησιάζει τῷ οὐρανῷ. Sed ne ipſi quidem auctori, viro Incomparabili probatur, & merito: Nam his verbis proximè deſcriptis non docet Maximus poſitas fuiſſe Diis imagines ἐπ' ὄρεσι, quod vult tamen iſta emendatio, ſed ipſas τὰς κορυφὰς ὀρῶν Ioui conſecratas fuiſſe, tanquam illius imagines. Præterea non dicuntur οἱ τεχνῖται (at tamen de illis agitur iſtis verbis, καὶ αἱ τέχναι τιμῆς θεῶν, ἑκάστης ὑπ' ὄρος, &c.) Ioui conſecraſſe τὰς κορυφὰς ὀρῶν, ſed οἱ πρῶτοι ἄνθρωποι. Eſt igitur alia emendationis via ineunda. Reſcribendum itaque ſuſpicamur: καὶ αἱ τέχναι (διέλαχον ſcilicet) τιμῆς θεῶν, ἑκάστης Ἐφόρῳ, ἄλλῳ ἄλλης, προεστησαμένης ἄγαλμα. Dicit artifices, ſuæ quoſque artis præſtitibus patroniſque Diis (alij autem aliarum artium erant præſides) imagines conſecraſſe, & ſtatuas poſuiſſe, quemadmodum, vt in ſuperioribus ab eo allatis exemplis, habes, nautæ Diis maris, paſtores Pani, alijs agricolæ, & ita de ceteris.

Cebetis tabula *à Lyſide Thebis poſita.* Cretici. *De ingenuis diſciplinis Cebetis iudicium. Emendatur eius codex itémque ille Chalcidij.*

CAPVT IV.

CEBETIS Thebani legitur etiamnum hodie Dialogus, cui titulum fecerat Πίναξ, cuius meminerunt Diogenes Laërtius, & Suidas. Huius Dialogi ἡ σκηνὴ Thebis eſt: Qui *tabulam* verò interpretatur ὁ πρεσβύτης, Cebes: *Tabulæ* auctorem & dedicatorem his verbis deſcribit Cebes: οὐδὲ γὰρ ἐστι πολιτικὸν ἀνάθημα, ἀλλὰ ξένος τις πάλαι ποτὲ ἀφίκετο δεῦρο, ἀνὴρ ἔμφρων καὶ δεινὸς περὶ σοφίαν, λόγῳ δὲ καὶ ἔργῳ Πυθαγόρειόν τινα καὶ Παρμενίδειον ἐζηλωκὼς βίον, ὅς τό, τε ἱερὸν τοῦτο, καὶ τὴν γραφὴν ἀνέθηκε τῷ Κρόνῳ. Hoſpes hic, qui *tabulam* dedicauit, Lyſis eſt Pythagoricus, qui Thebas conceſſerat, longè antequam iſta Cebes ſcriberet, apud Polymnim Epaminondæ patrem, cuius hiſtoriam refert Plutarchus περὶ τοῦ Σωκράτους Δαιμονίου libro. Cùm Thebis commoraretur Lyſis, eo vſi ſunt familiariter tum Simmias, Plutarchus ibidem, cùm etiam Cebes, ambo in Socratis amicis καὶ γνωρίμοις. Cebes de ſeipſo hoc Dialogo: καὶ ἐθαυμασά γε, ἔφη, αὐτὸν πολὺν χρόνον. νεώτερος γὰρ ὢν πολλὰ καὶ σπουδαῖα διελέγετο· καὶ περὶ ταύτης δὲ τῆς μυθολογίας πολλάκις αὐτοῦ ἠκηκόειν διεξιόντος. Eo Dialogo iſta leges: οὗτοι δὲ οἱ ἄνθρωποι οἱ ἔσω τοῦ περιβόλου ἀνακάμπτοντες, τίνες εἰσίν; οἱ τῆς ψευδοπαιδείας, ἔφη, ἐρασταὶ ἠπατημένοι, οἰόμενοι

μετὰ τῆς ἀληθινῆς παιδείας συνομιλεῖν. τίνες οὖν καλοῦνται οὗτοι; οἱ μὲν Ποιηταὶ, ἔφη, οἱ δὲ Ῥήτορες, οἱ δὲ Διαλεκτικοὶ, οἱ δὲ Μουσικοὶ, οἱ δὲ Γεωμέτραι, οἱ δὲ Ἀστρολόγοι, οἱ δὲ Ἡδονικοὶ, οἱ δὲ Περιπατητικοὶ, οἱ δὲ Κριτικοὶ, καὶ ὅσοι ἄλλοι τούτοις εἰσὶ παραπλήσιοι. Meminit his verbis Cebes *Peripateticorum* & *Criticorum*, quorum omnium parens eſt Ariſtoteles: primúſque, qui *Critici* nomen habuit, Apollodorus Cumæus fuit, ſiue Eratoſthenes Cyrenæus, vt teſtatur Clemens Alexandrinus Stromat. Lib. I. Ἀπολλόδωρος δὲ Κυμαῖος πρῶτος τοῦ Κριτικοῦ εἰσηγήσατο τοὔνομα, ἔνιοι δὲ Ἐρατοσθένην τὸν Κυρηναῖον φασίν. Atqui Ariſtotele maior fuit Cebes; quare *Peripateticorum*, aut *Criticorum* meminiſſe non potuit, vt qui nondum eſſent. Sunt igitur iſta, aut in hunc libellum coniecta à ſciolo neſcio quo, aut quod verius puto, miſerè corrupta à librario, qui maximo Philoſophorum Ariſtoteli, qui vnus omnium optimè veritatem indagauit, atque aſſecutus eſt, ſummè iniurius, cùm videret hîc à Cebete recenſeri *Hedonicos* Philoſophos, putauit quoque ſibi faciundum, vt Cebes alterius ſectæ meminiſſet. Sed reſcribendum eſt; οἱ δὲ περὶ πάθη. τί καί; οἱ δὲ Κρητικοὶ, καὶ ὅσοι ἄλλοι. Alios dicit Cebes *Hedonicos*, alios totos περὶ πάθη. *Quid etiam?* inquit; οἱ δὲ Κρητικοί. De iis omnibus in vniuerſum, quos prius recenſuit, iſta dicuntur, cum ſale Comico: nam Κρητίζειν eſt ψεύδεσθαι καὶ ἀπατᾶν. Dicũtur igitur omnes iſti Κρητίζειν, id eſt, ἀντὶ πάντων τῶν ἀριστέων ἑαυτοὺς προστάξαι, ſiue eſſe Κρητικοὶ, quod optime in iſtos quadrat, quos hoc ipſo Dialogo obſeruat Cebes προσέχειν καὶ προσποιεῖσθαι ἐπίστασθαι ἃ οὐκ

Digitized by Google

εἰδῶσιν. Animaduerſione quoque noſtrâ digna ſunt iſta, quæ eodem Dialogo leguntur: *ἀλλὰ τί κελεύει ὁ Δαιμόνιον αὐτοὺς λαβεῖν παρὰ τῆς Ψευδοπαιδείας; Ταῦτα ἃ δοκεῖ εὔχρηστα εἶναι· Ταῦτ' οὖν τίνα ἐστί; γράμματα, ἔφη, καὶ τῶν ἄλλων μαθημάτων, ἃ καὶ Πλάτων φησὶν ὡσπερεὶ χαλινοῦ τινὸς δύναμιν ἔχειν τοῖς νέοις, ἵνα μὴ εἰς ἕτερα περισπῶνται.* Nam quæ hîc adferuntur è Platone, non ſunt à Cebetis manu, ſed alicuius è curioſis, qui ad oram ſui codicis proculdubio adſcripſerat iſta: *ἃ καὶ Πλάτων φησὶν ὡσπερεὶ χαλινοῦ τινος δύναμιν ἔχειν τοῖς νέοις, ἵνα μὴ εἰς ἕτερα περισπῶνται.* Quæ poſtea ab imperito librario in ipſum Cebetis contextum ſunt intruſa: itaque expungenda ſunt; neque enim veriſimile eſt Platonem hic à Cebete laudari, cùm videatur Plato fuiſſe. Cebete paullo minor, & quod caput eſt, quia Platonis hæc verba planè aduerſantur Cebetis doctrinæ, quam in ſequentibus expreſſit: *πότερον οὐδὲν προέχουσιν οὗτοι οἱ Μαθηματικοί, πρὸς ὃ βελτίους γενέσθαι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων; πῶς μέλλουσι προέχειν, ἐπειδὴ φαίνωνται ἠπατημένοι περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, καὶ ἔτι κατεχόμενοι ὑπὸ πάσης κακίας; οὐδὲν γὰρ κωλύει εἰδέναι μὲν γράμματα, καὶ κατέχειν τὰ μαθήματα πάντα, ὁμοίως δὲ μέθυσον καὶ ἀκρατῆ εἶναι, καὶ φιλάργυρον, καὶ ἄδικον, καὶ προδότην, καὶ τὸ πέρας ἄφρονα. ἀμέλει τοιούτους πολλοὺς ἐστιν ἰδεῖν.* Non igitur idem cum Platone, nempe *τὰ μαθήματα ὡσπερεὶ χαλινοῦ τινος δύναμιν ἔχειν τοῖς νέοις, ἵνα μὴ εἰς ἕτερα περισπῶνται*, ſentiebat Cebes; quanquam tanquam inutilia omnino non eſſe docet: *πότερον δὲ ἀνάγκη ταῦτα λαβεῖν, εἰ μέλλοι τις ἥξειν πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν, ἢ οὔ; ἀνάγκη μὲν οὐδεμία, ἔφη. χρήσιμα*

μέντοι

Digitized by Google

μέν τοι ἐστί· πρὸς δὲ τὸ βελτίους γενέσθαι οὐδὲν συμβάλλεται ταῦτα, οὐδὲν ἄρα λέγεις ταῦτα χρήσιμα εἶναι πρὸς τὸ βελτίους γενέσθαι τοὺς ἄνδρας; ἔστι γὰρ καὶ ἄνευ τούτων βελτίους γενέσθαι· ὅμως δὲ οὐκ ἄχρηστα κἀκεῖνά ἐστιν. ὡς γὰρ δι᾽ ἑρμηνέως συμβαλλόμεθα τὰ λεγόμενά ποτε, ὅμως μέν τοι γε οὐκ ἄχρηστον ἦν καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς τὴν φωνὴν ἀκριβεστέραν ἔχειν, ἄν τι συνήκαμεν· οὕτω καὶ ἄνευ τούτων τῶν μαθημάτων οὐδὲν κωλύσει γενέσθαι. Atque ex his pendent Chalcidij verba (eò enim alludunt) extremo Commentario in Timæum Platonis: *Etenim, qui aderant omnes, erant inſtructi pręcipuis doctrinis, quas ingenuas diſciplinas appellauit: propterea quod à pueris ætas illa ijs veluti principijs altioris doctrinę, & tanquam gradibus, imbuebatur, geometricâ, muſicâ, arithmeticâ, aſtronomiâ. De quibus Cebes pronuntiauit. Si quidem Philoſophiæ cauſſa diſcantur, vt per eas, tanquam gradibus, ad ſummum culmen Philoſophię perueniatur, operę pretium eſſe. Si ſine Philoſophia, plenę tamen dignitatis eſſe tamen fundamenta, imperfectæ licet eruditionis.* Quibus in verbis lapſus eſt Chalcidius, & prætereà leuiter corrupit atque luxauit librarius. Reſcribendum conijciebamus, *Si quidem Philoſophiæ cauſſa diſcantur, vt per eas, tanquam gradibus, ad ſummum culmen Philoſophiæ perueniatur, operæ pretium eſſe. Si ſine Philoſophia, planæ dignitatis: tamen eſſe fundamenta imperfectæ licet eruditionis.* Optimè iſta conueniunt & paria faciunt cum his Cebetis: οἱ ἐν τῷ δευτέρῳ περιβόλῳ (nempe Μαθηματικοὶ, vt appellat) προσποιοῦνται ἐπίστασθαι, ἃ οὐκ οἴδασιν ἕως δ᾽ ἂν ἔχωσι ταύτην τὴν δόξαν, ἀκινήτους αὐτοὺς ἀνάγκη εἶναι, πρὸς δὲ ὁρμὰν, πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν, εἶτα δὲ ἕτερον

οὐχ ὁρᾷς, ὅτι καὶ αἱ δόξαι ἐκ τοῦ πρώτου περιβόλου εἰσπορεύονται πρὸς αὐτοὺς ὁμοίως. Quamdiu igitur conſiſtunt Mathematici ἐν τῷ δευτέρῳ περιβόλῳ, nec [illegible]dunt vlterius ad Philoſophiam τὴν ἀληθινὴν παιδείαν, pretium harum diſciplinarum eſt πλαίου δόγματος, id eſt, interprete Chalcidio, *planæ dignitatis*; Addit tamen iſta eſſe fundamenta eruditionis, vt vt imperfecta ſit, quod omnino verum eſt.

Plutarchus emendatus, itemque Callimachus apud eundem. Pragora *locus vineis conſitus.* *Euemeri opus de Dijs.*

CAPVT V.

DENSISSIMAS offudit tenebras leue mendum i[illegible]re leui & iocoſa Byzantini verbis apud Plutarchum L. περὶ φιλοτιμίας. Locus hic eſt: Βυζάντιόν τινα λέγουσιν ἐπὶ δυσμόρφῳ γυναικὶ μοιχὸν ἁλόντα εἰπεῖν, ὦ ταλαίπωρε, τίς ἀνάγκη, σαπραγόρα προῖξ, ἄγε σὺ κυχᾷς, ὑφάπλοις. Facile videre eſt, Byzantinum illum, cuius verba hic refert Plutarchus, vxorem duxiſſe deformem, ſed cum luculenta dote. Cùm autem in vxore adulterum deprehendiſſet, adultero dixit, vt quidem emendandum conijcimus: ὦ ταλαίπωρε, τίς ἀνάγκη σα, πραγόρα προῖξ· ἄγε σὺ κυκᾷς ὑφ' ἁπλοῖς. O miſer, inquit, quæ tua eſt calamitas! dos Pragora eſt: Age tu, (corripientis eſt) cocetum tibi temperas pharmacis. Senſus eſt, quod ego vxoris re agam, ago auctoratus ampla dote: Dotem enim comparat

Pragoræ, loco vineis, vt videtur, conſito, qui forte erat in illo Byzantij tractu, vbi naſcebatur generoſum vinum, de quo Heſychius, Πραγορείτης, οἶνός τις. Mihi igitur dos, tanquam *Pragora* generoſum vinum, ſuppeditat amplas facultates; atque propter hanc cauſſam ego eam vxorem duxi, tu verò cùm inde nihil lucri conſequaris, quia in deformi femina tuam fatigas ætatem, cocetum tibi ipſe pharmacis, ὑφ' ἀπλοῖς, Heſychius, ἀπλά,' φάρμακα, temperas. Apud eundem Plutarchum L. I. περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς Φιλοσόφοις, cap. VII. cuius lemma eſt τίς ἐστιν ὁ θεός, Callimachi Poëtæ verſus leguntur non ſatis emendati: ἔνιοι τῶν Φιλοσόφων, καθάπερ Διαγόρας ὁ Μήλιος, καὶ Θεόδωρος ὁ Κυρηναῖος, καὶ Εὐήμερος ὁ Τεγεάτης, καθόλου φασὶ μὴ εἶναι θεούς. τὸν δὲ Εὐήμερον καὶ Καλλίμαχος ὁ Κυρηναῖος αἰνίττεται ἐν τοῖς Ἰάμβοις, γράφων·

Εἰς δ' περ' τείχευς ἱερὸν ἀλέες δεῦτε,
Οὗ τὸν πάλαι χαλκέον ὁ πλάσας Ζᾶνα,
Γέρων, διαζῶν ἄδικα βιβλία ψύχει.

Ταῦτ' ἐστι τὰ περὶ τοῦ μὴ εἶναι θεούς. Sed corruptus eſt locus: Nam Euemerus non erat Deorum plaſtes: imò potius euerſor numinis illorum. Euemerus quippe è titulis & inſcriptionibus ſacris, quæ in antiquiſſimis Templis habebantur, probabat eos, qui Dij habentur, homines fuiſſe, & ſupremum obiiſſe diem; vt auctor eſt Lactantius *Inſtitutionum* Diuinarum L. I. cap. XI. & L. *de Jra Dei*, cap. XI. Emendandum itaque ſuſpicor;

Εἰς τὸ περ' τείχευς ἱερὸν ἀλέες δεῦτε,
Οὗ τὸν πάλαι χαλκέον, οὐ πλάκας, Ζᾶνα,

Γέρων ἀλαζὼν ἄδικα βιβλία ψύχει.

Quibus verbis ſignificat Callimachus Euemerum edidiſſe libros nefandos, nempe antiquiſſimi Iouis Triphilij ex ære ſimulacri titulum atque inſcriptiones, τὸ πάλαι χαλκεῖον Ζᾶνα καὶ πλάκας appellat.

Tertullianus emendatur. Epicureorum voluptas ſeuera: eorundem ἀπραγξία. ampla negotia.

Caput VI.

NEGAT Tertullianus *Apologetici* cap. XXXIX. Chriſtianis quicquam eſſe commercij cum Ethnicorum voluptatibus, vbi iſta leguntur in prima Beati Rhenani editione: *Sed reprobamus quæ placent vobis, nec vos noſtra delectant. Sed licuit Epicureis aliquam decernere voluptatis veritatem, id eſt, animi æquitatem, & ampla negotia.* Corrupta iſta ſunt. Adferunt Viri eruditiſſimi è ſuis Libris: *Sed licuit Epicureis aliquam decernere voluptatis veritatem, ἀπραγξίαν καὶ ἀπραγξίαν, id eſt, animi æquitatem, & à publicis negotijs requiem.* Nullus quidem dubito, atteſtantibus tot eruditiſſimis viris, deeſſe voces Græcas, quas ſupplent è veteribus codicibus: ſed nullo modo ferre poſſumus hanc lectionem, *& à publicis negotijs requiem*, quæ nimium recedit à prima Beati Rhenani editione, *& ampla negotia.* Tuetur Chriſtianorum, quibus Romanorum voluptates non placebant, factum Tertullianus, exemplo Romanorum ipſorum, quos nec Chriſtianorum voluptates delectabant, & præterea Epicureorum exemplo, qui diſciplinam, *volupta-*

riam quidem illam, ſed non *mollem*, non *delicatam* ſequebantur. Reſcribendum igitur nobis videbatur: *Sed licuit Epicureis aliquam decernere voluptati ſeueritatem, ἀταραξίαν καὶ ἃ πράξοιεν, id eſt, animi æquitatem, & ampla negotia.* Dicit Epicureos aliquam decreuiſſe voluptati ſeueritatem, quod certè verum eſt: Seneca. *Voluptas illa Epicuri ad paruum & exile reuocatur, & quam nos virtuti legem dicimus, eam ille dicit Voluptati: iubet illam parere naturæ.* M. Tullius L. I. *de Finibus Bonorum & Malorum*, cap. XI. *Nunc autem explicabo, Voluptas ipſa, quæ, qualiſque ſit, vt tollatur error omnis imperitorum: intelligaturque ea, quæ voluptaria, delicata, mollis habeatur diſciplina, quàm grauis, quàm continens, quàm ſeuera ſit: non enim hanc ſolam ſequimur, quæ ſuauitate aliqua naturam ipſam mouet, & cum iucunditate quadam percipitur ſenibus, ſed maximam illam voluptatem habemus, quæ percipitur, omni dolore detracto.* Vides quare dixerit Tertullianus, Epicureos aliquam decreuiſſe *voluptati ſeueritatem.* Quæ ſit autem ea *ſeueritas,* in ſequentibus explicat: *id eſt,* (nam τὸ, *id eſt*, referendum videtur, ſi fidem primæ editionis, quæ Græca non habet, ſequimur, ad τὸ *ſeueritatem,* alioqui, ſi Græca adſcribas, ad ea referetur.) *animi æquitas, & ampla negotia.* Appellat Tertullianus *animi æquitatem,* τὴν ἀταραξίαν, qua conſequuntur, vt ſine cura metuque viuant, idque ſapientiæ beneficio. Audiamus Torquatum Epicureum apud Ciceronem loco laudato: *Quam autem dicam Voluptatem, iam videtis, ne inuidia verbi labefactetur oratio mea. nam cùm ignoratione rerum bonarum, & ma-*

larum maximè hominum vita vexetur, ob eumque errorem & voluptatibus maximis ſæpe priuentur, & prauiſſimis animi doloribus torqueantur. ſapientia eſt adhibenda, quæ & terroribus cupiditatibuſque detractis, & omnium falſarum opinionum temeritate derepta, certiſſimam ſe nobis ducem præbeat ad voluptatem. Sapientia enim eſt vna, quæ mœſtitiam pellat ex animis, quæ nos exhorreſcere metu non ſinat, qua perceptrice, in tranquillitate viui poteſt, omnium cupiditatum ardore reſtincto. Quæ autem ſint *ampla negotia*, quæ Epicurei decreuerint voluptati, ea ſunt, vt ibidem docet Torquatus, *Temperantia, Fortitudo*, atque *Juſtitia*, vnde concludit Epicuri ipſius verbis: *Non poſſe iucundè viui, niſi ſapienter, honeſtè, iuſtéque viuatur; nec ſapienter, honeſtè, iuſtè, niſi iucundè.*

Ariſtoteles lib. II. Phyſic. emendatus & illuſtratus.

CAPVT VII.

EXPENDENDVS eſt Ariſtotelis locus è lib. II. Phyſic. cap. V. vbi agit de *fortuna & caſu*: νῦν δὲ τοῦτο ἔστω φανερὸν, ὅτι ἄμφω ἐν τοῖς ἕνεκά του ἐστίν. οἷον ἕνεκα τοῦ ἀπολαβεῖν ἀργύριον, ἦλθεν ἂν κομισόμενος τὸν ἔρανον, εἰ ᾔδει· ἦλθε δὲ οὐ τούτου ἕνεκα, ἀλλὰ συνέβη ἐλθεῖν, καὶ ποιῆσαι τοῦτο, τοῦ κομίσασθαι ἕνεκα· τοῦτο δὲ οὔθ᾽ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ φοιτῶν εἰς τὸ χωρίον, οὔτ᾽ ἐξ ἀνάγκης. Verba hæc ita interpretatur Philoponus: ὅτι ἐν τοῖς ἕνεκά του ἡ τύχη, καὶ τὸ αὐτόματον, αὐτὰ οὐκ ὄντα ἕνεκά του, δείκνυσιν. ὅτι μὲν οὖν οὐκ εἰσὶν ἕνεκά του ἡ τύχη, καὶ τὸ αὐτόματον, δῆλον, οὐ γὰρ δεδήλω-

σμένου κομιζομένου τὸν ἔρανον, εἰ ᾔδει ὁ χρεωστούμενος, ἦλθεν ἂν ἐπὶ τούτῳ, οὐκ ἦλθε δὲ ἐπὶ τούτῳ, ἀλλ' ἐπειδὴ προσῆλθε μετὰ τοῦ λούσασθαι ἕνεκα, ἀπέλαβε δὲ τὸ ἀργύριον περιτυχὼν τῷ δεδανεισμένῳ, ἤτοι κομιζομένῳ τὸν ἔρανον, λέγεται αἴτιον, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ, ἀπολήψεως ἡ ἐπὶ τὸ λοῦσθαι πρόσοδος, τὸ δὲ κομιζομένου γράφεται, καὶ Κομισόμενος, μέλλοντος, ἵνα ἐπὶ τοῦ χρεωστουμένου ᾖ. μᾶλλον δὲ τὸ πρότερον. Philoponi interpretationem lectionémque ſecutus Vir Incomparabilis, pronunciat Latinos Interpretes nec certam interpretationem, ac ne veram quidem lectionem vidiſſe; illa verba, ἦλθεν ἂν κομιζομένου τὸν ἔρανον, ſignificant veniſſe creditorem ad debitorem ſuum, cùm debitor ab amicis *eranum*, hoc eſt, pecuniam *erani* nomine collectam auferret. Sed interpretationem ſuam nobis non probat Vir maximus: Nam legendum eſt κομισόμενος, vel, ſi mauis, κομιζόμενος, ita vt ad creditorem ipſum (ſi tamen de creditore ageretur, quod verum non eſt,) non ad debitorem referatur. euincunt quæ immediatè ſequuntur, ἔστι δὲ τὸ τέλος ἡ κομιδὴ, οὐ τῶν ἐν αὐτῷ αἰτίων, ἀλλὰ τῶν προαιρετῶν, καὶ ἀπὸ διανοίας· καὶ λέγεταί γε τότε ἀπὸ τύχης ἐλθεῖν. εἰ δὲ προελόμενος, καὶ τούτου ἕνεκα, ἢ ἀεὶ φοιτῶν, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ κομιζόμενος, οὐκ ἀπὸ τύχης. Vbi vides τὸ κομιζόμενος dici de eo, qui venit, & illi τὴν κομιδὴν attribui. Præterea aliquid vitij latet in his verbis, εἰ ᾔδει, & χωρίον. Nam quod ad poſteriorem hanc vocem attinet, certum eſt ex ſequentibus, deſignari locum aliquem, in quo coactus eſſet hominum cœtus: καὶ τοῦ ἐλθόντα κομίσασθαι τὸ ἀργύριον, μὴ τούτου ἕνεκα ἐλθόντα, ἄπειρα τὸ πλῆθος· καὶ γὰρ ἰδεῖν τινα βουλόμενος, καὶ

διώκων, καὶ θεασόμενος, καὶ φθάνων. Vides locum eſſe, in quo ſpectaculum aliquod ederetur; ideóque eò veniſſe, vel ſpectandi gratiâ, vel aliquem conueniendi cauſsâ, vel vt ipſe fugiens in turba lateret, aut aliquem, qui eò confugerat, vt lateret, deprehenderet. Illa verò verba: εἰ ἤδη, ſignificant aliquid ei, qui in hunc locum venerat, agendum eſſe, vt pecuniam reportet, ita interpretatur Ariſtoteles ipſe in ſequentibus, ἀλλὰ συνέβη ἐλθεῖν, καὶ ποιῆσαι τοῦτο, οὗ κομίσασθαι ἕνεκα. Quare ita emendandum eſſe Philoſophi locum coniiciebamus: ἦλθεν ἂν κομισόμενος τὸν ἔρανον, εἰ ἤδη. ἦλθε δὲ, οὐ τούτου ἕνεκα, ἀλλὰ συνέβη ἐλθεῖν, καὶ ποιῆσαι τοῦτο, οὗ κομίσασθαι ἕνεκα· τοῦτο γ', οὐδ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ φοιτῶν εἰς τὸ χορεῖον, οὔτε ἐξ ἀνάγκης. Conueniebant Muſici homines εἰς τὸ χορεῖον, ibique choreæ agitabantur, & cantabatur. Cantori propoſitum erat præmium. Contigit aliquem venire eò alicuius alterius rei gratiâ, non cantandi cauſsâ, qui tamen non eò ſolebat ſæpe venire, neque item ſæpe cantare, quo poſſet præmium reportare: cùm autem eò veniſſet, inuitatus ſpe reportandi præmij, cantauit, atque ita pecuniam reportauit. An non hic ſit verborum Ariſtotelis ſenſus, eruditorum eſto iudicium.

Titulus

Titulus Librorum Ariſtotelis Φυσικῶν κατὰ στοιχεῖον *apud Diogenem Laërtium illuſtratus; eorum fragmenta quædam ſuperſunt.*

Capvt VIII.

Recenset Diogenes Laërtius in Catalogo Librorum Ariſtotelis, φυσικῶν κατὰ στοιχεῖον ὀκτὼ πρὸς τοῖς τριάκοντα. Viro Incomparabili hîc hæſit aqua: nihil tamen mutat. Laërtius forte ſcripſerat, κατὰ στοιχεῖον κλ'. Sic in Catalogo Librorum Theophraſti, Νόμων κατὰ στοιχεῖον κδ'. Numerorum notas paſſim eſſe corruptas nemo ignorat. Verùm nihil hîc eſt mutandum, ſed longè aliò trahimus epigraphen horum Librorum triginta octo. Φυσικῶν nomine intelligit eos Philoſophos, quos appellat Ariſtoteles L. I. Φυσικῆς ἀκροάσεως, τοὺς Φυσικούς, quales fuerunt Anaximander, Empedocles, Anaxagoras, Democritus, alij. Horum Philoſophorum, quos *Phyſicos* indigetat, ſcita atque decreta his triginta & octo Libris, deſcripſerat, vt nobis videtur, atque refutauerat Philoſophorum maximus, ſingulos ſuo quemque Libro, ordine inſtituto, non ex ætatis, qua fuerunt, ratione, ſed ex literarum nominis cuiuſque ſerie *alphabetica.* Ita primi Libri huius voluminis aſſignabantur ijs Philoſophis *Phyſicis*, quorum nomina incipiebant à litera A, vt Anaxagoras, Anaximander, Anaximenes, atque ita de reliquis κατὰ στοιχεῖον, ordine nominum *alphabetico*, & ſecundum literarum nomi-

nis cuiuſque illorum ſeriem: Atque ex his Libris tres, hodie, ſiue potius eorum fragmenta, ſupereſſe videntur, ſcilicet περὶ Ξενοφάνους, περὶ Ζήνωνος, περὶ Γοργίου.

De Metaphyſicorum *Librorum Ariſtotelis ordine: Ariſtoteles non ſemel & Laërtius illuſtrati. Cicero emendatus.*

Capvt IX.

Controversia eſt agitata inter eruditiſſimos viros veteres & recentiores Ariſtotelis Interpretes, de numero ac ſerie Librorum Ariſtotelis, qui vulgo *Metaphyſici* inſcribuntur: qua de re noſtras ſuſpiciones huic mandabimus chartæ, ne omnino pereant. Nuperus operum Ariſtotelis editor, vir eruditiſſimus, quatuordecim recenſet Libros *Metaphyſicos:* ſed eorum Librorum ſeriem ordinemque, vel temporum iniuriâ, vel Interpretum incuriâ, mutatum eſſe & miſerè perturbatum, facilè adducitur vt credat. Duos igitur Libros tertiumdecimum & quartumdecimum, qui hactenus poſteriores ſunt habiti, & de *Ideis* atque *Numeris* agunt, diſponi debere contendit ad hunc modum, vt ante eum, qui vulgo vndecimus ſtatuitur, reponantur: Eius argumenta huic firmandæ ſententiæ in *Synopſi* legantur: nos aliò properamus. Scripſit Ariſtoteles Libros plurimos, qui τῆς πρώτης φιλοσοφίας, id eſt, *Metaphyſicæ*, vt vocant, fuerunt. Eos omnes Li-

bros recentiores appellarunt τὰ μετὰ τὰ Φυσικά, & in vnum faſcem coniecerunt, inſtituto, quem libitum eſt inſtituere, illorum ordine, non certè pro Ariſtotelis mente, neque obſeruata temporis, quo illi Libri ab Ariſtotele ſunt conſcripti, notatione: Non enim in vnum conjecit volumen vir ſummus Libros illos, qui erant τῆς πραγματείας τῆς πρώτης Φιλοσοφίας, aut inſcripſit vnquam τὰ μετὰ τὰ Φυσικά. Sed vario tempore ſcripſit & quoſdam præmiſit, qui peſſimè, meo quidem iudicio, ceteris ſunt inſerti ab ijs, qui hos Libros collegerunt, & digeſſerunt, præſcripta τὴν μετὰ τὰ Φυσικὰ epigraphe, quod facile, σὺν θεῷ δ' εἰπεῖν, probabimus.

Libri quidam ab Ariſtotele ſunt præmiſſi ceteris Libris, in quibus methodicè ea exſequitur, quæ propriè ſunt τῆς πρώτης φιλοσοφίας, quia Libris illis, qui ſcripti ſunt ἐν προθεωρείας μέρει, quædam adſeruntur, quæ faciunt ad τὴν τῆς πρώτης Φιλοσοφίας πραγματείαν, ſed præpoſterè ijdem Libri ceteris τῆς πρώτης Φιλοσοφίας permixti ſunt. Huius generis ſunt duo Libri, quintus ſcilicet, & decimus, vt iam à nobis eſt demonſtrandum. Quintus *Metaphyſicorum* Liber ſecundum vulgatam horum Librorum ſeriem, is eſt qui ab ipſo Ariſtotele inſcribitur περὶ τῶν ποσαχῶς λεγομένων, & recenſet Diogenes Laërtius in Librorum Ariſtotelis Catalogo: περὶ τῶν ποσαχῶς λεγομένων ἢ κατὰ πρόσθεσιν. Meminit Ariſtoteles huius Libri paſſim, & docet ante alios Libros, in quibus illius meminit, ſcriptum fuiſſe. Habes Libro VI. extremo: φανερὸν δ' ἐν οἷς διωρισάμεθα περὶ τοῦ ποσαχῶς λέγεται ἕκαστον, ὅτι

πολλαχῶς λέγεται τὸ ὄν. & Libri VII. primis verbis: Τὸ ὂν λέγεται πολλαχῶς, καθάπερ διειλόμεθα πρότερον ἐν τοῖς περὶ τοῦ ποσαχῶς. & eiuſdem libri VII. cap. X. πῶς μὲν οὖν ἔχει περὶ ὅλου καὶ μέρους, καὶ περὶ τοῦ προτέρου καὶ ὑστέρου εἴρηται. Libri VIII. cap. I. ὅτι μὲν οὖν λέγεται πολλαχῶς ἡ δύναμις, καὶ τὸ δύνασθαι, διώρισται ἡμῖν ἐν ἄλλοις. & cap. VIII. ἐπεὶ δὲ τὸ πρότερον διώρισται ὁσαχῶς λέγεται. Sed dices iſta tantum probare, ſcriptum fuiſſe hunc Librum ante ſextum, ſeptimum, & ceteros, qui ſequuntur, quod nemo negauit: itáque etiam iis præponitur. Verùm nihil horum concludit: ſcriptum fuiſſe ante quatuor primos Libros: Nos verò contra aſſerimus etiam ante hos quatuor primos Libros ſcriptum fuiſſe: Nam Libro decimo primore laudatur hic Liber, qui quintus numeratur, vt qui ante decimum ſcriptus eſſet: τὸ ἓν ὅτι μὲν λέγεται πολλαχῶς, ἐν τοῖς περὶ τοῦ ποσαχῶς διῃρημένοις εἴρηται πρότερον. Ergo ante decimum ſcriptus eſt hic Liber περὶ τοῦ ποσαχῶς.

Liber autem decimus ante ceteros omnes Libros Metaphyſicos, excepto quinto, ſcriptus eſt, idque liquidò probatur: Nam ſcriptus eſt ante Librum quartum: meminit enim, laudátque hunc Librum Ariſtoteles libro IV. cap. II. ὥστε φανερὸν ὅτι ἡ πρόσθεσις ἐν τούτοις ταὐτὸ δηλοῖ, καὶ οὐδὲν ἕτερον τὸ ἓν παρὰ τὸ ὄν. ἔτι δ' ἡ ἑκάστη οὐσία, ἕν ἐστιν οὐ κατὰ συμβεβηκός. ὁμοίως δὲ καὶ ὅπερ ὄν τι. ὥσθ' ὅσα περ τοῦ ἑνὸς εἴδη, τοσαῦτα καὶ τοῦ ὄντος ἐστί. περὶ ὧν τὸ τί ἐστι, τῆς αὐτῆς ἐπιστήμης τῷ γένει θεωρῆσαι. λέγω δ' οἷον περὶ ταὐτοῦ καὶ τοῦ ὁμοίου, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, καὶ τῶν τούτοις ἀντικειμένων. σχεδὸν δὲ πάντα ἀνάγεται

Digitized by Google

τἀναντία εἰς τὴν ἀρχὴν ταύτην. τεθεώρηται δ' ἡμῖν ταῦτα ἐν τῇ ἐκλογῇ τῶν ἐναντίων. καὶ τοσαῦτα μέρη φιλοσοφίας ἐστὶν, ὅσαι περ αἱ οὐσίαι. Liber hic appellatur ἡ ἐκλογὴ τῶν ἐναντίων, idémque eſt, qui in Catalogo inſcribitur apud Laërtium περὶ ἐναντίων: in quo diſputabat περὶ τοῦ ἑνὸς, καὶ ταὐτοῦ, καὶ τοῦ ὁμοίου, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, καὶ τῶν τούτοις ἀντικειμένων. Eadem autem habet, idemque argumentum exſequitur Liber, qui perperam decimus numeratur. Quare vnus idemque Liber eſt, qui decimus cenſetur, & qui ab Ariſtotele ἡ ἐκλογὴ τῶν ἐναντίων appellatur: quo in Libro ea tractabat Philoſophus atque generatim delineabat, quæ etiam poterant τοσαῦτα μέρη φιλοσοφίας εἶ(ναι), ὅσαι περ αἱ οὐσίαι. Quare etiam ea in hunc Librum conjecit Ariſtoteles, & retulit, vt ijs inſtitueretur, qui τῇ πρώτῃ φιλοσοφίᾳ operam erat daturus. Eodemque fine & priorem Librum περὶ τοῦ ποσαχῶς ediderat, ne huius diſciplinæ ſtudioſus τῶν πολλαχῶς λεγομένων homonymiâ detineretur. Hunc autem Librum περὶ ἐναντίων inuulgauerat Ariſtoteles ante editum quartum: ergo etiam ante ceteros omnes, excepto quinto, id eſt, τοῦ περὶ τοῦ ποσαχῶς. Et certè, ſi quis attentius perpendat, audebo dicere nullam ſeriem inter nonum Librum & hunc decimum, aut vndecimum, quicumque ille tandem ſit, inuentum iri. Atque hi duo ſunt Libri, quintus, atque decimus, περὶ τοῦ ποσαχῶς, & περὶ τῶν ἐναντίων, qui ab Ariſtotele ad informandum Metaphyſicum præmittuntur, tanquam huius ſcientiæ neceſſaria præcognita. Sequũtur Libri, qui ſunt maximè τῆς πραγματείας τῆς πρώτης φιλοσοφίας, de quo-

rum ordine iam à nobis, cum bono Deo, diſputandum eſt, vt etiam hac ratione veritas eorum, quæ diximus, aſſeratur, Librum decimum, ſi ante quartum editus ſit, etiam ante ceteros omnes huius πραγματείας editum fuiſſe. Inter ceteros Libros *Metaphyſicos* ſecundus extat, quem Græci appellant Αλφα τὸ ἔλαττον. is nullo modo cum primo aut tertio cohæret: Nam finis primi reſpondet ijs, quæ prima leguntur Libro tertio: ita enim concludit Librum primum Ariſtoteles: ὅσα δὲ περὶ τῶν αὐτῶν τούτων ἀπορήσειεν ἄν τις, ἐπανέλθωμεν πάλιν. τάχα γὰρ ἂν ἐξ αὐτῶν ἀπορήσαιμέν τι πρὸς τὰς ὕστερον ἀπορίας. Librum verò tertium his verbis auſpicatur: ἀνάγκη πρὸς τὴν ἐπιζητουμένην ἐπιστήμην ἐπελθεῖν ἡμᾶς πρῶτον, περὶ ὧν ἀπορῆσαι δεῖ πρῶτον, quæ optimè cum extremis verbis Libri primi coniunguntur. Eſt igitur Liber ſecundus, ſiue Αλφα τὸ ἔλαττον, inſertus inter primum & tertium, itaque eo gradu moueatur, primúmque occupet locum. Sed coniungendus eſt cum quarto, vt vnum tantum Librum conſtituant, qui is eſt, cuius epigraphe apud Laërtium legitur in Catalogo περὶ ἐπιστημῶν, α. Agit namque de indaganda veritate, & ſcientia inquirenda: (hæc habentur Libro ſecundo) deinde ſpeciatim diſputat de *Metaphyſica*, quam appellat ἐπιστήμην, ἣ θεωρεῖ τὸ ὂν ᾗ ὄν, καὶ τὰ τούτῳ ὑπάρχοντα καθ' αὐτό. idque exſequitur Libro, qui quartus numeratur: Atque ita optimè cohærent hi duo Libri, qui non-niſi vnus ſunt.

Primum autem fuiſſe Librum hunc, exceptis quinto, & decimo, probamus è verbis Ariſtotelis

Digitized by Google

L. III. cap. I ἔστι δὲ ἀπορία, πρώτη μὲν, περὶ ὧν ἐν τοῖς πεφροιμιασμένοις διηπορήσαμεν, πότερον μιᾶς ἢ πολλῶν ἐστιν ἐπιστημῶν θεωρῆσαι τὰς αἰτίας. Quæſtio hæc, inquit, à nobis adnotata eſt ἐν τοῖς πεφροιμιασμένοις, quæ prooemij vicem ſcripta ſunt ante hunc Librum, quem omnino coniunctum fuiſſe ab Ariſtotele cum primo liquet. Atqui primo Libro nihil horum habetur: verùm hæc dubitatio totidem pæne verbis legitur fine ſecundi: δῆλον ἔσται, καὶ εἰ μιᾶς ἐπιστήμης, ἢ πλειόνων τὰ αἴτια καὶ τὰς ἀρχὰς θεωρῆσαί ἐστι. Quare ſecundus Liber, qui vnicum tantum Librum περὶ ἐπιστημῶν cum quarto conſtituit, appellatur ab Ariſtotele τὰ πεφροιμιασμένα Libri tertij, ac proinde primi quoque, qui à tertio ſeiûgi nequit. Vnde neceſſariò ſequitur, Librum ſecundum & quartum, qui vnus eſt περὶ ἐπιστημῶν, præcedere Librũ primum & tertium: atq; ita optimè procedit Ariſtotelis methodus. Nam vbi diſputauit de indaganda veritate, quæ per ſcientias comparatur, ſpeciatimque egit de prima Philoſophia, atque docuit τοῦ ὄντος ᾗ ὂν τὰς πρώτας αἰτίας ληπτέον, ſubiicit Ariſtoteles Libros, qui primus & tertius numerantur, in quibus aduerſus veteres de principiis diſputat.

Argumentum enim Libri primi atque tertij, quos coniungendos eſſe diximus, eſt περὶ ἀρχῶν, vt videre eſt è Librorum lectione, itáque ipſe Ariſtoteles libro XI. cap. I. ὅτι μὲν ἡ σοφία περὶ ἀρχὰς ἐπιστήμη τίς ἐστι, δῆλον ἐκ τῶν πρώτων, ἐν οἷς διηπόρηται πρὸς τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων εἰρημένα περὶ τῶν ἀρχῶν. Meminit Laërtius in Catalogo vnius Libri de principiis, περὶ ἀρχῆς,

ᾱ. Exiſtimo hos eſſe Libros, ſed numerum eſſe corruptum, itaque repono, περὶ ἀρχῶν, ᾱ, β. Eo certè titulo hos Libros laudat Philoſophus libro XIII. cap. XII. ὃ δὲ καὶ τοῖς λέγουσι τὰς ἰδέας ἔχει τινὰ ἀπορίαν καὶ τοῖς μὴ λέγουσιν, καὶ κατ' ἀρχὰς ἐν τοῖς διαπορήμασιν ἐλέχθη πρότερον, λέγομεν νῦν. Putarunt Interpretes τὸ κατ' ἀρχὰς hîc ſignificare, *à principio*, ſed longè falſi ſunt, meâ ſententiâ: Nam τὸ κατ' ἀρχὰς nihil aliud ſignificat hîc, quàm Libros περὶ ἀρχῶν, quod genus loquendi vſitatiſſimum eſt Ariſtoteli; ita alibi, τοὺς κατὰ φιλοσοφίαν appellat, qui inſcribuntur περὶ φιλοσοφίας, paríque ratione, κατ' ἐνέργειαν, Librum περὶ ἐνεργείας. De quibus Libris nos infra, θεοῦ διδόντος, agemus. Erant igitur hi Libri & argumento, & epigraphe, περὶ ἀρχῶν, quos τὰ πρῶτα appellat Ariſtoteles L. XI. loco laudato, quia περὶ ἐπιστημῶν Liber Ariſtoteli τὰ πεφροιμιασμένα dicitur.

Abſolutâ περὶ ἀρχῶν diſputatione, quam concludit his extremis Libri tertij verbis, ὥστε ἔσονται ἀρχαὶ ἕτεραι πρότεραι τῶν ἀρχῶν καθόλου κατηγορούμεναι, αἳ περ μέλλῃ ἔσεσθαι αὐτῶν ἐπιστήμη. ſequitur commodè Liber ſextus, vbi inueſtigantur cauſſæ καὶ ἀρχαὶ πρότεραι καθόλου κατηγορούμεναι entis prout ens eſt. Prima verba Libri ſexti hæc ſunt, αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ αἴτια ζητεῖται τῶν ὄντων· δῆλον δὲ ὅτι ᾗ ὄντα. Sed Liber ſextus & ſeptimus coniungendi ſunt, vt vnum tantum Librum conſtituant. Habes auctorem Ariſtotelem, qui eorum omnium, quæ ſexto & ſeptimo Libro referuntur, ἀνακεφαλαίωσιν repræſentans L. VIII. primore, repræſentat tanquam vnius κεφάλαιον Libri: Verba Ariſtotelis

Ariſtotelis deſcribemus, vt etiam conſtet Librum octauum excipere Librum ſeptimum, & inter ſe cohærere: ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων συλλογίζεσθαι δεῖ, καὶ συναγαγόντας τὸ κεφάλαιον, τέλος ἐπιθεῖναι. εἴρηται δὴ ὅτι τῶν οὐσιῶν ζητεῖται τὰ αἴτια, καὶ αἱ ἀρχαί, καὶ τὰ στοιχεῖα. οὐσίαι δέ, αἱ μὲν ὁμολογούμεναί εἰσιν ὑπὸ πάντων· περὶ δὲ ἐνίων ἰδίᾳ τινὲς ἀπεφήναντο. ὁμολογούμεναι μὲν αἱ φυσικαί. ἰδίᾳ δέ τινες οὐσίας λέγουσιν εἶναι, τά τ' εἴδη καὶ τὰ μαθηματικά. ἄλλας δὲ δὴ συμβαίνει ἐκ τῶν λόγων οὐσίας εἶναι, τὸ τί ἦν εἶναι, καὶ τὸ ὑποκείμενον, &c. νῦν δὲ περὶ τῶν ὁμολογουμένων οὐσιῶν ἐπέλθωμεν. αὗται δ' εἰσὶν αἱ αἰσθηταί. Sequitur deinde liber nonus, vt omnino conſtat ex his primis eius verbis: περὶ μὲν οὖν τοῦ πρώτως ὄντος, καὶ πρὸς ὃ πᾶσαι αἱ ἄλλαι κατηγορίαι τοῦ ὄντος ἀναφέρονται, εἴρηται, περὶ τῆς οὐσίας. πάντα γὰρ ἔξει τὸν τῆς οὐσίας λόγον, ὥσπερ εἴπομεν ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις. ἔπει δὲ λέγεται τὸ ὄν, τὸ μὲν τὸ τί, ἢ ποιόν, ἢ ποσόν, τὸ δὲ κατὰ δύναμιν καὶ ἐντελέχειαν καὶ κατὰ τὸ ἔργον, διορίσωμεν καὶ περὶ δυνάμεως καὶ ἐντελεχείας. Titulos verò horum trium Librorum inueſtigemus: Sexti & Septimi, qui vnus tantùm ſunt, index eſt, meo iudicio, qui legitur apud Laërtium in Catalogo: περὶ εἰδῶν καὶ γενῶν, α΄. De his enim diſputatur hoc Libro, vt ex eius lectione oculato cuiuis patet. Nam agebat Logicè de ente ſiue ſubſtantia, & τὸ τί ἦν εἶναι inueſtigabat: habes libro VII. cap. IV. καὶ πρῶτον εἴπωμεν ἔνια περὶ αὐτοῦ λογικῶς, ὅτι ἐστὶ τὸ τί ἦν εἶναι ἕκαστον, ὃ λέγεται καθ' αὑτό. Sequentiũ duorum, octaui nempe & noni, epigraphæ leguntur apud Ariſtotelem in his primis Libri XIII. verbis: περὶ μὲν οὖν τῆς τῶν αἰσθητῶν οὐσίας, εἴρηται τίς ἐστιν, ἐν μὲν τῇ μεθόδῳ τῶν φυσικῶν περὶ τῆς ὕλης, ὕστερον δέ, περὶ τῆς

Digitized by Google

κατ' ἐνέργειαν. Nam his verbis deſcribit Ariſtoteles, quæ à ſe ſint tradita octauo, nonóque Libro. Epigraphe igitur Libri octaui fuit, περὶ τῆς ὕλης, & φυσικῶς inquirebat τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ αἴτια τῆς οὐσίας. Noni verò titulus eſt, περὶ ἐνεργείας. Non ignoramus laudari ab Ariſtotele Libro IX. Librum à ſe conſcriptum, cui titulus eſſet οἱ περὶ τῆς ἐνεργείας διορισμοί. Sed hic non eſt, cuius meminit Philoſophus libro XIII. imo hic ipſe Liber nonus.

Poſtquam ſatis ſupérque Libris iſtis, ſexto, ſeptimo, octauo, & nono, diſputatum eſt περὶ εἰδῶν καὶ ὕλης, itémque περὶ τῆς τῶν αἰσθητῶν οὐσίας, commodè accedit ad tractationem περὶ τῆς παρὰ τὰς αἰσθητὰς οὐσίας, χωριστῆς, ἀκινήτου, καὶ ἀϊδίου, qua de re ſequuntur Libri, tertiusdecimus, quartusdecimus, & duodecimus: Nam ita inſtituendum eſſe horum vulgatorũ Librorum ordinem optimè obſeruauit vir erudítiſſimus, & argumentis aliquot comprobauit; è quibus tamen illud nobis non poteſt probari, quod petitum eſt è verbis Ariſtotelis libro XIII. cap. III. Καὶ ἐπεί γε πολλῶν αἴτια φαίνεται ταῦτα (λέγω δὴ οἷον ἡ τάξις καὶ τὸ ὡρισμένον) δῆλον ὅτι λέγοιεν ἂν καὶ τὴν τοιαύτην αἰτίαν, τὴν ὡς τὸ καλὸν, αἴτιον τρόπον τινά. μᾶλλον δὲ γνωρίμως ἐν ἄλλοις περὶ αὐτῶν ἐροῦμεν. ac ſi releget Ariſtoteles ad caput VII. Libri XII. vulgati. Verùm pauca habentur capite illo VII. Libri XII. de iis, ita vt crediderim potius Ariſtotelem intelligere Librum, quem erat ſcripturus, & poſteà ſcripſit, περὶ καλοῦ. Præterea non poſſumus accedere ſententiæ viri doctiſſimi, qui exiſtimauit vulgatum vndecimum

Librum inſerendum eſſe inter vulgatum quartumdecimum & duodecimum: Nam, vt mittam Libros iſtos inter ſe non cohærere, nullam eſſe ἀκολουθίαν inter quartumdecimum, & vndecimum, nullam rurſum inter vndecimum & duodecimum, omnino huic ſententiæ aduerſatur Ariſtoteles. Primis enim Libri vulgati tertijdecimi verbis, vbi docuit Librum hunc, & duos ſequentes excipere Libros præcedentes, περὶ εἰδῶν καὶ γενῶν, α'. περὶ ὕλης, α'. καὶ περὶ ἐνεργείας, α'. addit, quodnam ſit argumentum atque materies eorum, ſed ne γρῦ quidem de argumento Libri vndecimi vulgati: En tibi verba fidei noſtræ liberandæ: περὶ μὲν οὖν τῆς τῶν αἰσθητῶν οὐσίας εἴρηται τί ἐστιν, ἐν μὲν τῇ μεθόδῳ τῇ τῶν φυσικῶν περὶ τῆς ὕλης, ὕστερον δὲ περὶ τῆς κατ' ἐνέργειαν. ἐπεὶ δὴ ἡ σκέψις αὐτὴ ἐστὶ, πότερόν ἐστι τις παρὰ τὰς αἰσθητὰς οὐσίας, ἀκίνητος καὶ ἀΐδιος, ἢ οὐκ ἔστι· καὶ εἰ ἔστι, τίς ἐστι, πρῶτον τὰ παρὰ τῶν ἄλλων λεγόμενα θεωρητέον, & quæ ſequuntur: in quibus vides, nihil de argumento vndecimi Libri, ſed tantùm de argumento tertiidecimi, in quo diſputat aduerſus Platonem de Ideis, quas volebat οὐσίας ἀκινήτους καὶ ἀϊδίους eſſe; item quartidecimi, qui totus eſt aduerſus Pythagoreos, è quorum ſententia numeri erât huiuſmodi οὐσίαι ἀκίνητοι καὶ ἀΐδιοι: denique duodecimi, in quo ſententiam ſuam exponebat Ariſtoteles; docebátque eſſe huiuſmodi οὐσίαν ἀκίνητον καὶ ἀΐδιον, eámque DEVM OPT. MAX. eſſe dicebat. Hunc ordinem quoque alibi confirmat, & docet Libros, qui de Ideis & Mathematicis tractant, ſcriptos à ſe eſſe poſt editum Librum octauum: nam

libro VIII. cap. I. iſta leguntur: περὶ δὲ τῶν ἰδεῶν καὶ τῶν μαθηματικῶν, ὕστερον σκεπτέον. Sed iſta de horum Librorum ordine hactenus. Argumentum eſt, vt prædiximus, περὶ τῆς οὐσίας παρὰ τὰς αἰσθητάς, χωριστῆς, ἀκινήτου, καὶ ἀϊδίου. Sed Libro tertiodecimo aduerſus Platonem diſputat Ideas non eſſe huiuſmodi ſubſtantias: idemque præſtat Libro quartodecimo aduerſus Pythagoreos, qui numeros ſuos huiuſmodi quoque ſubſtantias eſſe ſciſcebant. Atque his opinionibus profligatis, tandem Libro duodecimo huiuſmodi ſubſtantiam eſſe, eamque DEVM eſſe probat & concludit. Eratque iſtud maximè proprium argumentum primæ Philoſophiæ, quam hac de cauſſa *Theologicam* ſcientiam appellat Ariſtoteles: Vide Libro VI. cap. I. εἰ δέ τί ἐστιν ἀκίνητον καὶ ἀΐδιον καὶ χωριστόν, φανερὸν ὅτι θεωρητικῆς τὸ γνῶναι· οὐ μέντοι Φυσικῆς γε, οὐδὲ Μαθηματικῆς, ἀλλὰ προτέρης ἀμφοῖν, ἡ μὲν γὰρ Φυσικὴ περὶ ἀχώριστα μὲν, ἀλλ᾽ οὐκ ἀκίνητα· τῆς δὲ Μαθηματικῆς ἔνια περὶ ἀκίνητα μὲν, οὐ χωριστὰ δὲ ἴσως, ἀλλ᾽ ὡς ἐν ὕλῃ· ἡ δὲ πρώτη καὶ περὶ χωριστὰ καὶ ἀκίνητα· ἀνάγκη δὲ πάντα τὰ μὲν αἴτια ἀΐδια εἶναι, μάλιστα δὲ ταῦτα. ὥστε τρεῖς ἂν εἶεν Φιλοσοφίαι θεωρητικαὶ, Μαθηματικὴ, Φυσικὴ, Θεολογικὴ, οὐ γὰρ ἄδηλον, ὅτι εἴ που τὸ θεῖον ὑπάρχει, ἐν τῇ τοιαύτῃ φύσει ὑπάρχει· καὶ τὴν τιμιωτάτην δεῖ περὶ τὸ τιμιώτατον γένος εἶναι. εἰ δὲ ἐστί τις οὐσία ἀκίνητος, αὕτη προτέρα καὶ Φιλοσοφία πρώτη. καὶ καθόλου οὕτως ὅτι πρώτη. Quare etiam tres iſti Libri, tertiusdecimus, quartusdecimus, atque duodecimus, inſcripti ſunt ab Ariſtotele περὶ Φιλοσοφίας, quorum meminit Laërtius in Catalogo, & tres numerat, περὶ Φιλοσοφίας, α΄, β΄, γ΄. Certè hoc titulo hos

Libros laudat Ariſtoteles ipſe libro I. Ethicorum ad Eudemum cap. VIII. ἐπέσκεπται δὲ πολλοῖς περὶ ἰδέας τρόποις, καὶ ἐν τοῖς Ἐξωτερικοῖς λόγοις, καὶ ἐν τοῖς κατὰ Φιλοσοφίαν. Hîc meo iudicio, οἱ κατὰ Φιλοσοφίαν λόγοι ſunt Libri περὶ Φιλοσοφίας, nempe tertiuſdecimus, quartuſdecimus, & duodecimus. Libro autem tertiodecimo ex profeſſo de Ideis agit, & aduerſus Platonem diſputat: Quanquam etiam ſpeciali Libro, qui inſcribebatur περὶ Ἰδέας, & cuius in Catalogo meminit Diogenes, aduerſus Platonem de iis diſputabat, quemadmodum etiam πρὸς τοὺς Πυθαγορείους Librum fecerat atque inſcripſerat etiamſi aduerſus Pythagoreos Libro quartodecimo diſputet. Titulum hunc περὶ Φιλοσοφίας validè his libris adſtruit M. Tullius L. I. de Natura Deorum: *Ariſtoteles quoque in tertio* de Philoſophia *Libro multa turbat, à magiſtro Platone vno diſſentiens: modó enim* menti *tribuit omnem diuinitatem: modò* mundum *ipſum Deum eſſe dicit: modo quendam alium præficit mundo, eique eas partes tribuit, vt replicatione quadam mundi motum regat, atque tueatur: tum* cœli ardorem *Deum dicit eſſe, non intelligens, cælum mundi eſſe partem; quem* alio loco *ipſe deſignarit Deum. Quomodo autem cæli diuinus ille ſenſus in celeritate tanta conſeruari poteſt? vbi deinde* illi tot Dij*, ſi numeramus etiam cælum Deum? Cùm autem ſine corpore idem vult eſſe Deum, omni illum ſenſu priuat, etiam prudentia. Quo porrò modo mundus moueri carens corpore, aut quomodo ſemper ſe mouens, eſſe quietus, & beatus poteſt?* Non ignoramus viros erudititiſſimos ex his Ciceronis

colligere verbis, Libros *de Philoſophia* Ariſtotelis eſſe in rebus, & periiſſe: Nam etiamſi pauca aliqua, quæ hic à Cicerone referuntur Ariſtoteli dicta, legantur L. XII. *Metaphyſicorum*, pleraque tamen pars ibidem non extant: non enim in *Metaphyſicis* docet *mundum*, aut *cœli ardorem* eſſe Deum. Verùm nos non in ea ſumus ſententia, vt credamus, quæcumque hic Cicero memorat ab Ariſtotele dicta de *Deo*, neceſſe eſſe haberi & legi *in tertio de Philoſophia Libro*; neque certè id docet Cicero: imò potius, notat inconſtantiæ Ariſtotelem M. Tullius, quod ea quæ de *Deo* alibi ſcripſerat, *in Libro de Philoſophia tertio* tollat. Nam quod *mundum* deſignauerat Deum Ariſtoteles, factum id ab illo fuerat, non *in tertio de Philoſophia Libro*, ſed *alio loco*, vt loquitur M. Tullius: Itaque *in Libro de Philoſophia tertio* à ſeipſo diſſentiebat Ariſtoteles, itemque à Platone magiſtro: non enim à ſolo Platone diſſentiebat, ſed etiam à ſeipſo. Quare non dubitamus legendum eſſe apud Ciceronem: *Ariſtoteles quoque* in tertio de Philoſophia Libro *multa turbat, à magiſtro Platone* vna *diſſentiens.* Res autem ita ſe habet: *Alio loco*, quàm *tertio de Philoſophia Libro*, docuerat Ariſtoteles *mundum* ipſum *Deum* eſſe, tum etiam alibi *cœli ardorem* Deum eſſe: Quibus in rebus adſtipulatorem ſuæ ſententiæ Platonem magiſtrum habebat, qui, vt paullo ante ſcribit Cicero, *& in Timæo dicebat, & in Legibus, &* mundum *Deum eſſe, &* cœlum *& aſtra*, (hæc ſunt *cœli ardor*, vt infra, Deo dante, dicemus.) *& terram, & animos, & eos, quos maiorum inſtitutis*

accepimus. At vero *Libro de Philoſophia tertio* idem Ariſtoteles *menti omnem tribuebat diuinitatem*, atque *eam præficiebat mundo, eaſque partes ei tribuebat, vt replicatione quadam mundi motum regeret, atque tueretur.* Deinde *tot Deos numerabat, quot erant cœli Spheræ.* Denique *ſine corpore volebat eſſe Deum, quietum, & beatum:* quæ ſententia quoque Platonis erat: in ceteris verò huius doctrinæ capitibus & à Platone diſſentiebat, & ſua ipſe retractabat. Primò itaq; *mūdum ipſum Deum* dixerat *eſſe*, alibi verò *cœli ardorem Deum* dicit *eſſe:* in quo parùm cautè & negligenter feciſſe Ariſtotelem contendit M. Tullius: nam *cœlum mundi pars eſt, quem alio loco ipſe deſignauerat Deum*, inquit Cicero. Sed quis eſt hic *cœli ardor?* & vbinam *cœli ardorem Deum* dixit eſſe Ariſtoteles? Auctor libelli de Mundo iſta habet cap. II. ἧς τὸ ἀνώτατον θεοῦ οἰκητήριον, οὐρανὸς ὠνόμασται· πλήρης [ἐστὶ] ὢν σωμάτων θείων, ἃ δὴ καλεῖν ἄστρα εἰώθαμεν κινούμενος κίνησιν ἀΐδιον. Et paulò pòſt: οὐρανοῦ δὲ, καὶ ἄστρων, οὐσίαν μὲν αἰθέρα καλοῦμεν, οὐχ ὥς τινες, διὰ τὸ πυρώδη οὖσαν, αἴθεσθαι, πλημμελοῦντες περὶ τὴν πλεῖστον πυρὸς ἀπηλλαγμένην δύναμιν· ἀλλὰ διὰ τὸ ἀεὶ θεῖν κυκλοφορουμένην, στοιχεῖον οὖσαν ἕτερον τῶν τεττάρων, ἀκήρατόν τε καὶ θεῖον. Liber hic de Mundo Ariſtotelis non eſt: multa tamen ab Ariſtotele habet; teſtis eſt is, qui è Græco Latinum fecit, L. Apuleius: Huic libello labes aliqua acceſſit: nam priora, quæ deſcripſimus, ita vertit Apuleius: *Vltra Deorum domus eſt, quod vocamus cœlum: quod quidem diuinis corporibus onuſtum videmus, ignibus pulcherrimis & perlucidis Solis & Lunæ, & reliquorum ſiderum, cum quibus*

fertur per orbem dierum noctiumque circulis, agens ſtellarum choros intermino lapſu, finem nullâ æui defectione facturâ. Nominat hic *ignes pulcerrimos & perlucidos Solis & Lunæ, & reliquorum ſiderum*, planè ex Ariſtotelis mente, qui auctore M. Tullio, hos ignes, quos appellat *cæli ardorem*, dicebat *Deos eſſe*: hæc tamen in Grecis non leguntur, & ijs, quæ paullò poſt habentur, & nos, iam ante è Græcis deſcripſimus, extantque in Apuleij codice, omnino aduerſantur. iſta autem ſunt: *Sed cælum ipſum, ſtellæque cæligeræ, omniſque ſiderea compago, æther vocatur: non (vt quidam putant) quod igneus ſit & incenſus, ſed quod curſibus rapidis ſemper rotetur: Elementum verò non vnum ex quatuor quæ nota ſunt cunctis, ſed longè aliud, numero quintum, ordine primum, genere diuinum & inuiolabile.* Igitur *æther* eſt, quem *cæli ardorem* vertit Tullius, id eſt, ignes illi incenſi aſtrorum atque ſyderum, quos *Deos* eſſe dicebat Ariſtoteles, teſte Tullio; hîc tamen negatûr æther igneus eſſe & incenſus, quia non ſolum Ariſtotelem ſequitur auctorem, ſed etiam Theophraſtum. Quod verò addit Cicero aduerſus Ariſtotelem: *quo porrò modo mundus moueri carens corpore, aut quomodo ſemper ſe mouens, eſſe quietus, & beatus poteſt?* præter ius & æquum facit: nam quãdo dicebat Ariſtoteles ſiue *mundum*, ſiue *cæli ardorem* Deum, non aſſerebat eſſe ἀσώματον. *Sine corpore* enim Deum eſſe dixit, quando ἀκίνητον eſſe docuit: Rurſum, quando docebat Ariſtoteles, Deum eſſe ἀκίνητον οὐσίαν, eundem non dicebat eſſe ſiue *mundum*, ſiue *cæli ardorem*, qui ſemper ſe mouet, & fertur per orbem intermino

mino

Digitized by Google

mino lapſu, finem nullâ æui defectione facturâ. Quę docet Cicero *tertio de Philoſophia Libro* ab Ariſtotele aſſeri, Deum *mentem* eſſe, mundo præfectum, cuius hæ ſint partes, vt replicatione quadam mundi motum regat atque tueatur: item *ſine corpore* Deum eſſe, quietum, & beatum, & tot Deos eſſe, quot ſunt cœli orbes. eadem habentur apud Ariſtotelem L. XII. vulgato *Metaphyſicorum*: Nam & νοῦς, id eſt, *mens* appellatur, cap. IX. & è præcedentibus capitibus hæc eius deſcriptio colligitur: ὁ θεός ἐστιν οὐσία ἀΐδιος, καὶ ἐνέργεια αὐτοῦ δυνάμεως καὶ ὕλης, ἀμεγέθης, ἀμερής, ἀδιαίρετος, ἀπαθής, ἀναλλοίωτος, καθ' αὑτὴν νοητός, πρῶτον κινοῦσα, ἀκίνητος, ἀρχὴ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς φύσεως, διαγωγῆς ἀρίστης καὶ ἡδίστης. Cap. VIII. vbi præmiſit, πότερον δὲ μίαν θετέον τὴν τοιαύτην οὐσίαν, ἢ πλείους, καὶ πόσας, δεῖ μὴ λανθάνειν, concludit tandem eſſe Deos, pro numero orbium cœleſtium: τὸ μὲν οὖν πλῆθος τῶν σφαιρῶν ἔστω τοσοῦτον· ὥστε καὶ τὰς οὐσίας, καὶ τὰς ἀρχὰς τὰς ἀκινήτους καὶ τὰς αἰσθητὰς, τοσαύτας εὔλογον ὑπολαβεῖν. Imponit verò Tullius, cùm argumentatur aduerſus Ariſtotelem, Deum *mentem* non eſſe, quia in tanta illius celeritate diuinus ſenſus non poteſt conſeruari; Deus autem ex Ariſtotelis ſententia mouetur: *Quomodo autem*, inquit, *cœli diuinus ille ſenſus*, id eſt, ὁ νοῦς, *in celeritate tanta poteſt conſeruari?* Sed quando dixit Ariſtoteles Deum eſſe *mentem*, eundem *cœlum*, ſiue *mundum* eſſe non dixit: imò potius hoc negauit, cùm illud aſſeruit: non igitur *cœli* erat *ſenſus*, ſed οὐσία χωριστὴ παρὰ τὰς αἰσθητὰς, vt appellat Ariſtoteles. Rurſum quando Deum eſſe *mentem* docuit, ἀκίνητον quoque eſſe pronunciauit: Quod ne-

gat item Cicero, tot Deos eſſe, quot cœli orbes ſunt, quia cœlum ipſum Deum numeramus ex Ariſtotelis ſententia, παραλογισμὸς quoque eſt. Nam tot Deos eſſe dixit Ariſtoteles, quot ſunt cœli orbes, non quãdo *cœlum*, ſiue *cœli ardorem*, aut *mundum* numerabat Deum, ſed quando dixit eſſe οὐσίαν παρὰ τὰς αἰσθητὰς χωριστήν. Denique cùm quietum aut beatum non eſſe poſſe ex Ariſtotelis ſententia edicit, quia ſemper ſe mouet, fallit Cicero: Non enim ἀκίνητον pronunciauit Ariſtoteles, quando eum eſſe *mundum*, aut *cœlum* ſtatuebat, ſed quando docuit eum eſſe οὐσίαν χωριστὴν παρὰ τὰς αἰσθητάς. Hactenus iſta fusè de laudabili Ciceronis loco, è quo manifeſtò liquet Librum duodecimum vulgatum *Metaphyſicorum* eſſe *Librum de Philoſophia tertium*, quem laudauit M. Tullius, cùm ea ipſa de Deo, quæ *tertio de Philoſophia Libro* haberi teſtatur Cicero, in vulgato duodecimo *Metaphyſicorum* legantur. Quare etiam qui præcedunt duo priores, nempe tertius decimus, & quartus decimus vulgati, ſunt *duo primi de Philoſophia*. Quam in rem argumentum aliud nobis miniſtrabit Ariſtoteles, qui hæc ſcribit Libro I. de Anima cap. II. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας λεγομένοις διωρίσθη, αὐτὸ μὲν τὸ ζῷον ἐκ τῆς τοῦ ἑνὸς ἰδέας, καὶ τοῦ πρώτου μήκους καὶ πλάτους, καὶ βάθους. τὰ δ' ἄλλα ὁμοιοτρόπως. &c. Exiſtimabat M. Antonius Muretus hos Ariſtotelis περὶ φιλοσοφίας Libros, eoſdem eſſe cum ijs, quibus titulus περὶ Τἀγαθοῦ. Sed longè fallebatur: Diſtinguuntur enim à Diogene Laërtio in Catalogo: Virum autem eruditiſſimum in errorem induxerunt, quæ Simplicius commenta-

tus eſt ad hæc verba: τὰ περὶ φιλοσοφίας νῦν λέγει, τὰ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς Πλάτωνος ἀναγεγραμμένα συνουσίας· ἐν οἷς ἱστορεῖ τάς τε Πυθαγορείους καὶ Πλατωνικὰς περὶ τῶν ὄντων δόξας. Non intellexit Vir politiſſimi ingenij, quid hîc nominet Simplicius τὸ ἀγαθόν. itaque putauit titulum eſſe Libri περὶ τοῦ ἀγαθοῦ. Imo verò τὸ ἀγαθὸν apud Simplicium hîc eſt ὃ ζῷον ἐκ τῆς τοῦ ἑνὸς ἰδέας, καὶ τοῦ πρώτου μήκους, καὶ πλάτους, καὶ βάθους, vt appellat Ariſtoteles, quod in Libris *Metaphyſicis* dixit τὴν οὐσίαν παρὰ τὰς αἰσθητὰς χωριστήν, ἀκίνητον, καὶ ἀΐδιον, quã putabat Plato eſſe τὴν τοῦ ἑνὸς ἰδέαν, miſcetque τὸ πρῶτον μῆκος, καὶ πλάτος, καὶ βάθος, vt conſtat è tertiodecimo *Metaphyſices* Libro, qui primus eſt eorum, quorum titulus περὶ φιλοσοφίας. Quare optimè obſeruatum à Simplicio, ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας ἱστορεῖ τάς τε Πυθαγορείους καὶ Πλατωνικὰς περὶ τῶν ὄντων δόξας, quod eſt omnino verum: Nam Libro tertiodecimo & quartodecimo *Metaphyſices*, qui duo ſunt primi è tribus περὶ φιλοσοφίας, agit è Platonis & Pythagoreorum ſententia Ariſtoteles περὶ τῆς οὐσίας παρὰ τὰς αἰσθητάς, χωριστῆς, ἀκινήτου, καὶ ἀϊδίου, quæ τῶν ὄντων omnium cauſſa eſt: Vnde colligere eſt, è Simplicij mente, Libros eos qui περὶ φιλοσοφίας inſcribuntur, illos eſſe, quos prædiximus è *Metaphyſicis*, nempe tertiumdecimũ, quartumque decimum; (vnde & de duodecimo, qui cum illis cohæret, & ternarium præſtat numerum, concludere licet) eſt quippe Librorum περὶ φιλοσοφίας hypotheſis, περὶ τῶν τε Πυθαγορείων καὶ Πλατωνικῶν περὶ τῶν ὄντων δοξῶν: idemque eſt Libri tertijdecimi, & quartidecimi *Metaphyſices* argumentum.

Poſtremus Liber extra ceterorum ordinem eſt, qui vulgo numeratur vndecimus, neque enim connexionem habet cum vllo præcedentium, aut ſequentium; ſed è prioribus repetit multa, totuſque verſatur in aſſerendis ijs, quæ docuit in prioribus Libris de *Scientia*. Quare exiſtimamus hunc Librum eum eſſe, qui recenſetur in Laërtij Catalogo, titulo ὑπὲρ ἐπιστήμης. Eſtque extra ceterorum Librorum huius πραγματείας ordinem, in quo ea probat, quæ in ſuperioribus περὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς ἐπιστήμης diſputata fuerant.

His ita conſtitutis, en indicem Librorum Ariſtotelis *Metaphyſicorum*, vt vocant, è noſtra ſententia digeſtorum in ordinem.

	Τὰ μετὰ τὰ φυσικά.	Libri Methaphysici.
I.	περὶ τῶν ποσαχῶς λεγομένων, α'.	V.
II.	ἡ ἐκλογὴ τῶν ἐναντίων, α'.	X.
III.	περὶ ἐπιστημῶν, α'.	II IV.
IV.	περὶ ἀρχῶν, α', β'.	I. III.
V.	περὶ εἰδῶν καὶ ἰδεῶν, α'.	VI. VII.
VI.	περὶ ὕλης, α'.	VIII.
VII.	περὶ ἐνεργείας, α'.	IX.
VIII.	περὶ φιλοσοφίας, α', β'. γ'.	XIII. XIV. XII.
IX.	ὑπὲρ ἐπιστήμης, α'.	XI.

Digitized by Google

Quando ſcripta, & cui inſcripta Ariſtotelis Ethica Nicomacheia : Diogenes Laërtius illuſtratus.

CAPVT X.

ERVDITISSIMORVM virorum vnanimis cõſenſus eſt, Ethica τὰ Νικομάχεια inſcripta fuiſſe ab Ariſtotele Nicomacho filio, qui aui nomen referebat. Ammonius: ὅθεν καὶ τὸν ἴδιον υἱὸν, Νικόμαχον προσηγόρευσε, μνήμης ἕνεκεν τοῦ οἰκείου πατρός· πρὸς ὃν καὶ τὰ Νικομάχεια ἔγραψεν. Quanquam inuitus diſcedo à ſententia magnorum virorum, tamen, quia τῆς ἀληθείας ἐπὶ πολὺ φροντιστέον, non poſſum non ire in alia omnia. Rationes noſtræ hæ ſunt: Ariſtoteles ex Herpyllide pellice filium ſuſtulit Nicomachum. Diogenes Laërtius : ἔσχε δ' υἱὸν Νικόμαχον ἐξ Ερπυλλίδος τῆς παλλακῆς. Quando è viuis exceſſit Ariſtoteles , eius filius Nicomachus erat adhuc ætate puer. id conſtat è tabulis teſtamenti Ariſtotelis : nam & Nicomacho & Pythiadi liberis ſuis teſtamento tutores dedit Ariſtoteles : τάδε διέθετο Ἀριστοτέλης· ἐπίτροπον μὲν εἶναι πάντων καὶ διαπαντὸς Ἀντίπατρον· ἕως δ' ἂν Νικάνωρ καταλάβῃ, ἐπιμελεῖσθαι Ἀριστομένη. Et paulò poſt : ἐπιμελείσθω δὲ Νικάνωρ καὶ τῆς παιδὸς καὶ τοῦ παιδὸς Νικομάχου, ὅπως ἂν ἀξιοῖ τὰ περὶ αὐτῶν, ὡς καὶ πατὴρ ὢν καὶ ἀδελφός. Teſtamentum autem hoc ſcripſit , cùm mors inſtaret. Ammonius: καὶ τελευτῶν, ἐν ταῖς οἰκείαις διαθήκαις ἐπέτρεψε τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Πυθαΐδα δοῦναι γαμε-

τὴν τῷ Νικάνορι. quod leges in teſtamenti tabulis apud Diogenem: At verò ἐφ' ὅσον χρόνον ὁ κληρονόμος νήπιός ἐστιν, ὑπὸ ἐπιτρόποις ἐστί. Anno ætatis viceſimo in viros tranſcripti tutelâ exibant apud Græcos, quorum hæc eſt regula Iuris: ἐγγραφέντες εἰς ἄνδρας καὶ δοκιμασθέντες ὑπὸ τῶν ἐπιτρόπων παρέλαβον παρ' αὐτῶν τὰ ἑαυτῶν χρήματα. Si igitur Nicomacho tutorem teſtamento dedit Ariſtoteles, cùm animam ageret, erat tunc temporis Nicomachus ætate puer, neque dum ad annum viceſimum deuenerat. Quare non potuit, aut certè non debuit Ariſtoteles hos τῶν ἠθικῶν Libros Nicomacho filio inſcribere, ſi quidem, cùm Libros illos ederet Ariſtoteles, forte nondum erat natus Nicomachus, certè multos annos non erat natus: Puero autem inſcriptos fuiſſe hos Libros ab Ariſtotele, quis homo ſanæ mentis credat? aduerſaretur enim reipſa ſuis ipſius ſcitis, vt qui horum ἠθικῶν Νικομαχείων libro I. cap. I. extremo ſanciuit, τῆς πολιτικῆς οὐκ ἔστιν οἰκεῖον ἀκροατὴν τὸν νέον. ἄπειρον γὰρ τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων, οἱ λόγοι δ' ἐκ τούτων καὶ περὶ τούτων. ἔτι δὲ τοῖς πάθεσιν ἀκολουθητικὸν ὄντα ματαίως ἀκούσεσθαι καὶ ἀνωφελῶς. ἐπειδὴ τὸ τέλος ἐστὶν, οὐ γνῶσις, ἀλλὰ πρᾶξις. Verùm quid moras nectimus καὶ λέγομεν τὰ κύκλῳ, quando Ariſtoteles hos τῶν ἠθικῶν Νικομαχείων Libros ſcribebat, nondum ei natus erat Nicomachus: quando enim ſupremum diem obiit Ariſtoteles, (annus is erat tertius centeſimæ quartædecimæ Olympiadis, Philocle, ſiue Diocle Archonte.) nondum matura viro & plenis nubilis annis erat Pythaïs Ariſtotelis filia, conſtat è tabulis teſtamen-

Digitized by Google

ti : καὶ ὅταν ὥρα ᾖ τῇ παιδί, ἐκδόσθαι αὐτὴν Νικάνορι. Non ignoramus ex Ariſtotelis ſententia nubilem virginum annum fuiſſe decimum octauum ætatis: habes Polit. L. VIII. cap. XVI. διὸ τὰς μὲν ἁρμόττει περὶ τὴν ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν ἡλικίαν συζευγνῦναι, τοὺς δ᾽ ἑπτὰ καὶ τριάκοντα, ἢ μικρόν. Sed legibus definitur nuptiarum legitimum tempus pubertate, quæ ætatis neceſſitas erumpit in virginibus anno duodecimo: Ergo cùm dixit Ariſtoteles, ὅταν ὥρα ᾖ τῇ παιδὶ *Pythaïdi*, nondum nata erat *Pythaïs* annos duodecim: Hęverò teſtamenti tabulæ ab Ariſtotele ſcriptæ ſunt Olympiadis centeſimæ quartædecimæ anno tertio, vt iam diximus. Demus Pythaïdem tunc temporis fuiſſe annorum vndecim, & vertiſſe annum ætatis eius duodecimum; ſi retro numeres, incidet eius natalis in annum quartum Olympiadis cēteſimæ vndecimæ, Nicocrate Athenis Prætore. Hāc filiam è cognomine vxore ſuſceperat Ariſtoteles, cuius nuptiæ illi exprobratæ ſunt: itaque per epiſtolas apud Antipatrum eas tuetur, vt teſtatur Ariſtoteles his verbis; περὶ δὲ τοῦ γάμου τῆς Πυθιάδος, ἀποχρώντως αὐτὸς ἐν ταῖς πρὸς Αντίπατρον ἐπιστολαῖς ἀπολελόγηται, τεθνεῶτος γὰρ Ερμείου, διὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον εὔνοιαν, ἔγημεν αὐτήν, ἄλλως μὲν σώφρονα καὶ ἀγαθὴν οὖσαν, ἀτυχοῦσαν μέντοι διὰ τὰς καταλαβούσας συμφορὰς περὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς. Hac vxore mortua, pellicem ſuperinduxit Herpyllidem Ariſtoteles, è qua ſuſtulit Nicomachum: Athenæus Libro XIII. Αριστοτέλης ὁ Σταγειρίτης ἐξ Ερπυλλίδος τῆς ἑταίρας ἐπαιδοποίησε Νικόμαχον, καὶ συνῆν ταύτῃ μέχρι θανάτου, ὥς φησιν Ερμιππος ἐν τῷ περὶ.

A ειςοτέλους πρώτῳ, ἐπιμελείας φάσκων τῆς δεούσης τετυχηκέναι ἐν ταῖς τοῦ Φιλοσόφου διαθήκαις. Superinduxiſſe in concubinatum Herpyllidem diximus Pythiade vxore mortua: non enim videtur eam habuiſſe in concubinatu Ariſtoteles, quamdiu in viuis fuit Pythaïs: Pythaïdem enim vnice amabat Ariſtoteles, ob ſuauiſſimos mores ipſius, & fratris eius Hermiæ memoriam, vt laudata Ariſtoclis verba teſtãtur: adde quod ſuperſtite vxore pellicem ſuperinducere, non eſt pro ſanctiſſimis Philoſophi moribus. His diſputatis, demus Pythaïdem, poſtquam filiam cognominem enixa eſt, deſijſſe eſſe in viuis, non tamen ante quartum Olympiadis centeſimæ & vndecimæ annum obijt: adde, Ariſtotelem, antequam vxorem duxiſſet, Herpyllidem ſuperinduxiſſe, nonniſi tamen anno primo Olympiadis centeſimæ duodecimæ, Nicerato, ſiue Aniceto, vt alijs placet, Archonte, potuit ſuſcipere Nicomachum ex Herpyllide: Atqui iam tum publici iuris fecerat Ariſtoteles Libros ſuos Ἀκροαματικούς: inuulgauerat enim, Alexandro Rege Darium prælijs & victorijs vrgente. A. Gellius ex Andronici Philoſophi Libris: *Quum libros* Ἀκροαματικούς *in vulgus ab Ariſtotele editos Rex Alexander cognouiſſet, atque ea tempeſtate armis exercituque omnem prope Aſiam teneret, Regemque ipſum Darium prælijs & victorijs vrgeret*, &c. Darium autem prælijs atque victorijs vrgebat Alexander, anno tertio, itemque quarto Olympiadis centeſimæ & vndecimæ. Circa hæc igitur tempora edidit Ariſtoteles Libros ſuos Ἀκροαματικούς, *in quibus*, vt teſtatur Gellius, *Philo-*

ſophia

ſophia remotior ſubtiliorque agitabatur, quæque ad naturæ contemplationes, diſceptationéſque pertinebant. Ante autem illa tempora inuulgauerat hos Libros ἠθικῶν τῶν Νικομαχείων. Argumento eſt, quod certiſſimum ſit Libros iſtos *Ethicos ad Nicomachum* editos fuiſſe antequam ſcripſiſſet Ariſtoteles Libros illos Ἀκροαματικούς, qui *Metaphyſici* appellantur: teſtis Ariſtoteles ipſe Lib. I. *Metaphyſ.* cap. I. εἴρηται μὲν οὖν ἐν τοῖς Ἠθικοῖς, τίς διαφορὰ τέχνης καὶ ἐπιστήμης, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμογενῶν. intelligitque ea quæ leguntur *Ethicorum ad Nicomachum* Libro ſexto. Adde, quod, vel nullos forte, vel duos tantùm è Libris Ἀκροαματικοῖς laudat Ariſtoteles totis illis *Ethicorum ad Nicomachum* decem Libris, etiam vbi vltrò ſe offert occaſio, eadem attingit, quæ fusè poſtea & magis accuratè executus eſt in Libris Ἀκροαματικοῖς, ſed ita defungitur, ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ἄλλος ἔστω λόγος. item, ἀλλ', ἴσως ταῦτα μὲν ἀφετέον τὸ νῦν· ἐξακριβοῦν γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν, ἄλλης ἂν εἴη φιλοσοφίας οἰκειότερον. Libro VI. quædam obiter delibat περὶ τῆς ψυχῆς καὶ τῶν αὐτῆς μορίων, nec adnotat quicquam à ſe iam ante ſuper hoc argumento editum fuiſſe: nempe nondum ſcripſerat Ἀκροαματικοὺς περὶ ψυχῆς Libros: quod ipſe teſtatur Ariſtoteles *Ethicorum* horum Lib. I. extremo: θεωρητέον δὴ καὶ τῷ πολιτικῷ περὶ ψυχῆς. θεωρητέον δὲ τούτων χάριν, καὶ ἐφ' ὅσον ἱκανῶς ἔχει πρὸς τὰ ζητούμενα· τὸ γὰρ ἐπὶ πλεῖον ἐξακριβοῦν, ἐργωδέστερον ἴσως ἐστὶ τῶν προκειμένων. λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς καὶ ἐν τοῖς Ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως ἔνια· καὶ χρηστέον αὐτοῖς. οἷον, τὸ μὲν ἄλογον αὐτῆς εἶναι, τὸ δὲ λόγον ἔχον. Vides enim nihil dum ab Ariſtotele ſcri-

ptum fuiſſe περὶ ψυχῆς, præterquam pauca quædam in Libris Ἐξωτερικοῖς, eáque rudi Minerua tantùm fuiſſe delineata: Vnde duo colligimus, vnum eſt, Ariſtotelem ἐν τοῖς Ἐξωτερικοῖς λόγοις eadem tractaſſe argumenta, de quibus poſtea ἐν τοῖς Ἀκροαματικοῖς ſubtilius multo atque copioſius diſputauit. Alterum eſt, Libros *Ethicos ad Nicomachum* editos fuiſſe poſt inuulgatos τοὺς Ἐξωτερικοὺς λόγους, antequam τοὺς Ἀκροαματικοὺς in vulgus dediſſet, vno atque altero forte exceptis: (nam τὰ Ἐγκύκλια, quæ laudat Lib. I. Eth. cap III. ἱκανῶς γὰρ καὶ ἐν τοῖς Ἐγκυκλίοις εἴρηται περὶ αὐτῆς, referimus ad Libros Ἐξωτερικούς.) Meminit enim Ariſtoteles Ethic. Lib. X. cap. III. alibi à ſe diſputatum de motu fuiſſe, idque accurate δι' ἀκριβείας μὲν οὖν περὶ κινήσεως ἐν ἄλλοις εἴρηται, quibus verbis exiſtimarunt viri eruditiſſimi deſignari *Phyſicorum* Librum quintum, vbi περὶ κινήσεως agitur: Quanquam nobis videbatur non intelligi Librum illum quintum περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως, ſed deſignari Librum illum περὶ κινήσεως, qui in Catalogo à Diogene recenſetur. Laudat quoque ſua Analytica poſteriora, vt volunt, Ethic. Libro VI. cap. III. ἐκ προγινωσκομένων γὰρ πᾶσα διδασκαλία. ὥσπερ ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς λέγομεν. At quis nos docebit τῶν ἀναλυτικῶν nomine hic non intelligi ea Ἀναλυτικὰ, quæ τοῖς Ἀναλυτικοῖς ὑστέροις μεγάλοις opponuntur? Vt vt ſit, dicimus editos fuiſſe ab Ariſtotele *Ethicos ad Nicomachum* Libros ante inuulgatos ἐκ τῶν Ἀκροαματικῶν, vel paucos oppido, vel omnino nullos. Pleroſque autem Libros Ἀκροαματικοὺς emiſerat in vulgus Ariſtoteles intra

Digitized by Google

Olympiadem centeſimam vndecimam, vt prædiximus. Quare concludimus *Ethica ad Nicomachum*, quæ ἐν τοῖς Ἐξωτερικοῖς cenſemus, ſi Gellij ſententiæ ſtamus: Ἐξωτερικὰ *enim dicebātur*, inquit, *quæ ad rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum, ciuiliūq; rerum notitiam conducebant: Ethica*, inquā, *ad Nicomachū* ſcripta eſſe ab Ariſtotele intra Olympiadem centeſimam vndecimam, vt liberaliter agam, aut quod verius putem, ante eam Olympiadem: Atqui non niſi poſt Olympiadem centeſimam vndecimam natus eſt Ariſtoteli Nicomachus filius: Vnde neceſſariò ſequitur Nicomacho filio non fuiſſe inſcripta hæc Ethica ab Ariſtotele, ſed alter eſt *Nicomachus* ab eius filio, déque eiuſdem amicis vnus proculdubio. Atq; is forte eſt, qui Athenis Prætor Faſtos ſignauit anno quarto Olympiadis centeſimæ nonæ: nam teſtatur Cicero, quod ad Ariſtotelem maximè referendum puto; L. IV. de Finibus, Peripateticos ſcripta illa, quibus locum ciuilem tractarunt, ſcripſiſſe *ad ſummos viros*. At verò non audiendus eſt idem M. Tullius, qui eiuſdem operis L. V. adſcribit hos Libros Nicomacho Ariſtotelis filio, tanquam auctori: *Quare teneamus Ariſtotelem, & eius filium Nicomachum: cuius accuratè ſcripti de Moribus libri, dicuntur illi quidem eſſe Ariſtotelis: ſed non video, cur non potuerit patri ſimilis eſſe filius.* Ego verò contra non video, cur hi Libri nō ſint Ariſtotelis; habēt enim idem dicendi genus cum ceteris Ariſtotelis libris γνησίοις: & laudat auctor libros Ἐγκύκλια, Ἀναλυτικά, περὶ τῆς κινήσεως, Ἐξωτερικοὺς λόγους, tanquam à ſe conſcriptos, qui ἀναμφισβήτως Ariſtotelis

ſunt. Cum Cicerone paria videtur facere Laërtius in Eudoxo, φησὶ δ' αὐτὸν, Eudoxum, Νικόμαχος ὁ Ἀριστοτέλους τὴν ἡδονὴν λέγειν τὸ ἀγαθόν. Meminit namque Eudoxi Ariſtoteles L. X. Ethic. & obſeruat Eudoxū τὴν ἡδονὴν λέγειν τὸ ἀγαθόν. Infringit vim huius teli Vir Incomparabilis hoc clypeo. Scripſit quidem, inquit, Nicomachus de *Moribus*, ſed ſex tantùm libros. Suidas: Νικόμαχος, Σταγειρίτης φιλόσοφος, υἱὸς μὲν Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου, μαθητὴς δὲ Θεοφράστου, ὡς δέ τινες καὶ παιδικά. ἔγραψεν ἠθικῶν βιβλία ἕξ, καὶ περὶ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Verùm non puto alios Libros Ariſtotelis filio adſcribi, quam qui Ariſtotelis dicuntur eſſe ad Nicomachum. Nicomachus verò Ariſtotelis filius in his Ethicis patris libris, vt & in illis περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως, videtur aliquid, ſi Suidam capio, interpolaſſe, vnde factum eſt, vt illi adſcriberentur ab alijs, ab alijs verò *Nicomacheia Ethica* appellarentur, quaſi dicas, *quæ recenſuit Nicomachus*. Quod verò ad numerum horum Librorum attinet, plures non videntur fuiſſe quam quinque, aut ſex. Quinque tantùm laudat Diogenes Laërtius in Catalogo ἠθικῶν, α', β, γ, δ, ε. Sex verò Suidas verbis laudatis: Quorum nomina, & ſingularem vniuſcuiuſque epigraphen, nam τῶν ἠθικῶν communis eſt omnium, ſiue quinque, ſiue ſex ſint, vno tantum excepto, habes apud Laërtium: Recenſet enim Diogenes, περὶ τἀγαθοῦ, α', β', γ', ſed reſcribo, α', β'. Habes, περὶ ἡδονῆς, α. item, περὶ φιλίας, α'. Sed obmiſit Diogenes περὶ ἀρετῆς. Hunc numerum Librorum, itémque ordinem leges apud ipſum Ariſtotelem libro X. cap. VI. εἰρημένων δὲ τῶν περὶ

τὰς ἀρετάς τε καὶ φιλίας καὶ ἡδονάς, λοιπὸν περὶ εὐδαιμονίας τύπῳ διελθεῖν, ἐπεὶ τέλος αὐτὴν τίθεμεν τῶν ἀνθρωπίνων, ἀναλαβοῦσι δὴ τὰ προειρημένα συντομώτερον ἂν εἴη ὁ λόγος. Ex his colliges, primò actum eſſe περὶ τἀγαθοῦ, ſecundò περὶ ἀρετῶν, tertiò περὶ φιλίας, quartò περὶ ἡδονῆς, quintò rurſum περὶ τἀγαθοῦ. En autem indicem:

Ἠθικά, α', β', γ', δ', ε'.
περὶ τἀγαθοῦ, α'.
περὶ ἀρετῶν, α'.
περὶ φιλίας, α'.
περὶ ἡδονῆς, α'.
περὶ τἀγαθοῦ, β'.

Liber tamen περὶ ἀρετῶν quibuſdam, inter quos eſt Suidas, videtur diſtributus in duos, quia virtutes aliæ ſunt Ἠθικαί, aliæ Διανοητικαί. Erat igitur vnus Liber περὶ ἀρετῶν Ἠθικῶν, alter περὶ ἀρετῶν Διανοητικῶν. Quare Suidas habet Ἠθικῶν βιβλία ἕξ.

Ἠθικῶν, α', β', γ', δ', ε'. οἱ ἢ ἕξ.	ETHICA NICOMACHEIA.
περὶ τἀγαθοῦ, α'.	Liber I.
περὶ ἀρετῶν, α'. οἱ ἢ δύο.	II. III. IV. V. VI. VII.
περὶ φιλίας, α'.	VIII. IX.
περὶ ἡδονῆς, α'.	Libri X. prior pars.
περὶ τἀγαθοῦ δεύτερον.	Libri X. pars poſterior.

Quod ad Ethicorum Libros attinet, qui *Eudemo* ſunt inſcripti, poſteriores ſunt *Ethicis ad Nicomachum*: nam meminit in his *ad Eudemum* L. I. cap.

Digitized by Google

VIII. Libri tertij decimi *Metaphyſices*, qui primus eſt *de Philoſophia*: ἐπέσκεπται δὲ πολλοῖς περὶ ἰδέας τρόποις καὶ ἐν τοῖς Ἐξωτερικοῖς λόγοις, καὶ ἐν τοῖς κατὰ Φιλοσοφίαν. Quod autem, vt hoc obiter obſeruem, dicit Ariſtoteles, actum à ſe eſſe de Ideis ἐν τοῖς Ἐξωτερικοῖς λόγοις, teſtatur ipſe Lib. XI. *Metaphyſ.* cap. I. ἔπειτα μετὰ ταῦτα χωρὶς περὶ τῶν ἰδεῶν αὐτῶν ἁπλῶς, καὶ ὅσον νόμου χάριν. τεθρύλληται γὰρ τὰ πολλὰ καὶ ὑπὸ τῶν Ἐξωτερικῶν λόγων. Sed ad rem. Quis eſt *Eudemus* iſte, cui Libros hos Ethicos inſcripſit Ariſtoteles? meminit alibi ipſe Ariſtoteles *Eudemi* Cyprij familiaris ſui, teſte M. Tullio L. I. de Diuinatione: *Quid ſingulari vir ingenio Ariſtoteles, & pæne diuino? ipſene errat? an alios vult errare, cùm ſcribit, Eudemum Cyprium familiarem ſuum, iter in Macedoniam facientem Pheras veniſſe? quæ erat vrbs in Theſſalia tum admodum nobilis, ab Alexandrò autem Tyranno crudeli dominatu tenebatur: in eo igitur oppido ita grauiter ægrum Eudemum fuiſſe, vt omnes medici diffiderent: ei viſum in quiete egregiâ facie iuuenem dicere, fore vt perbreui conualeſceret, pauciſque diebus interiturum Alexandrum Tyrannum, ipſum autem Eudemum quinquennio poſt domum eſſe rediturum: Atque ita quidem prima ſtatim ſcribit Ariſtoteles conſecuta: & conualuiſſe Eudemum: & ab vxoris fratribus interfectum tyrannum: quinto autem anno exeunte, cùm eſſet ſpes ex illo ſomnio in Cyprum illum ex Sicilia eſſe rediturum, prœliantem eum ad Syracuſas occidiſſe: ex quo ita illud ſomnium eſſe interpretatum, vt cùm animus Eudemi è corpore exceſſerit, tum domum reuertiſſe videatur.* Verum *Eudemus* hic non eſt, cui Libros Ethicos inſcripſit Ariſtoteles: Nam ſub

Digitized by Google

Platone merebat, & aliquot adhuc annis meruit Ariſtoteles, quando ad Syracuſas Eudemus occidit. Eudemus enim Pheris æger fuit anno quarto Olympiadis centeſimæ quintæ, Prætore Athenis Agathocle, ſiquidem Alexander Tyrannus eo anno ἐδολοφονήθη. Sequens verò quintus annus exibat anno primo Olympiadis centeſimæ ſeptimæ, Archonte Ariſtodemo. Quare Eudemus hic Cyprius is non eſt, cui inſcripſerit libros ſuos Ethicos Ariſtoteles, cùm tot annis, antequam libros ἀκροαματικοὺς ſcriberet Philoſophus, mortuus ſit Eudemus: nec ſcripſerit Ariſtoteles libros iſtos Ethicos, niſi poſt editos Libros *de Philoſophia tres.* Occurrit alterius *Eudemi* mentio circa hæc tempora, qui Athenis Archō fuit anno quarto Olympiadis centeſimæ ſextæ, vt eſt apud Diodorum Hiſtoriâ XVI. quanquam *Eudemum* non nominat Anonymus in Deſcriptione Olympiadum, ſed *Theodemum.* Atque hic *Eudemus* forte eſt, cui opus iſtud Ethicum Ariſtoteles conſecrauit.

Vnicum ſcripſit Ariſtoteles de Oeconomica Librum:
Illius hodie ſuperſunt tantum fragmenta &
eclogæ, quæ illuſtrantur & emendan-
tur, vt & Tertullianus.

Capvt XI.

Refert Diogenes Laërtius in Catalogo Librorum Ariſtotelis vnum περὶ τῆς Οἰκονομικῆς Librum: Οἰκονομικὸς, α΄. Duo tamen extant hodie, de

quorum priore hoc agemus capite, dicturi, σὺν θεῷ δ' εἰπεῖν, de poſteriore in ſequentibus. Videtur prior hic Liber Ariſtotelis quidem eſſe, & pleraque alibi apud Ariſtotelem leguntur: ſed tamen is non eſt Οἰκονομικὸς ille, quem ediderat Ariſtoteles: verùm excerpta ſunt potius & eclogæ, quæ hodie habemus, ex *Oeconomico* Ariſtotelis. Huic noſtræ ſententiæ firmandæ facit, quod multa ſunt hiulca, & quæ non cohærent: ita capite primo iſta: ἔνιαι μὲν οὖν τῶν τεχνῶν διήρηνται, καὶ οὐ τῆς αὐτῆς ἐστὶ ποιῆσαι καὶ χρήσασθαι τῷ ποιηθέντι. &c. Non cohærent cum pręcedentibus, in quibus docebat Oeconomicen diſtingui à Politice, non tantum τοσοῦτον ὅσον οἰκία καὶ πόλις, ſed etiam quia Politice eſt πολλῶν ἀρχόντων, Oeconomice verò eſt μοναρχία. Ex his verò nemo concludet, quod eſt tamen Ariſtotelis πόρισμα, vt indicat particula οὖν, artes diſtingui inter ſe, quod aliarum ſit ποιῆσαι καὶ χρήσασθαι τῷ ποιηθέντι, aliarum verò non item. Adde quod Politice & Oeconomice hac ratione non diſtinguuntur: imò contra hac in parte conueniunt: vnde poſtquam hoc ipſo capite docuit Ariſtoteles τῆς Πολιτικῆς εἶναι, καὶ πόλιν ἐξ ἀρχῆς συστήσασθαι, καὶ ὑπαρχούσῃ χρήσασθαι καλῶς, addit, ὥστε δῆλον ὅτι καὶ τῆς Οἰκονομικῆς ἂν εἴη, καὶ κτήσασθαι οἶκον, καὶ χρήσασθαι αὐτῷ. Quanquam & iſta ἀνακόλουθα ſunt: neque enim rectè concludas à Politice ad Oeconomicen, niſi prius docueris hac in parte Oeconomicæ cum Politice cōuenire; quod hîc ab Ariſtotele præſtitum non legas: Egit quippe tantum de differentia inter Politicen atque Oeconomicen: Quædam igitur hic deſiderantur

Digitized by Google

ſiderantur ab Ariſtotele olim ſcripta, è quibus fiebat palam, quod his verbis aſſeritur, Oeconomicen κτήσασθαι οἶκον, καὶ χρήσασθαι αὐτῷ non minus, quã Politices fuit πόλιν ἐξ ἀρχῆς συστήσασθαι, καὶ ὑπαρχούσῃ χρήσασθαι καλῶς. Extremo quoque iſto capite nonnulla deeſſe colliges: σκεπτέον οὖν, inquit, περὶ τῆς Οἰκονομικῆς, καὶ τί τὸ ἔργον αὐτῆς. Atqui nulla ſequitur σκέψις περὶ τῆς Οἰκονομικῆς, ſed tantum περὶ τοῦ ἔργου αὐτῆς, nempe περὶ τῆς οἰκίας. Ergo tota illa σκέψις περὶ τῆς Οἰκονομικῆς deſideratur. Præterea iſta, ὥστε δῆλον ὅτι καὶ τῆς Οἰκονομικῆς ἂν εἴη καὶ κτήσασθαι οἶκον, καὶ χρήσασθαι αὐτῷ, & cap. II. ὥστε δέοι ἂν τὰ περὶ τὴν τῆς γυναικὸς ὁμιλίαν οἰκονομήσασθαι καλῶς, & ſi qua ſunt ſimilia, ſpeciem eclogarum præferunt, & ſunt reuera. Itaque non eſt hic Liber, οἰκονομικὸς ab Ariſtotele editus, ſed eclogæ ex illo excerptæ ab aliquo ſtudioſo. Quanquam autem pauca admodum iſta ſint, è multis Ariſtotelis, adeóque etiam μείουρα, nonnulla tamen in iis peſſimè à librarijs ſunt accepta. Occurrit capitis ſecundi primis verbis tranſpoſitio, meo iudicio, vbi σκέπτεται τί τὸ ἔργον τῆς Οἰκονομικῆς. μέρη δὲ οἰκίας, inquit, ἄνθρωπός τε καὶ κτῆσίς ἐστιν. ἐπεὶ δὲ πρῶτον ἐν τοῖς ἐλαχίστοις ἡ φύσις ἑκάστου θεωρεῖται, καὶ περὶ οἰκίας ἂν ὁμοίως ἔχοι. ὥστε καθ' Ἡσίοδον δέοι ἂν ὑπάρχειν,

Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα.

Videntur ſuſpicaci Ariſtotelis verba hac eſſe legenda ſerie: ἐπεὶ δὲ πρῶτον ἐν τοῖς ἐλαχίστοις ἡ φύσις ἑκάστου θεωρεῖται, καὶ περὶ οἰκίας ἂν ὁμοίως ἔχοι. μέρη δὲ οἰκίας, ἄνθρωπός τε, καὶ κτῆσίς ἐστιν· ὥστε καθ' Ἡσίοδον δέοι ἂν ὑπάρχειν,

Digitized by Google

Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα.

Antequam domus partes explicet, cur id fieri ſit neceſſe, aperit, eâdem plane ſententiâ, quâ Politic. libro I. cap. I. ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ σύνθετον μέχρι τῶν ἀσυνθέτων ἀνάγκη διαιρεῖν· ταῦτα γὰρ ἐλάχιστα μόρια τοῦ παντός, οὕτω καὶ πόλιν ἐξ ὧν σύγκειται, σκοποῦντες, ὀψόμεθα. Quod legitur capite tertio videtur eſſe mutilum, vbi agit περὶ τῆς κοινωνίας, ἣ φύσει τῷ θήλει καὶ τῷ ἄρρενι μάλιστά ἐστι. nam ſequitur, ὑπόκειται γὰρ ἡμῖν ἐν ἄλλοις, ὅτι πολλὰ τοιαῦτα ἡ φύσις ἐφίεται ἀπεργάζεσθαι, ὥσπερ καὶ τῶν ζώων ἕκαστον. Sed quid illud eſt, quod ἀπεργάζεσθαι expetit tantopere natura? deſiderari videtur in his verbis: & in ſequentibus τοῦτο appellat, eſtque συνουσία: en quæ ſequuntur: ἀδύνατον γὰρ τὸ θῆλυ ἄνευ τοῦ ἄρρενος, ἢ τὸ ἄρρεν ἄνευ τοῦ θήλεος ἀποτελεῖν τοῦτο, ὥστε ἐξ ἀνάγκης αὐτῶν ἡ κοινωνία συνέστηκεν. ἐν μὲν οὖν τοῖς ζώοις ἀλόγως τοῦτο ὑπάρχει, καὶ ἐφ' ὅσον μετέχουσι τῆς φύσεως, ἐπὶ τοσοῦτον, καὶ τεκνοποιίας μόνον χάριν. De his igitur in præcedentibus, ſed latet ſub mendo. Emendamus: ὑπόκειται γὰρ ἡμῖν ἐν ἄλλοις ὅτι πολλά τοι αὐτὰ ἡ φύσις ἐφίεται ἀπεργάζεσθαι, ὥσπερ καὶ τῶν ζώων ἕκαστον. In re, quam nominare non ſinit pudor, venuſtè dixit vir ſummus, πολλά τοι αὐτά, *multa quidem illa*, & in ſequentibus, τοῦτο, *illud*, quemadmodum iiſdem verbis Catullus:

Ibi illa multa tam iocoſa fiebant..

& alibi:

Et quærendum vnde vnde foret neruoſius illud.

Capite quarto docet, πῶς γυναικὶ χρηστέον, vbi extremo capite iſta leguntur corrupta: ἡ δὲ διὰ τῆς κοσμήσεως, οὐδὲν διαφέρουσά ἐστι τῆς τῶν τραγῳδῶν ἐν τῇ σκευῇ

Digitized by Google

πρὸς ἀλλήλους, ὁμιλία. alij codices habent, ἐν τῇ σκηνῇ πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας. Non probat Ariſtoteles ornari, cùm marito debitum reddunt: ſi ornentur, negat quicquam differre hunc congreſſum ἀπὸ τῆς τῶν Τραγῳδῶν ἐν τῇ σκηνῇ πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας. Sed nemo hactenus fuit Interpretum, qui ſenſum horum verborum aſſecutus fuerit: neque mirum ſanè, leuiter enim corrupta ſunt: Nos illuſtrare & emendare, ſed ἐγχαλυψάμενοι, conabimur. Verè dixit Tertullianus L. de Spectaculis, Theatrum omnium turpitudinum eſſe arcem: proſtibula quippe in ſcenam producebantur, publicæ libidinis victimæ, & ludis peractis, cuiuis ſui copiam faciebant, quod iam ante obſeruarunt alij: Clarè totum hunc morem aperit atque damnat Tertullianus L. *de Spectaculis*, cap. XVII. *Ipſa etiam proſtibula, publicæ libidinis hoſtiæ, in ſcena proferuntur: plus, miſeræ, in præſentia feminarum, quibus ſolis latebant, perque omnis ætatis, omnis dignitatis ora tranſducuntur, locus, ſtipes, elogium, etiam quibus opus non eſt, prædicatur. Taceo de reliquis, ea quæ in tenebris & ſpeluncis ſuis deliteſcere decebat, ne diem contaminarent. Erubeſcat Senatus, erubeſcant ordines omnes. Ipſæ illæ pudoris ſui interemtrices de geſtibus ſuis ad lucem & populum expaueſcentes ſemel anno erubeſcunt.* Sed quid eſt iſtud poſtremum? *ſemel anno erubeſcunt.* An ſemel anno tantum ſcorta in ſcenam producebantur, tranſducebantur, locus, ſtipes, elogium, prædicabatur? nugæ. Quotieſcumque enim ludi fiebant, & hæ quoque publicæ libidinis hoſtiæ in ſcena proferebantur: An dicemus, conſtitutum fuiſſe his proſtibulis vnum ſingulis an-

Digitized by Google

nis diem, quo ſua erubeſcerent flagitia? Sed id ſine vllo eſt auctore: Quare emendandum conijciebamus: *Ipſæ illæ pudoris ſui interemptrices, de geſtibus ſuis ad lucem & populum expaueſcentes, ſemet an non erubeſcunt?* Notat Tertullianus Senatum, & omnes ordines, qui non erubeſcerent ad hæc flagitia: cùm illa ipſa proſtibula ſuæ puderet nequitiæ, & erubeſcerent: Sed de Tertulliano ſatis. ad Ariſtotelem noſtra redeat oratio, qui ex hoc more emaculandus & intelligendus eſt: itaque reſcribo: ἡ δ' διὰ τῆς κοσμήσεως, οὐδὲν διαφέρουσαί ἐστι τῆς τῶν Τραγῳδῶν ἐν τῇ σκηνῇ πρὸς ἀλαλάς ὁμιλίας. Dicit Ariſtoteles, vxores, quæ ornantur, cùm ad maritum accedunt, nihil differre à proſtibulis illis, quæ tranſactâ Tragœdiâ, (τῶν Τραγῳδῶν appellatione intelligit meretrices illas, quæ inducebantur in ſcenam, vt Deam, aut Reginam aliquam, ſiue feminam principem, & quæ in earum comitatu, aut denique aliquod Tragœdiæ illius πρόσωπον, ſed κωφὸν maximè, repræſentarent) cum omni ſuo ornatu, & in Tragica veſte, ἐν τῇ σκηνῇ id vocat Ariſtoteles, tranſducebantur πρὸς ἀλαλάς, (ἀλαλὴ eſt militum pugnam ineuntium acclamatio, vel etiam Chori.) ad lucem & populum acclamantem ἀλαλή, ἀλαλή, & forti eſſe animo iubentem, copiam ſui faciebant.

Poſterioris Oeconomicῶn, vt vocant, Libri pars prior non eſt Ariſtotelis: poſteriori lux prælata, menda quam multa ſublata, quando ſcripta ſit: Lex Perſarum. תשורה *alia multa.*

Capvt XII.

Seqvitvr Liber, qui vulgo appellatur Oeconomicῶn ſecundus; ſed vulgo: nam liquet è Laërtio Diogene, vnicum tantum Oeconomicῶn Librum ab Ariſtotele ſcriptum fuiſſe. Huius libelli partes duæ ſunt: poſterior tota hiſtorica eſt: prior verò in ſpecies quatuor Oeconomicen diſtinguit, nempe in *Regiam*, *Satrapicam*, *Politicam*, & *Priuatam.* Οἰκονομίαι δέ εἰσι τέσσαρες, ὡς ἐν τύπῳ διελέσθαι. τὰς γὰρ ἄλλας εἰς τοῦτο ἐμπιπτούσας εὑρήσομεν· Βασιλική, Σατραπική, Πολιτική, Ἰδιωτική. Sed hæc diſtinctio Ariſtotelis non eſt: nunquam enim facit aliquam Οἰκονομίαν vel Βασιλικὴν, vel Σατραπικὴν, vel Πολιτικὴν: Sed contra potius diligenter diſtinguit inter Κτητικὴν ſiue Χρηματιστικὴν, cuius exempla toto hoc Libello colliguntur, quæque eſt τῆς Οἰκονομικῆς, & eam, quæ eſt τῆς Πολιτικῆς, vt L. I. Politic. cap. VIII. ὅτι μὲν τοίνυν ἔστι τις Κτητικὴ κατὰ φύσιν τοῖς Οἰκονόμοις καὶ τοῖς Πολιτικοῖς, καὶ δι' ἣν αἰτίαν, δῆλον. Quare ἡ Οἰκονομικὴ, ex Ariſtotelis ſententia, genus non eſt ad eam, quam Βασιλικὴν, Σατραπικὴν, καὶ Πολιτικὴν appellat hic planus. Adde Oeconomicῶn nomen non tueri, titulumque, quæ hoc Libello traduntur: Nam ratio quærendarum pecu-

Digitized by Google

niarum, id eſt, Κτητική, ſiue Χρηματιστική, ad quam referuntur omnia illa exempla, quæ hoc Libello continentur, non eſt propriè Oeconomice: Ariſtoteles Lib. I. Politic. cap. VIII. ὅτι μὲν οὖν οὐχ ἡ αὐτὴ Οἰκονομικὴ τῇ Χρηματιστικῇ δῆλον. τῆς μὲν γὰρ, τὸ πορίσασθαι· τῆς δὲ, τὸ χρήσασθαι. & cap. X. δῆλον δὲ καὶ τὸ ἀπορούμενον ἐξ ἀρχῆς, πότερον τοῦ Οἰκονομικοῦ καὶ Πολιτικοῦ ἐστιν ἡ Χρηματιστική, ἢ οὔ, ἀλλὰ δεῖ τοῦτο μὲν ὑπάρχειν. (ὥσπερ γὰρ καὶ ἀνθρώπους οὐ ποιεῖ ἡ Πολιτική, ἀλλὰ λαβοῦσα παρὰ τῆς φύσεως, οὕτω καὶ τροφὴν τὴν φύσιν δεῖ παραδοῦναι, γῆν, ἢ θάλατταν, ἢ ἄλλο τι.) ἐκ δὲ τούτων, ὡς δεῖ ταῦτα διαθεῖναι προσήκει τὸν Οἰκονόμον. Non propriè igitur ſunt τῆς Οἰκονομικῆς exempla, quæ in hunc Libellum conijciuntur, ſed τῆς Χρηματιστικῆς. Quod argumentum erat, meo iudicio, Libri illius, cui titulum fecerat Ariſtoteles περὶ Πλούτου. Obſeruatum verò eſt iamdiu eruditiſſimis viris, præſtantiſſimos quoſq; priſci temporis ſcriptores ſibi ad ſubſidium memoriæ adnotaſſe, atque etiam publici iuris feciſſe, exempla, quæ ſuo conuenirent inſtituto. Ceteros mitto, vel vnus Ariſtoteles id ſatis ſuperque comprobat, qui C L V I I I. Politiarum Libros confecerat, vt hominem Politicum inſtitueret; itemque illa θαυμάσια ἀκούσματα ſcripſerat ad doctrinam parandam, & cognoſcenda naturæ miracula: Huius generis ſuſpicamur fuiſſe hiſtoricum hoc fragmentum, quod Libri ſecundi Οἰκονομικῶν Ariſtotelis titulum præfert, & τῇ περὶ Πλούτου πραγματείᾳ erat illuſtrandæ. At ille qui libellum putauit eſſe ἀκέφαλον, priorem illam partem, nil minus quàm Ariſtoteleam, pro ſua ſapien-

tia appoſuit. De tempore ſcripti huius Libelli coniecturam licet facere ex ijs, quæ in eo leguntur: Nam meminit conditæ ab Alexandro in Ægypto Alexádriæ: Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως ἐντειλαμένου Κλεομένει οἰκίσαι πόλιν πρὸς τῇ Φάρῳ, καὶ ἐμπόριον, ὃ πρότερον ὂν ἐπὶ τοῦ Κανώβου, ἐνταῦθα ποιῆσαι, &c. Alexandria autem condita eſt, vt refert Diodorus Siculus, Anonymus in Deſcriptione Olympiadum, alij, anno ſecundo Olympiadis centeſimæ duodecimæ, ἐπ' Ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοφάνους. Sed quia de Cleomene, qui ædificandæ Alexandriæ præerat, mentio facta eſt, age, emendare tentemus, cum bono Deo, eiuſdem Ariſtotelis ibidé verba: Κλεομένης Ἀλεξανδρεὺς Αἰγύπτου σατραπεύων, &c. Mendum ſubeſt in hoc verbo Ἀλεξανδρεὺς, quî enim *Alexandrinus* Cleomenes, qui ædificandæ Alexandriæ præfuit? Cleomenis huius meminit Q. Curtius Hiſtoriâ IV. *Itaque Ægypto præfecit Æſchylum Rhodium, & Peuceſtem Macedonem, quatuor millibus militum in præſidium regionis eius datis: clauſtra Nili fluminis Polemonem tueri iubet, triginta ad hoc triremes datæ. Africæ deinde, quæ Ægypto iuncta eſt, præpoſitus Apollonius, vectigalibus eiuſdem Africæ Ægyptique Cleomenes.* Atque de eo, quod ſciam, Cleomene tantum eſt, nec plura, quam apud Curtium atque Ariſtotelem, leges: *Alexandrinus* tamen non erat Cleomenes, vt præferunt Ariſtotelis codices: Emendandum ſuſpicabamur: Κλεομένης Ἀλλὶξ, Ἀνδριεὺς, Αἰγύπτου σατραπεύων. Sed cum librarij non intelligerent, quid eſſet Ἀλλὶξ Ἀνδριεὺς, mutarunt facili lapſu in Ἀλεξανδρεὺς, idque eo lubentius, quod ſequatur, Αἰγύπτου σατραπεύων;

cuius metropolis fuit, ex quo condita eſt, Alexandria: Erat autem, vt mihi videtur, Ἄλιξ, Cleomenis huius cognomentum: Significat hæc vox chlamydis genus. Heſychius: ἄλλικα, χλαμύδα, ἐμπόρπημα. ἄλλιξ, χιτὼν χειριδωτὸς παρὰ Εὐφορίωνι. Dicebatur igitur hic Cleomenes Ἄλλιξ, ab vſu, ſi forte, frequēti huius veſtis; quemadmodum Caius cognomen accepit *Caligulæ*. Macedo verò erat Cleomenes, ex vrbe Macedoniæ Andria, de qua Stephanus: Ἀνδρία, πόλις Ἠλείας, καὶ ἑτέρα Μακεδονίας, ὡς Φιλέας ἐν Περίπλοις· ὁ πολίτης Ἀνδριεύς. Sed de Cleomene ſatis: plenius multo de tēpore ſcripti huius Libelli conſtabit ex ijs, quæ paullo poſt de *Antimene* Rhodio referuntur in hęc verba: Ἀντιμένης Ῥόδιος, ἡμιόδιος γενόμενος Ἀλεξάνδρου περὶ Βαβυλῶνα, ἐπόρισε χρήματα ὧδε· νόμου ὄντος ἐν Βαβυλωνίᾳ παλαιοῦ, δεκάτην εἶναι τῶν εἰσαγομένων. χρωμένου δὲ αὐτῷ οὐθενός, τηρήσας τούς τε Σατράπας ἀπιόντας προσδοκίμους ὄντας, καὶ στρατιώτας, οὐκ ὀλίγους τε πρέσβεις καὶ τεχνίτας κλητοὺς ἄλλους ἄγοντας, καὶ ἰδίᾳ ἀποδημοῦντας, καὶ δῶρα πολλὰ ἀναγόμενα, τὴν δεκάτην ἔπρασσε κατὰ τὸν νόμον τὸν κείμενον. Semel atque iterum Babylonem acceſſit Alexander: prius qui ſem poſt victum ad Arbela Darium, anno tertio Olympiadis centeſimæ duodecimæ, Prætore Athenis Ariſtophonte: vt habes apud Diodorum Siculum: Sed ad hunc ingreſſum non poſſunt referri, quæ hic ab Ariſtotele narrantur. Nā Babylonem adijt cum exercitu, ſine vllis gentium legatis, vt conſtat è Q. Curtio: Poſteriùs Babylonem venit Alexander aduerſus Chaldæorum monita, anno quarto Olympiadis centeſimæ tertiædecimæ, vt narrat

narrat Diodorus Siculus, quanquam legatos è cunctis fere orbis terrarum partibus ad Alexandrum veniſſe Babylonem anno primo Olympiadis centeſimæ quartædecimæ, Archonte Athenis Ageſia, ſiue, vt nominat Anonymus in Deſcriptione Olympiadum, Hegeſia, refert idem Diodorus: ſed anno quarto Olympiadis centeſimæ tertiædecimæ legatorum aduentum Babylonem adſcribit Q. Curtius L. X. ſiquidem Alexandrum ſpretis Chaldæis Babylonem properaſſe narrat: *nunciabatur enim ei, legatos ex diuerſis terrarum orbis partibus, vndique Babyloniam confluxiſſe, eiuſque aduentum expectare: Ad eò totum orbem nominis eius terror inuaſerat, vt cunctæ gentes, velut deſtinato ſibi Regi, adularentur. Igitur tanquam conuentum vniuerſi orbis acturus, Babyloniam peruenire feſtinabat.* Sed cum Diodoro paria faciet Ariſtoteles, ſi legas; Αντιμθύνης Ρόδιος Ημιόδιος, γινομένου Αλεξάνδρου περὶ Βαβυλῶνα. Dicit Alexandrum fuiſſe Babylone: expectatum verò fuiſſe aduentum Babylonem Satraparum, legatorum, aliorum vndique ad Alexandrum Babyloniam confluentium: τηρήσας τούς τε Σατράπας ἅπαντας προσδοκίμους ὄντας, καὶ στρατιώτας, σὺν ὀλίγοις τε πρεσβεῖς καὶ τεχνίτας κλητοὺς ἄλλους ἄγοντας, καὶ ἰδίᾳ ἀποδημοῦντας, καὶ δῶρα πολλὰ ἀναγόμενα. Quum itaque iſta, quæ Ariſtoteli narrantur, acciderint anno primo Olympiadis centeſimæ quartædecimæ, Hegeſia Athenis Prætore, Ariſtoteles vero ſupremum obierit diem anno tertio eiuſdem Olympiadis centeſimæ quartædecimæ, Philocle, ſiue Diocle, Archonte, Libellum hunc certum eſt ab Ariſtotele,

paullo ante quàm è viuis excederet, ſcriptum fuiſſe, anno, ſi forte, ſecundo Olympiadis centeſimæ quartædecimæ, Cephiſodoro Athenis Prætore. Quemadmodum autem vnus Antimenes, iure Magiſtratus, quem appellat Ariſtoteles Ἡμιόδιος, decimã exegit ab iis qui ad Alexandrum Babyloniam confluebant, & dona ferebant; ita etiam, quum ipſe per prouincias iter faceret, prouinciales damno augebat; teſtis Ariſtoteles paulò poſt: Ἀντιμένης τούς τε Θησαυροὺς τοὺς παρὰ τὰς ὁδοὺς τὰς βασιλικὰς ἀναπληροῦν ἐκέλευε τοὺς Σατράπας κατὰ τὸν νόμον τὸν τῆς χώρας· ὁπότε δὲ διαπορεύοιτο τὸ στρατόπεδον, ἢ ἕτερος ὄχλος ἄνευ τοῦ βασιλέως, πέμψας τινὰ παρ' αὐτοῦ ἐπώλει τὰ ἐκ τῶν θησαυρῶν. Sed quæ hæc Lex eſt, quæ ἀναπληροῦν τοὺς θησαυροὺς τοὺς παρὰ τὰς ὁδοὺς τὰς βασιλικὰς iubet? Lege quidem erat cautum, vt Regi iter facienti pro ſe quiſque omnes munera ferrent: Ælianus Variæ Libro I. cap. XXXI. προσεξίοντι δὲ αὐτῷ καὶ παρελαύνοντι ταῦτα ὑπὸ ἑκάστου πρόκειται, καὶ ὀνομάζεται δῶρα. De his muneribus intelligenda ſunt Ariſtotelis verba: iubebat igitur Antimenes ex Lege fieri, cùm Alexander iter faceret, & munera illi offerri, hoc eſt, quod dixit Ariſtoteles, τοὺς θησαυροὺς τοὺς παρὰ τὰς ὁδοὺς τὰς βασιλικὰς ἀναπληροῦν: Regi enim prætereequitanti in via apponebantur hæc munera. Obſeruat autem Ælianus appellari *dona*, καὶ ὀνομάζεται δῶρα, nempe voce Perſica, quæ id ſignificaret, eaque latet, meo iudicio, in voce Θησαυροὺς apud Ariſtotelem. שור ſignificat *accurrere ad munus offerendum*, vt Eſaiæ cap. LVII. 9. Hinc תשורה *munus*, ſiue *donum* huiuſmodi, ad quod offerendum accurritur.

Vox iſta leuiter corrupta apud Ariſtotelem, cùm nõ intelligeretur, facile mutauit in Græcam θησαυροὺς, ſed reſcribendum eſt θησαυροὺς תירוש Ἀντιμένης τούς τε Θησαυροὺς τοὺς παρὰ τὰς ὁδοὺς τὰς βασιλικὰς ἀναπληροῦν ἐκέλευε κατὰ τὸν νόμον τὸν τῆς χώρας. Quod ſequitur, non videntur cepiſſe interpretes: Quum igitur ex Lege prætcrequitanti & iter facienti Regi munera offerrent, & in via apponerent Perſæ, ſi quando exercitus, aut alia hominum turba per illam regionem, neque tamen Rex intereſſet, iter habebat, ſolebat Antimenes aliquem è ſuis deducere tanquam Regem, itaque munera illi offerebantur, quibus venditis pecuniam comparabat Antimenes: Emendabamus igitur: ὁπότε δὲ διαπορεύοιτο στρατόπεδον, (ita etiam reſcribebat CL. Sylburgius.) ἢ ἕτερος ὄχλος, ἄνευ τοῦ βασιλέως, πομπεύσας τινὰ περὶ αὐτὸν, ἐπώλει τὰ ἐκ τῶν Θησαυρῶν., hîc ἀντὶ τοῦ, πέμψας τινὰ παρ᾽ αὐτὸν, reſcripſimus, πομπεύσας τινὰ περὶ αὐτόν. id eſt, aliquem è ſuis ornabat & deducebat tanquam Regem, cui à Perſidis populis dona offerrentur, oblata autem vendebat Antimenes. Sequuntur in eodem Libello loca aliquot malè ſana, quibus medicinam properare, Deo dante, conabimur. Narrat Ariſtoteles Heracleotas claſſem quadraginta nauium inſtruxiſſe, & Boſpori tyrannis bellum intuliſſe, cùm tamen non haberent, vnde ſtipendium ſuis numerarent militibus. Pecunia igitur alicunde corradenda fuit: factum id hac arte: Coëmerunt à mercatoribus, quicquid illis erat frumenti, & olei, atque vini, καὶ τὴν ἄλλην ἀγορὰν, die

conſtituto, quo pretium harum rerum mercatoribus erat numerandum: atque id quidem mercatoribus erat longè commodiſſimum, nam nihil opus fuit illis, κοτυλίζειν., Heracleotæ verò hac ratione, ſuis militibus ſtipendium vnde numerarent, habuerunt, & annonam præbuerunt. Sed Ariſtotelis verba in hanc rem proculdubio ſunt mendoſa: ἐκ ξνοί τε, διδόντες * δι' ἄλλω, οὐ μισθὸν παρῆγον, ἀλλὰ τὴν ἀγορὰν ἐν ὁλκάσι, καὶ ἄνδρα Ταμίαν ἐπέστησαν ἐφ' ἑκάστῃ τῆς νεῶν. ἀφικομένων δὲ εἰς τὴν πολεμίαν αὐτῶν, ἠγόραζον οἱ στρατιῶται παρὰ τούτων ἅπαντα· πρότερον συνελέγη, ἢ ἀργύριον ἐδίδοσαν οἱ στρατηγοὶ πάλιν τὸν μισθόν. ὥστε συνέβαινε ταὐτὸ τὸ ἀργύριον δίδοσθαι, ἕως εἰς οἶκον ἀπῆλθον. Reſcribendum videbatur: ἐκ ξνοί τε διδόντες δι' ἄλω, οὐ μισθὸν παρῆγον, ἀλλὰ τὴν ἀγορὰν ἐν ὁλκάσι, καὶ ἄνδρα Ταμίαν ἐπέστησαν ἐφ' ἑκάστῃ τῶν νεῶν. ἀφικομένων δὲ εἰς τὴν πολεμίαν αὐτῶν, ἠγόραζον οἱ στρατιῶται παρὰ τούτων ἅπαντα πρότερον· συνελέγη, ἢ ἀργύριον ἐδίδοσαν, ἢ Στρατηγοὶ πάλιν τὸν μισθόν· ὥστε συνέβαινε ταὐτῃ τὸ ἀργύριον δίδοσθαι, ἕως εἰς οἶκον ἀπῆλθον. Refert Heracleotas Ariſtoteles ea, quæ à mercatoribus coëmerant, dediſſe δι' ἄλω *in ſalarium*: Salario continentur caro bubula, & porcina, panis, vinum, oleum, olera, ligna, ſal quod *ſalario* nomen dedit. Gloſſæ: *Salarium*, ὀψώνιον, ἁλατικόν. Appellauit autem Ariſtoteles *ſalarium* ἄλω. in Gloſſis habes, ἄλαι, *Salinæ*. Frumentum igitur, vinum, oleum, & cetera à mercatoribus coëmta in ſalarium dederunt Heracleotę, non autem ſtipendium deuehi curarunt, atque nauibus impoſuerunt: poſtquam ad exercitum appulerunt, qui in hoſtico,

Digitized by Google

prius militibus vendiderunt quicquid in *ſalarium* aduexerant: Nam milites apud Græcos, vt plurimùm, ſuis ſibi nummis de commeatu atque ſalario proſpiciebant: Inde corraſerunt Heracleotæ tantam pecuniæ vim, vt potuerint Heracleotæ mercatoribus pretium, duces militibus ſtipendium ea ratione numerare: *πρότερον*, inquit, *ἠγόραζον οἱ στρατιῶται παρὰ τούτων ἅπαντα.* Atque ita *συνελέγη, ἣ ἀργύριον ἐδίδοσαν*, corraſum eſt, vnde pretium perſoluerent mercatoribus. *ἣ στρατηγοὶ πάλιν τὸν μισθόν*, vnde rurſum duces militibus ſtipendium numerarent, vnde accidit *ταύτῃ τὸ ἀργύριον διδόσθαι*, ea ratione pretium perſolui, antequam domum redirent: Compararunt igitur pecuniam Heracleotæ hoc modo: Emerunt à mercatoribus frumentum, oleum, vinum, & cetera, quæ erant in annonam neceſſaria, idque non præſenti pecunia. Antequam autem aduenìſſet conſtitutus numerandæ mercatoribus pecuniæ dies, annonam hanc nauibus impoſitam ad exercitum importarunt: priuſquam autem agerent cum militibus de ſtipendio, omnem illis annonam vendiderunt tam carè, vt pecuniam confecerint, quæ ſatis eſſet & perſoluendo mercatoribus pretio, & numerando militibus ſtipendio. Reſtat excutiendum Mauſoli Cariæ Tyranni exemplum: Huic cùm non ſuppeteret abũdè pecunia, rem iſtam commẽtus eſt, aduocata Mylaſſenſium ſuorum concione, dixit Perſarum Regem breui adfuturum, atque Mylaſſenſium vrbem *ἀτείχιστον* obſeſſurum, iubet itaque Mylaſſenſes quantum poſſint pecuniæ, ſi velint reliqua ſua ſalua fore,

Digitized by Google

conferre, vt muros excitet: Contulerunt larga manu Mylaſſenſes, ſed eam omnem pecuniam Mauſolus in ſuum intulit ærarium, neque muros excitari curauit, hoc dicto ſe tuens, τὸ δὲ τεῖχος οὐκ ἔφη τὸν θεὸν ἐν τῷ παρόντι οἰκοδομεῖν. Corruptus eſt hic locus, quem ita corrigere, tentabat vir maximus Ioachimus Camerarius, ὃ δὲ τεῖχος οὐκ ἔφη τὸν θεὸν ἐᾷν ἐν τῷ παρόντι οἰκοδομεῖν. Sed emendatione iſta non opus: Conijciebamus Mauſolum dixiſſe, & Ariſtotelem ſcripſiſſe: τὸ δὲ τεῖχος οὐκ, ἔφη, τῶν θεῶν ἐν τῷ παρόντι οἰκοδομεῖν. Cauſatur ſe adeo premi iniquis temporis anguſtijs, vt ne in ipſorum quidem Deorũ poteſtate ſit, intra illud, quod ſupererat tempus, antequam Perſarum Rex vrbem obſidione cingeret, muros illius excitare: nempè effluxerat tempus in conferẽda pecunia, ex quo Mauſolus prædixerat vrbem à Perſarum Rege obſeſſum iri: reſtabat verò breuiſſimum, intra quod nec ipſi immortales Dij vrbi mœnia ſtatuere poſſent.

LAVS DEO OPT. MAX.

Digitized by Google

SAMVELIS PETITI MISCELLANEORVM

LIBER V.

ANALECTA EX ATHENÆI CENIS.

LIBER I.

Eratoſthenes emendatur. Aquæ calidæ. Verſus ſedi ſuæ reſtitutus apud Athenæum.

CAPVT I.

OBSERVAT vſum vocis μετάκερας, Athenienſibus vſurpatæ, Athenæus Libro II. pag. 41, Sed corruptus eſt Eratoſthenis ab eo laudatus locus: Ἀθηναῖοι δὲ μετάκερας καλοῦσι τὸ χλιαρὸν, ὡς Ἐρατοσθένης φησὶ, ὑδαρές καὶ μετάκερας. Optimè Vir Incomparabilis Animaduerſionum Libro II. cap. IV. notat non liquere, quid vocet Eratoſthenes ὑδαρές· Sed reſcribendum conijciebamus, cum Deo, ὕδωρ ῥέῃ καὶ μετάκερας. Eratoſthenes, cuius

hæc verba laudantur, nobiliſſimus ille eſt Geographus, cuius laudes prædicat Strabo: Adnotabat itaque Geographus alicubi aquam è fonte tepidam fluere: Paullò poſt pag. 43. vulgo hic verſus poſt illos Eubuli Comici legitur,

Καὶ ἡμῖν ἡ πᾶσα δύναμις ἐξ ὑδάτων ἄρδεται.

Loco ſuo motum eſſe nullus dubito: Nam cum præcedentibus verſibus nihil his verbis commune: vnde vir magnus cap. VI. ingenuè fatetur, quò illa pertineant neſcire: Nos exiſtimamus referri debere ad primorem orationem illius, qui de aquis diſputationẽ habere incipit: teſtimonio enim Pindari, quo docet ἄριστον πάντων εἶναι τὸ ὕδωρ, hunc verſum addidit, quo probat mortalibus eſſe vtiliſſimam: Quare extremæ paginæ 40. per nos reſtituatur: His enim quaſi duobus teſtibus oſtendit diſputationem de aquis ſibi non fuiſſe prætermittendam.

Laſyrtæ plani hiſtoria, qui cum non biberet, meiebat non minus, quàm ceteri mortales. Athenæus emaculatus.

CAPVT II.

IN hiſtoria Laſyrtę plani leguntur iſta apud Athenæum Libro II. pag. 45. θέρους γὰρ ὥρᾳ καὶ τεσσαρακονθήμερον προσεδρεύοντες, καὶ οὐδενὸς μὲν ὁρῶντες ἀπεχόμενον ἁλμυροῦ, τὴν κύστιν δ' αὐτοῦ ἔχοντα συνεπείσθησαν ἀληθεύειν. Locus hic exercitum habuit maximum Caſaubonum Animaduerſionum Libro II. cap. VI. qui

qui Laſyrtam iſtum, vt mimum ritè ageret, voluiſſe de ſe credi ſcribit, quaſi neque biberet, neque meïeret: itaque præcedentia verba emendabat: Λασύρτας Λασιώνιος οὐδὲ προσεδεῖτο ποτοῦ καθάπερ οἱ ἄλλοι, οὐδ᾽ οὖρον προσίει, καθάπερ πάντες ἄνθρωποι. Qui verò Laſyrtam obſeruabant, verum putarunt ipſum meïere nunquam, quod illum ſemper viderent, τὴν κύστιν αὐτοῦ ἔχοντα, id eſt, veſicam eodem ſemper in loco & ſtatu habentem: Sed emendationem illam ſuam nobis non probat ὁ μακαρίτης, & certè abeſt à libris negatiua οὐ ante vocem οὖρον: neque ea quicquam opus eſt, vt mimum ritè egiſſe dicatur Laſyrtas. Non enim tam portentoſum fuit, hunc planum, qui non biberet, non meïere; illud potiori iure fuit miraculo, illum non bibiſſe, neque tamen minus quàm ceteros mortales minxiſſe. Priorem itaque hanc ſcripturam vindicamus & aſſerimus: Λασύρτας Λασιώνιος οὐ μὲν προσεδεῖτο ποτοῦ καθάπερ οἱ ἄλλοι, οὖρον δ᾽ προσίει καθάπερ πάντες ἄνθρωποι. Sequentia ita emendanda eſſe ſuſpicamur: τὴν πίστιν δ᾽ αὐτοῦ ἔχοντες συνεπείσθησαν ἀληθεύειν. Cùm, inquit, Laſyrtæ aſſediſſent eum obſeruaturi, ac vidiſſent à ſalſamentis etiam non abſtinuiſſe, illius rei argumenta & probationes habentes, ex vero illum non bibere ſibi perſuaſuerunt. Vox πίστις fidé, argumentum, & probationem, quæ fidem facit, ſignificat: Quanquam non celabo nobis videri quædam deeſſe poſt vocem ἁλμυρῶν ante hæc, τὴν πίστιν δ᾽ αὐτοῦ ἔχοντες.

Digitized by Google

Antiphanes & Eriphus Comici illuſtrati. Bœoti voraces. Mercatorum mos merces obtrudentium.

CAPVT III.

ANTIPHANES ἐν Βοιωτίᾳ fabula apud Athenæum Libro III. pag. 84.

Καὶ περὶ μὲν ὄψου γ' ἠλίθιον τὸ καὶ λέγειν
Ὥσπερ πρὸς ἀπλήστους·

Bœoti tanquam ἀδδηφάγοι & voraces malè audiebant atque traducebantur: hinc verba iſta ad virginem, quæ Bœotia, vt nobis videtur, erat, & nomen dedit fabulæ. Sequitur paullo poſt:

Φασὶν τὰ χρυσᾶ μῆλα ταῦτ' εἶναι τρία
Μόν'.

An hæc referentur ad aurea illa tria mala, quæ dederat Hippomeni Venus? Atque iſta dicebat ad virginem quiſquis ille eſt, qui loquitur: Cætera ita perſonis diſtinguo:

Φασὶν τὰ χρυσᾶ μῆλα ταῦτ' εἶναι τρία
Μόν'. B. ἔστιν ὀλίγον τὸ καλόν. A. ἔστι πανταχοῦ
Καὶ τίμιον.

Dicit Virgo pauca eſſe, quæ pulcra ſunt: Reſpondet alter eadem eſſe cara, & magni æſtimanda: Sequitur apud Eriphum, qui ab Antiphane accepit:

---- A. ἔστι πανταχοῦ
Καὶ τίμιον. B. τούτων μὲν ὀβολὸν οὐ πολὺ
Τίθημι, λογιοῦμαι γὰρ, αὗται δὲ ῥοαὶ
Ὡς εὐγενεῖς.

Sed hæc non videntur commodè perſonis diſtincta; & præterea quædam voces ſunt tranſpoſitæ. Reſcribo:

> Καὶ τίμιον. B. τούτων μὲν ὀβολὸν τίθημι.
> A. Οὐ πολὺ, λογιοῦμαι γάρ. B. αὗται δὲ ῥοαὶ
> Ως εὐγλυφεῖς; A. τὴν γὰρ, &c.

Reponit Virgo ei, qui mala iſta quantiuis pretij eſſe dixerat, empturam ſe obolo: Negat verò alter eſſe ſatis, & rationem, inquit, inibo tecum. Nihil familiarius mercatoribus, qui merces ſuas volunt obtrudere, quàm fucum facere imperitis hac ratione, cùm pollicētur ſe rationes ſuas coram illis inituros, quanti emerint.

Damoxenus Comicus emendatus. Canon Epicuri: eiuſdem Criteria. Coquinaria cum Muſica comparatur.

CAPVT IV.

EXTAT benè longa Damoxeni Comici ῥῆσις è dramate Συντρόφοις apud Athenæum Libro III. pag. 102. cuius pleraque excuſſerunt diligentiſſimè duo ſummi & eruditiſſimi viri: ſuperſunt tamen nōnulla, quæ impetum noſtrum morantur: Facetè Damoxenus ad coquinariam tranſtulit, quę Epicurus in ſuo *Canone*, quo ad Phyſicā & Ethicā Philoſophiam inſtituebantur ſectæ & diſciplinæ illius alumni, ſcripſerat. Diogenes Laërtius: ἐν τοίνυν τῷ Κανόνι λέγει ὁ Ἐπίκουρος κριτήρια τῆς ἀληθείας εἶναι τὰς αἰσθήσεις, καὶ προλήψεις, καὶ

τὰ πάθη. Damoxenus itaque hæc exequitur in cibis κριτήρια, τὰς αἰσθήσεις, καὶ προλήψεις ad verſum vſque XXIV. vbi tertium illud τῆς ἀληθείας κριτήριον addit, nempe τὰ πάθη. πάθη δὲ λέγουσιν, inquit Diogenes, εἶναι δύο, ἡδονὴν καὶ ἀλγηδόνα· ἱστάμενα περὶ πᾶν ζῶον. καὶ τὴν μὲν, οἰκεῖον· τὴν δὲ, ἀλλότριον· δι' ὧν κρίνεσθαι τὰς αἱρέσεις καὶ φυγάς. ac primùm περὶ τῆς ἡδονῆς, agit Damoxenus:

---- ὃ δὲ

Ληφθὲν καθ' ὥραν ἀποδίδωσι τὴν χάριν.

Sequitur & alterum πάθος ἀλγηδών.

Τίς παρακολουθεῖ ταῦτα; τῶν ἀγροικῶν
Στρόφοι καὶ πνευμάτια, &c.

Vox παρακολουθεῖ nouè quidem, elegantiſſimè tamen hic vſurpatur: Diximus ex Epicuri ſententia inter cetera τῆς ἀληθείας κριτήρια fuiſſe, τὰ πάθη, ἡδονὴν, καὶ ἀλγηδόνα per illam κρίνεσθαι τὰς αἱρέσεις, quid ſit faciendum, per hanc τὰς φυγάς, quid fugiendum. His principiis nititur Damoxenus, & probat ea, quæ ante dixerat de delectu ciborum, per hoc κριτήριον, τὰ πάθη, ac primùm, per ἡδονήν: nam τὸ ληφθὲν καθ' ὥραν, inquit, ἀποδίδωσι τὴν χάριν. & paulò poſt de ſeipſo,

---- παρὰ δ' ἐμοὶ τρέφει
Τὸ προσφερόμενον βρῶμα.

Probat denique per ἀλγηδόνα, his verbis,

Τίς παρακολουθεῖ ταῦτα; τῶν ἀγροικῶν στρόφοι,
Καὶ πνεύματα γινόμενα, τὸ κεχηνμένον
Ἀσχημονεῖν ποιοῦσι.

Eſtne aliquis, inquit, qui hæc præcepta de delectu

Digitized by Google

in cibis inſuper habeat? igitur dolorem cibi creant: Vox παρακολουθεῖν hîc non ſignificat ſequi, comitari, animum attendere, ſed potius, inſuper habere, & negligenter exequi quæ præcepta ſunt: quomodo ſæpè vſurpatur præpoſitio παρὰ in compoſitione: Poſt *Canonem* docebantur Epicurei Phyſicá. Diogenes: εἰώθασι μὲν τοι τὸ Κανονικὸν ὁμοῦ τῷ Φυσικῷ συντάττειν. Id preſtitum in ſequentibus à Damoxeno: Inducit enim de ciborum natura philoſophantem coquum: initium ab iſtis,

---παρὰ δ' ἐμοὶ τρέφει
Τὸ προσφερόμενον βρῶμα, &c.

Et inter ceteros leguntur hi verſus,

Ὁ χυμὸς ὁμαλῶς πανταχοῦ συνίσταται,
Χυμὸς λέγεις; Δημόκριτος οὐδὲν πρᾶγμα τὰ
Γινόμενα ποιεῖ τοῦ φαγόντ' ἀρθριτικόν.

Quanquam vox χυμὸς proba ſit, cùm tamen hic coquus, Philoſophiæ Epicureæ θρέμμα, libenter Epicuri vocibus vtatur, non poſſum non ſuſpicari in his duobus verſibus ἀντὶ τοῦ χυμὸς reſcribendum eſſe τὸ χυλός, qua voce vtitur Epicurus, & alludit Damoxenus ad illud Epicuri dictum multis obſeruatum è Libro περὶ Τέλους. οὐ γὰρ ἔγωγε ἔχω τί νοήσω τἀγαθόν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονάς. Prima verba ſecundi verſus ex his tribus, vt optimè obſeruauit Vir Incomparabilis, ſunt illius, quem alloquebatur coquus: Quid, inquit, χυμοὺς ſiue χυλοὺς tu noſti, & de ijs loqueris? nihil ad te collatus Democritus: cetera ita lego, & interpretor:

B. χυλὸς λέγεις; Δημόκριτος οὐδέν. A. πράγματα

Γινόμθυα ποιεῖ τὸν φαγόντ' ἀθρηλικόν.

id eſt, Nihil eſt, quod mireris: Euenta nos cautos fecerunt; ſed præter expectationem (quæ figura in Comœdijs vtramque facit paginam.) τὸν φαγόντα dixit: aut etiam quia, ex Epicuri ſententia, ἐπίνοιαι πᾶσαι ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων γεγόνασι. Senſus eſt is, quem dixi: Non mirum eſt, ſi plura aut peritiora & acutiora, quàm ipſe Democritus, qui huius Philoſophiæ præcipuus auctor, dixerim, experientiâ, quæ ſtultorum etiam audit magiſtra, edoctus. Quæ in his ſequentibus à verſu quinquageſimo dicuntur à Damoxeno è muſica ſunt deſumpta; vnde hanc inchoaturus orationem dixit coquus,

Ἁρμονικὸς οὐ μάγειρος.

Nec id iniuriâ facit Damoxenus: multa enim muſicę & igni conueniunt, ſed id præcipuè, quòd *Vox*, Muſices ſubiectum, ſit, teſtibus Ariſtoxeno atque Plutarcho, ἀὴρ πεπληγμένος αἰσθητὸς ἀκοῇ. *Ignis flamma* eſt ἐξαερουμένη ὑγρότης πυρουμένη, inquit, Theophraſtus in Libello de Igne: vnde etiam Philemon Comicus *igni* ἄνεσιν, quæ Muſicorum eſt, adtribuit. *Voci* à Muſicis adſcribuntur, ἐπίτασις, ἄνεσις, τάσις, & quæ ex illis oriũtur, ὀξύτης, καὶ βαρύτης. ἐπίτασις eſt motus vocis grauioris in acutiorem: ἄνεσις eſt motus vocis acutioris in grauiorem: Ex ἐπιτάσει fit ὀξύτης, quæ in hac acutiore, in quam mouebatur, conſiſtit voce: ἄνεσιν verò ſequitur βαρύτης, quæ in grauiore, in quam mouebatur, conſiſtit voce: Ariſtoxenus Muſicus Libro I. λεκτέον ἂν εἴη περὶ ἐπιτάσεως καὶ ἀνέσεως. ἔτι δὲ ὀξύτητος καὶ βαρύτητος. πρὸς δὲ τούτοις τάσεως. ἡ μὲν οὖν ἐπίτασις ἐστι κίνη-

σις τῆς φωνῆς συνεχὴς ἐκ βαρυτέρου τόπου εἰς ὀξύτερον. ὀξύτης δὲ, τὸ γινόμενον διὰ τῆς ἐπιτάσεως. βαρύτης δὲ, τὸ γινόμενον διὰ τῆς ἀνέσεως. Excidit definitio τῆς ἀνέσεως, quæ huiuſmodi eſt reponenda: ἡ δὲ ἄνεσίς ἐστι κίνησις τῆς φωνῆς συνεχὴς ἐξ ὀξυτέρου τόπου εἰς βαρύτερον. Addit paulò poſt: δῆλον δὲ ὅτι ἐπιτείνοντες μὲν εἰς ὀξύτητα τὴν χορδὴν, οὐκ ἐνδέχεταί που ἤδη τήν γε μέλλουσαν ἔσεσθαι ὀξύτητα διὰ τῆς ἐπιτάσεως. τότε γὰρ ἔσται ὀξύτης, ὅταν ἐπιτάσεως ἀγούσης εἰς τὴν προσήκουσαν τάσιν στῇ ἡ χορδὴ, καὶ μηκέτι κινῆται· τοῦτο δ᾽ ἔσται τῆς ἐπιτάσεως ἀπηλλαγμένης καὶ μηκέτι οὔσης. οὐ γὰρ ἐνδέχεται κινεῖσθαι ἅμα τὴν χορδὴν, καὶ ἑστάναι. ἦν δὲ ἡ μὲν ἐπίτασις κινουμένης τῆς χορδῆς· ἡ δὲ ὀξύτης, ἠρεμούσης ἤδη καὶ ἑστηκυίας. ταὐτὰ δ᾽ εἰρήσθω καὶ περὶ τῆς ἀνέσεώς τε καὶ βαρύτητος, πλὴν τῶν ἐναντίων τόπων. Eſt verò τάσις, quam etiam ὁμαλότητα nuncupant, vocis conſiſtentia in eadem voce, ſiue ea ſit acuta, ſiue grauis: nullum enim in his diſcrimen, ne in ijs τάσις fiat. Ariſtoxenus: ὃ μὲν οὖν βουλόμεθα λέγειν τὴν τάσιν, σχεδὸν ἐστὶ τοιοῦτον, οἷον, μονή τις καὶ στάσις τῆς φωνῆς. rurſum: διαφέρει γὰρ οὐδὲν ἡμῖν τὸ λέγειν ὁμαλότητα κινήσεως ἢ ταυτότητα τὴν τάσιν, οὐδὲν γὰρ ἧττον ἡμεῖς τότε φήσομεν ἑστάναι τὴν φωνὴν, ὅταν ἡμῖν ἡ αἴσθησις αὐτὴν ἀποφήνῃ, μήτε ἐπὶ τὸ ὀξὺ, μήτε ἐπὶ τὸ βαρὺ ὁρμῶσαν. & paulò poſt: τὸ μὲν ἑστάναι τὴν φωνὴν καὶ μένειν ἐπὶ τῆς μιᾶς, τάσεώς ἐστιν. συμβήσεται δὲ αὐτῇ τοῦτο ἐάν τ᾽ ἐπὶ βαρύτητος, ἐάν τ᾽ ἐπὶ ὀξύτητος ἵστηται. ἡ δὲ τάσις ἐν ἀμφοτέροις ὑπάρξει. ἔστι γὰρ ἐπὶ τῶν βαρέων, καὶ ἐπὶ τῶν ὀξέων τὸ ἵστασθαι τὴν φωνὴν ἀναγκαῖον ἦν. Eſt igitur τάσις conſiſtentia vocis in eodem ſono, ſiue ea acuta ſit, ſiue grauis: conſiſtentia vocis acutæ eſt, quando neque acutior & vocalior fit, neque deprimitur: con-

ſiſtentia vocis grauis eſt, quando neque magis deprimitur, neque magis acuitur, ſed eadem manet. Notandum præterea τὴν ὀξύτητα veteribus Muſicis, vt notat Ariſtoxenus, dictam fuiſſe κίνησιν κατὰ τάχος. & apud Nicomachum Pythagoreum Libro I. docetur, τάχεος πλήγματος ἢ πνεύματος εἰς τὸν πέριξ ἀέρα ἐμπεσόντος ὀξεῖαν ἀποτελεῖσθαι φωνήν. Ex his ita poſitis pendet vera & germana verborum Damoxeni, quæ viris vndecumque magnis negotium exhibuerunt, interpretatio, atque emendatio: ita eduntur:

> Ἁρμονικὸς ὁ μάγειρος. ἐπίτεινον τὸ πῦρ,
> Ὁμαλιζέτω τοῖς σαχέσι. προφέρτη λοπάς
> Ζεῖ ταῖς ἐφεξῆς οὐχὶ συμφώνως.

Nullus dubito eſſe reſcribendum,

> Ἁρμονικὸς ὁ μάγειρος, ἐπίτεινον τὸ πῦρ.
> Ὁμάλιζε τούτοις τάχεσι.

Imperia ſunt coqui, qui ſuos alloquitur ὑποδιακόνους, ſiue diſcipulos, ſed Muſicorum verbis; ἐπίτεινον τὸ πῦρ, inquit, largius extrue focum & ignem: alludit ad Muſicorum ἐπιτάσεις, quæ vt diximus, fiebant ἐκ βαρυτέρου τόπου εἰς ὀξύτερον. addit, ὁμάλιζε τούτοις τάχεσι, quibus verbis deſignat Muſicorum τάσιν, quam etiam ὁμαλότητα fuiſſe appellatam diximus: Cùm autem τάσις ſit μονή τις καὶ στάσις ἐπὶ τῶν ὀξέων, ἢ ἐπὶ τῶν βαρέων, conſiſtentia vocis ſiue acutæ, ſiue grauis, prout Muſicus, modulatus fuerat, atque in ea voce τάσιν faciebat, & conſiſtebat: Damoxeni coquus, qui ἐπιτείνειν prædixerat, iubet ἐπὶ ταύτης τῆς ὀξύτητος τάσιν fieri, quod eleganter dixit, ὁμάλιζε, quia τάσις eſt & dicitur ὁμαλότης. addit τούτοις τάχεσι, quibus ſignificat ὀξύτητα τῆς ἐπιτάσεως

ἐπιτάσεως, de qua, ἐπίτεινον, prædixerat, & in qua iubet conſiſtere: eſt enim, inquit, Ariſtoxenus, ὀξύτης κίνησις κατὰ τάχος, & quæ τάχεα ſunt, ſunt quoque ὀξέα, vt dicebamus è Nicomacho. Is igitur coquus, qui validiorem ignem fieri iuſſerat verbis præcedentibus, cauet his ne remiſſior aut etiam largior fiat; & imperat diſcipulo, videat vt æquè validus perduret. Sequitur

----προσθέτη λοπὰς
Ζεῖ ταῖς ἐφεξῆς οὐχὶ συμφώνως.

De ollis loquitur hic ἀλαζοχαυνοφλύαρος, tanquam de ſonis & diaſtematibus; prima, inquit, olla ceteris συμφωνίαν non habet, (ſed eleganter de ollis ζεῖν dixit.) Diſtinguuntur namque τὰ διαστήματα in τὰ σύμφωνα καὶ τὰ διάφωνα, auctore, vt ceteros mittam, Ariſtoxeno: atque huc alludit noſter Damoxenus: Quanquam autem hæc διαστήματα ſint inter ſe διάφωνα, ex illis tamen exſurgit τὸ μουσικὸν μέλος καὶ ἐναρμόνιον. ne putes cum viris magnis, dolere coquo primam ollam ceteris συμφώνως non feruere; eaque de cauſſa imperare, vt omnibus ollis focus æqualis ſubijciatur: Quin potius, vt iam diximus, ad illa διάφωνα διαστήματα alludit, è quibus fiebat & conſtabat ἁρμονία. Addit

----νοεῖς
Τὸν τύπον;

Vir Incomparabilis vertit *formam imperiorum & artis totius*: Alter ab illo de Epicuri ſchola ſumptum eſſe τὸν τύπον vult. Sed pace liceat dixiſſe veſtra, videtur eſſe reſcribendum, τὸν τόπον, quæ vox è Muſica eſt pe-

tita: τόπος enim eſt, ἐν ᾧ διαστήματα καὶ φωναὶ κινοῦνται, inquit. Ariſtoxenus Muſicus: nam φωνὴ κατὰ τόπον βαρύτερον ἢ ὀξύτερον, ὀξεῖα ἢ βαρεῖα γίνεται. Huc ſpectat igitur Damoxeni coquus, itáque reponendú eſt. Quin etiam ἁφαὶ Muſicorum ſunt, quemadmodum τὸ πυκνὸν quoque, & quæ ab illo deriuantur. Atque de hoc loco tantum eſt.

Antiphanis verſus leuiter corrupti caſtigantur. Thearion piſtor. Antiphanis ætas.

CAPVT V.

LAVDANTVR Antiphanis ex *Omphale* fabula verſus Athenæo Libro III. pag. 112. in quibus hi leguntur extremi, vbi de pane Attico agit:

Μίμημα χλεὸς Ἀττικῆς, οὓς δὴ γοναῖς
Θεαρίων ἔδειξεν.

Eruditi, γοναῖς, interpretantur, *poſteris*, id eſt, ἐκγόνοις. Heſychius γοναὶ, τέκνα. Sed in gratijs viri ſummi: qui vertit, *quos panes Thearion Panathenæis edidit*, ceu artis ſuæ ſpecimen: Mos veterum omne genus artificum ſolennibus feſtorum diebus de palma inuicem contendere. Non enim ſoli Poëtæ fabulas ſuas committebant, verùm etiam omnes alij quicumque artis alicuius fiduciam habebant: Hæ ſunt, quas Græci δείξεις, Latini *commiſſiones*, paſſim vocant. γοναὶ interpretatur *Mineruæ feſtum natalitium.* Panathenæorum & Quinquatriorum id fuit argumentum. Sed vocis

γοναῖς interpretatio de natali Mineruæ nullo nititur auctore, itaque nobis non probatur: adde, neque ſolis Panathenæis, cùm ſpecimen artis ederet, optimum & præſtantiſſimum panem, neque alia aut ratione, aut forma, pinſebat, quàm alias ſemper: & præterea crediderim potius has artificum δείξεις ſiue commiſſiones fieri ſolîtas per illud feſtum, cui Χαλκεῖα erat nomen: Legendum itaque ſuſpicabar;

Μίμημα χλεὸς Ἀττικῆς, οὓς δὴ γονεῖς
Θεαρίων ἐδίδαξεν.

Antiphanes Comicus, vt auctor eſt Suidas, claruit Olympiade nonageſima tertia, aut nonageſima octaua, vt eſt apud veteres ad Ariſtophanem Magiſtros, minor Socrate, qui in Platonis Gorgia meminit *Thearionis* tanquam fato functi. Quare Antiphane longè maior *Thearion*: illius igitur non meminit Antiphanes, quaſi per illa tempora Panathenæis artis ſuæ ſpecimen ediderit, aut natos docuerit: ſed qui docuerit parentes aut auos noſtros Ἄρτους θαυμαστοὺς παρασκευάζειν. Id igitur ſignificant hæc verba, οὓς δὴ γονεῖς Θεαρίων ἐδίδαξεν. Maiores, inquit, noſtros, qui tunc erant, præſtantiſſimos & optimos panes pinſere docuit Thearion.

Alexidi Comico lux prælata. Profeſſio liberorum. Satyri è Theſſalia. Equites iuuenes.

CAPVT [illegible]I.

VERSVS Alexidis Comici, dramate *Epidauro*, qui laudantur ab Atheneo Libro III. pag. 119. obſcuri ſunt, nos, σὺν θεῷ δ' εἰπεῖν, illis facem aliquam prælucete conabimur: τοσαύτην δ' Ἀθηναῖοι σπουδὴν ἐποιοῦντο περὶ τὸ τάριχος, ὡς καὶ πολίτας ἀναγράψαι τοὺς Χαιρεφίλου τοῦ ταριχοπώλου υἱούς, ὥς φησιν Ἄλεξις ἐν Ἐπιδαύρῳ οὕτως,

Τοὺς Χαιρεφίλου δ' υἱεῖς Ἀθηναίους, ὅτι
Εἰσήγαγε τάριχος, οὓς καὶ Τιμοκλῆς
Ἰδὼν ἐπὶ τῶν ἵππων, δύο σκόμβρους ἔφη
Ἐν τοῖς Σατύροις εἶναι.

Locus hic peſſimè à Dalecampio eſt acceptus, nec vindicatum ab Incomparabili viro dolemus: His autem verbis εἰσήγαγε τάριχος iocus ineſt elegans. Legibus Athenienſium ciuitate non donabantur, niſi εὐεργετοῦντες τὴν πόλιν. Honorem tamen hunc habuerunt Athenienſes Chærephili liberis, propter ſuam illam σπουδήν, ἣν ἐποιοῦντο περὶ τὸ τάριχος, vt præmittit Athenæus. Chærephilus enim erat ſalſamentarius. Loquitur itaque Alexis de Chęrephili liberis, quaſi patre eſſent nati ſalſamento. Vox εἰσάγειν parentum eſt propria : itaque adſcribitur ab Alexi τῷ ταρίχῳ. Atque dicuntur parentes εἰσάγειν τοὺς υἱοὺς εἰς τοὺς φράτορας καὶ εἰς τοὺς ἄνδρας, quando iurati apud

tribules & populares profitebantur ſe & matre ciuibus Athenienſibus liberos illos, quorum nomina apud acta profitebantur, eſſe natos, aut ſecundum Leges eſſe adoptatos, vt ita τῶν Φρατόρων atque virorum albo inſcriberentur, & ciues Athenienſes agnoſcerentur. Hinc pendet Alexidis πυθασμός: quod enim à patre liberis præſtabatur, his Chærephili liberis à ſalſamento præſtitum eſſe iocatur Alexis: atque τὸ τάειχος εἰσήγαγε, nimirum εἰς τοὺς Φράτορας, καὶ εἰς τοὺς ἄνδρας, quaſi vel ſe natos, vel ſaltem adoptatos liberos; propter eximiam enim Chærephili patris in condiendis ſalſamentis artem, ciuitate ſunt donati. Qui ciuitate donabantur, ſolebant καταλυθῆναι εἰς τοὺς δήμους καὶ τὰς φυλάς, vt conſtat ex Athenienſium pſephiſmate de Platæenſibus, & aliis. Exiſtimamus quoque relatos fuiſſe in varios illos ordines Πεντακοσιομεδίμνων, Ιππέων, καὶ Ζευγιτῶν. Nam eorum, nimirum qui inter τοὺς Πεντακοσιομεδίμνους erant deſcripti, (non enim, qui huius cenſus non eſſent, poterant τῶν ἐννέα Αρχόντων eſſe:) eorum, inquã, ciue matre nati liberi poterant τ͂ ἐννέα Αρχόντων γίνεσθαι. Quare ex hac Lege & more ciues facti Chærephili liberi relati ſunt, & deſcripti inter Equites; vnde dixit Alexis,

---- οὓς καὶ Τιμοκλῆς
Ιδὼν ἐπὶ τῶν ἵππων.

Quæ vir Incomparabilis interpretatur de Equitum tranſuectione: Cur autem *Equites* appellet *Satyros*, quæſtionis eſt: at filios Chærephili dictos fuiſſe *Scombros* ex Libro VIII. certum. *Equites* autem *Sa-*

tyri dicti videntur, quia *Satyri* erant Theſſali. Theocritus in Syracuſanis,

Οὐδ' οἱ ἔπι πρότερον Λαπίθαι καὶ Δουκαλίωνες.

Vetus Scholion: Δουκαλίωνες, ἀντὶ τοῦ Δουκαλίδαι, ἀπὸ Δουκαλίωνος τοῦ Θεσσαλοῦ. Heſychius: Δουκαλίδαι, Σάτυροι. Theſſali autem equitandi peritiâ inter Græcos longè nobiliſſimi: Adde quod Centauris erant progeniti, qui Equites peritiſſimi habiti ſunt: Nonnus Dionyſiacῶn Libro XIII.

Καὶ λασίων Σατύρων Κενταυρίδος αἷμα γενέθλης.

Siue etiam Centaurorum erant progenitores, vt conſtat è Bibliothecæ Apollodori Libro II. vbi Pholum Centaurum nobilem Sileni & Nymphæ Meliæ filium facit. Addendum eſt his verbis perfundi ab Alexi melle Attico Equites: Satyri iuuenes erant: Sileni verò ſenes Satyri: Σειληνοὶ λέγονται οἱ γέροντες τῶν Σατύρων, & *Sileni priuſquàm ſeneſcant, Satyri ſunt*. Salaciſſimi autem crediti ſunt Satyri, & in Venerem proni: Iam verò Equites legebantur iuuenes, vnde hoc nomine Equites appellat Cleo.

--- διά σε τύπτομαι
Ὑπὸ τουτουὶ καὶ τῶν νεανίσκων.

Vapulauerat enim Agoracrito atque Equitibus. Sic quoque nominantur in Lege, qua vetitum illis κομᾶν, cùm antea licitum eſſet: Κινέας γὰρ καὶ Φεῖνος εἰσηγήσαντο μεταστῆσαι τοὺς νέους, νόμον γράψαντες, μηκέτι κομᾶν. Equites itaque carpit obliquè Alexis, cùm Satyros dixit, quaſi bene vaſati, & in Venerem proni eſſent.

Lauri folia olim inter bellaria. Athenæus emaculatus.

CAPVT VII.

OBSERVAT Libro IV. Athenæus è Didymo ſolitos veteres lauri folia comedere inter bellaria: ὅτι δ' ἔθος ἦν τοῖς πάλαι, φύλλα δάφνης τραγηματίζεσθαι. Moris huius teſtimonium adfertur à Didymo ex incerti Poëtæ Cyclopibus: φύλλα σὺ δείπνων καταλύσεις. ἡ δ' καθάπερ χρημάτων, ἦν δ' εἰς τὰ τῶν ἀνδρῶν φειδίτια κομίζουσι, σκυθοποιεῖσθαι ἐκ ζώων ζώων ᾀρομένων. Emendabat vir magnus, φύλλα σὺ δείπνων καταλύσεις ἡδέα τῶν τραγημάτων; *Túne illa tolles folia ſuauia, quæ inter bellaria ſolent apponi?* Benè quidem eidem viro Incomparabili obſeruatum, prauam diſtinctionem in mirum errorem impuliſſe viros doctos, qui putarunt ſuperioribus verbis, ἦν μὲν γὰρ τοῖς παισὶ παρέχουσι, reſpondere hæc, ἡ δ' καθάπερ χρημάτων. Quod tam falſum eſt, quàm abſurdum. Iſta enim ſunt pars ſuperioris teſtimonij: apodoſis verò eſt in ſequentibus, ἦν δ' εἰς τὰ τῶν ἀνδρῶν φειδίτια κομίζουσι. Emendationem tamen τοῦ θαυμασίου, non probamus, vt quæ nimium recedat à veſtigijs veteris lectionis. Teſtimonium hoc petitũ eſt è neſcio cuius Poëtæ Cyclopibus; cuius poëmatis, nobis quidẽ, videtur argumentũ fuiſſe amores Polyphemi: cui ſiue Cyclops quidam, ſiue quis alius dicebat, φύλλα σὺ δείπνων καταλύσεις, ἡδὲ κ' αὐτοῦ ἅπερ χρημάτων. Hic καταλύσεις verbum non eſt, ſed nomen, & *finem*

Digitized by Google

ſignificat, δείπνων κατάλυσις dicuntur folia lauri, quæ cœnas finiebant & claudebant: quibus verbis ſecundæ menſæ, & quæ in illis apponuntur τραγήματα, deſignantur: dicuntur enim τὰ τραγήματα ſiue ſecundæ menſæ δείπνων κατάλυσις, quia poſt illas non eſtur, ſed finitur & diſſoluitur conuiuium. Ad Polyphemum igitur dicebat quiſquis ille eſt: φύλλα σὺ δείπνων καταλύσεις, *tu* (ſupple *comedes.*) *folia lauri è ſecundis menſis:* ἥδε κ' ἀνθ' ἀνὴρ χρηστός: *illa verò* (ſcilicet Galathea, aut alia Polyphemo amata) καὶ ἄπλα, *& hic bonus vir* (comedent) *bellaria ad varias formas effigiata.*

Alexis emendatus dramate Tarentinis. *Pythagorici ad Rempubl accedebant. Sal non videntur comediſſe, quod ab Ægyptijs Sacerdotibus acceptum; incitat enim ad Venerem.*

Caput VIII.

ALEXIDIS ſatis prolixam ῥῆσιν è dramate *Tarentinis* deſcripſit Athenæus Libro IV. pag. 161. aduerſus Pythagoræ diſcipulos, quo nomine laudatur etiam Cratini fabula à Diogene Laërtio in Pythagora: In his autem, quæ ab Italiæ vrbibus nomen inuenerunt dramata, agitur de Pythagoræ diſcipulis, quia ſedebāt illi ad clauum Rerumpublicarum. Malchus: Πυθαγόρας δ' ἄγει πολλοὺς κατὰ τὴν Ἰταλίαν οὕτως ἐθαυμάζετο, αὐτός τε, καὶ οἱ συνόντες αὐτῷ ἑταῖροι, ὥστε καὶ τὰς πολιτείας τοῖς ἀπ' αὐτοῦ ἐπιτρέπειν τὰς πόλεις. Ex his Alexidis

xidis *Tarentinis* tres primi verſus hi ſunt:

Οἱ Πυθαγορείζοντες γὰρ, ὡς ἀκούομεν,
Οὔτ' ὄψον ἐσθίουσιν, οὔτ' ἄλλ' οὐδὲ ἓν
Εμψυχον, οἶνον τ' οὐχὶ πίνουσι μόνοι.

In ſecundo verſu quid ſit, οὔτ' ἄλλα, non capio: neque ſenſum vllum habet: Reſcribo itaque, οὔθ' ἅλα. intelligit enim *ſalem*: Quo abſtinuiſſe Pythagoricos mihi dubium non eſt: neque in paratura & condimento ciborum, quibus veſcebantur, temerè reperias apud Malchum & Iamblichum, adhibitum fuiſſe *ſalem*: Quemadmodum enim, vt homines à rei Venereæ proluuio deduceret, fabulo abſtinere iuſſit Pythagoras, τὸ πᾶν γὰρ γυνή εἰσι, infit ipſemet apud Lucianum ἐν βίων πράσει, ob eandem cauſſam & eſu *ſalis* ſuis interdixit: *Sal* enim ad rem Veneream haud parum conducit. Plutarchus Sympoſiacῶν Lib. VI. Quæſt. X. καὶ μὴν (ἔφη) τὸν ἅλα οὐκ ὀλίγον πρὸς γένεσιν συνεργεῖν οἴονται. Quare & Ægyptij Sacerdotes, & quicũq; in caſto eſſe vellent, *ſale* abſtinebant. Plutarchus ibidẽ: ἐπέτεινε δὲ τὴν ὑπόνοιαν τὸ τοὺς Αἰγυπτίους ἱερέας ἁγνοὺς ὄντας ἀπέχεσθαι τὸ πάμπαν ἁλῶν, ὥστε καὶ τὸν ἄρτον ἄναλον προσφέρεσθαι. αἱ γὰρ ἁγνεῖαι καὶ παιδοποιίαν καὶ γέλωτα καὶ οἶνον, καὶ πολλὰ τῶν ἄλλων ἀξίων σπουδῆς ἀφαιροῦσι. τοὺς δὲ ἅλας τάχα μὲν ὡς ἐπὶ συνουσίαν ἄγοντας ὑπὸ θερμότητος, ὡς ἔνιοι λέγουσι, φυλάττονται καθαρεύοντες. Ab Ægyptijs Pythagoras, qui ἐπαιδεύθη, vt teſtantur veteres rerum Scriptores, πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων, accepit, & ſuis præcepit.

Reſtitutus dramatis Sopatri titulus, atque emendatum ex eodem fragmentum. Corytia ſacra. Edoni populi. Lotus. Æſchylus emaculatus.

CAPVT IX.

EXIMIVM Sopatri fragmentum e dramate, cuius index eſt, vt vulgo editur, Μυστάκου θήτιον, deſcripſit Athenæus Libro IV. pag. 175. ſed peſſimè à librarijs acceptum: Nam ita editur, καὶ ἐν Μυστάκου τῷ Θητικῷ φησιν,

Νάβλας ἐν ἀρθροῖς γραμμάτων, οὐκ ἐμμελής.
Ω λωτὸς ἐν πλευροῖσιν ἄψυχος παγίς
Εμπνουν αὐλεῖ μουσῶν· ἐγείρου δέ τις
Τὸν ἡδονῆς μελῳδὸν εὐάζων χορόν.

Cùm huic malè affecto loco opem ſuam denegarit ὁ θαυμάσιος, nos medicinam facere conabimur: Itaque legendum ſuſpicamur,

Νάβλας ἐν ἀρθροῖς ἀσμάτων οὐκ ἀμελής,
Ω λωτὸς ἐμπλήρη σύμψυχος πάγιον
Εμπνουν αὐλεῖ μουσῶν· ἔχρωθεν δέ τις
Τὸν ἡδονῆς μελῳδὸν εὐάζων χορόν

His verſibus agitur de Muſicis inſtrumentis, itaque vbi primo verſu legebatur, γραμμάτων, reſcripſimus, ἀσμάτων, & aſſeruimus vocem, ἀρθροῖς, quæ in re Muſica locum habet ſuum. Poſtquam *Nablæ* meminit Sopater, addit de *Loto*, quæ *tibiæ* erat ſpecies. Euripides *Hercule Furente* primore,

Ην πόλιτις Υμηναίοισι Καδμείοι ποτὲ,

Digitized by Google

Λωτῷ συνηλάλαξαν.

Suidas: καὶ λωτοὶ ἐπιθαλάμιοί τινες αὐλοί. neque C L. viri rectè ſunt interpretati, περὶ τῆς ὕλης τῶν αὐλῶν, *Lotum* in his Sopatri verſibus, quaſi cum *Nabla* compingeretur, vnde etiam illud παγεὶς fecerunt. Sed nihil *Loto* cum *Nabla*, quæ fuit ὑδραυλικὸν ὄργανον, vt paulo antè docuit Athenæus, ſiue potius κρουόμενον, quod pulſabatur inſtrumentum, vt cenſet Pollux Libro IV. *Lotus*, & quod è *loto* fit inſtrumentum, ἐμπνευστὸν eſt, eodem Polluce teſte. Quomodo autem Incomparabiles viri, ἄψυχον dici de *Loto*, ferre poſſint, nullus video: Neque enim ἄψυχος eſt *Lotus*, quæ, vt loquitur noſter Poëta verſu ſequente, ἔμπνουν αὐλῶν μουσῶν. Quare reſcripſimus è literarum ductu,

Ὦ λωτὸς ἐμπλήρης σύμψυχος πάγιον
Ἔμπνουν αὐλῶν μουσῶν.

Dicit *Lotum* συμφωνεῖν *Nablæ*, quod intelligit voce, σύμψυχος. Ceteræ voces de tibiarum cantu dicuntur. Pollux: αὔλημα, πλῆρες, ἔμπνουν, στερεόν. στερεὸν iſtud deſignatur voce πάγιον. Heſychius, πάγιον, στερεόν. Sequitur apud Sopatrum optimo iam ſenſu,

---- ἔκροτεν δέ τις
Τὸν ἡδονῆς μελῳδὸν θιάζων χορόν.

Nablas erat inſtrumentum, quod pulſabatur. de eo itaque dixit Sopater, ἔκροτεν δέ τις, pulſauit, inquit, aliquis *Nablam*, vt excitaret ad orgia Chorum: Sed quis ſit hic μελῳδὸς ἡδονῆς χορὸς iam à nobis eſt inueſtigandum. Ei faciet rei epigraphe dramatis, quæ ita præſcribitur, ἐν μυστάκου Θητίῳ, corruptè, meo iudicio. Sed nihil audendum eſſe pronuntiat vir magnus; qui hic

à nobis non audietur: audebimus enim aliquid: Inter portentoſa illa ſacra & nefanda, quibus initiabantur & operabantur Græci, fuerunt quoque *Cotytia*, è Thracia Athenas aduecta, propudioſæ & infamis libidinis, de quibus Horatius Epodis,

> *Inultus vt tu riſeris Cotytia*
> *Vulgata, ſacrum liberi Cupidinis?*

Iuuenalis Satyrâ II.

> *Talia ſecretâ coluerunt orgia tædâ,*
> *Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotyton.*

Strabo ἐν θεολογουμένοις Libro X. ζύτοις, ſacris ſcilicet Deûm Matris atque Bacchi, δ' ἔοικε, καὶ τὰ παρὰ τοῖς Θρᾳξὶ τά τε Κοτύτια, καὶ τὰ Βενδίδεια, παρ' οἷς καὶ τὰ Ὀρφικὰ τὴν καταρχὴν ἔσχε. τῆς μὲν οὖν Κότυος τῆς ἐν τοῖς Ηδωνοῖς Αἰσχύλος μέμνηται· εἰπὼν γὰρ, σεμνὰ Κότυς ἐν τοῖς Ηδωνοῖς, ὄρεια δ' ὄργαν' ἔχοντα. Cl. Meurſius in Syllabo Tragœdiarum Æſchyli legit,

> Ορεια τ' ἔργον ἔχοντα.

Quorum verborum nullus eſt ſenſus: Reſcribendum itaque puto:

> Ορφα γ' ὀργάδ' ἔχουσα.

Nam in montibus, qui illi ſacri erant, ac maximè in *Edono* Thraciæ monte, colebatur hæc Dea *Cotyto*, non minus quàm Deûm Mater Cybele. Atque, vt hoc obiter addam, eadem nobis eſſe videtur Æſchyli fabula Ηδωνοὶ, cum ea, quæ ei adſcribitur, & titulum præfert, Λυκοῦργος. Sed duplex eſt epigraphe, vna à *Lycurgo*, qui pœnas, hoc dramate, dabat Baccho propter contemptum ſacrorum; altera à Choro illius dramatis, qui *Edonorum* erat. Nam *Lycurgus* erat

quoque *Edonus*, vt conſtat à Libro Strabonis lauda-to: καὶ τὸν Διόνυσον δὲ, καὶ τὸν Ἠδωνὸν Λυκοῦργον συνάπτοντες εἰς ἓν, &c. Sed hæc ſatis. Cùm non valde differant *Cotytia* ſacra ab illis Cybeles, habebant ſuos choros, muſicaque inſtrumenta, ſuas ἐπιβοήσεις καὶ διασμούς. De his agebatur ſacris, ſi quid iudico, in iſto Sopatri dramate, Μυστάκου Θηπίῳ, cui titulum fecit is, qui *Cotytijs* ſacris initiabatur. Reſcribendus igitur eſt ad hunc modum dramatis titulus, ἐν Μύστᾳ Κοτυτίῳ. Quia de ſacris illis Cotytijs agebatur, titulus fuit, Μύστης Κοτύτιος. Id maximè probat, quod habetur hoc fragmento,

--- ἔκροτει δέ τις
Τὸν ἡδονῆς μελῳδὸν εὐάζων χορόν.

Nam hic χορὸς μελῳδὸς ἡδονῆς eorum eſt, qui ſacris *Cotytijs* erant initiati, quibus adſcribit αὐλοὺς, νάβλας, ἐπιβοήσεις, εὐασμοὺς, ποδοκροτίας. Strabo: Chorus hic, incentiuum dante χορδῇ, καὶ κροτοῦντι νάβλαν, accinit, καὶ πίμπλησι μέλος, vt loquitur Æſchylus apud Strabonem, καὶ εὐάζει. Dicitúrque à Sopatro χορὸς ἡδονῆς. Atque hìc forte aliquis putaret, aliud eſſe reſcribendum, cùm ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς, apud Thracas *Edonos* coleretur *Cotyto*, ſed nomen illud *Edonorum* non patitur lex metri; ad eam tamen gentem alluſum eſt à Sopatro, qui ſignatè dixit eſſe χορὸν ἡδονῆς, propter nefarias illas libidines, de quibus Suidas: Κότυς δαίμων παρὰ Κορινθίοις τιμώμενος, ἔφορος τῶν αἰσχρῶν. ὅθεν γὰρ οἱ Καλαφθένται καὶ Τίμαρχοι, καὶ πάντες οἱ περὶ ἀρχεῖον, τὴν ὥραν διαλυθέμενοι, καὶ οἱ μὴ περὶ ἀρχεῖον δὲ, ἀλλὰ

πρὸς ἄλλο τι, καὶ εἰ μὴ πρὸς μηδὲν ὅλως, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐξαίρετον ἡδονήν, καθάπαξ οἱ φιλυδρίαι τειχῶν πλάσται πόρ-τις εἰσί.

Pauli Æmilij ludi in Macedonia. Parmeno emendatus.

CAPVT X.

NARRAT Athenæus pompam, quam fusè poſtea deſcribit, inſtructam fuiſſe ab Antiocho Epiphane æmulatione Æmilij Pauli: verba eius ſunt è Libro V. pag. 194. ἀκούσαντα τοὺς ἐν τῇ Μακεδονίᾳ συντετελεσμένους ἀγῶνας ὑπὸ Αἰμιλίου Παύλου τοῦ Ῥωμαίων στρατηγοῦ. Nollem factum, vt vir præſtantiſſimus de veris, non de ludicris Æmilij Pauli certaminibus acciperet: Nam quod negat editos in Macedonia ludos fuiſſe ab Imperatore Æmilio Paulo, μνημονικὸν eius ἁμάρτημα eſt: Id enim factum narrat Plutarchus, rebus in Macedonia conſtitutis: θέας δὲ παντοδαπῶν ἀγώνων καὶ θυσίας ἐπιτελῶν τοῖς θεοῖς, ἑστιάσεις καὶ δεῖπνα προὔθετο. Eodem libro V. extremo pag. 221. leguntur hi Parmenonis Byzantini verſus,

> Ἀνὴρ γὰρ ἕλκων οἶνον, ὡς ὕδωρ ἵππος,
> Σκυθιστὶ φωνεῖ, οὐδὲ κόππα γιγνώσκων·
> Κεῖται δ' ἄναυδος ἐν πίθῳ κολυμβήσας,
> Κάθυπνος ὡς μήκωνα φάρμακον πίνων.

Abbreuiator tertio verſu habet ἄναυλος, quod vnicè probatur viro magno: qui exiſtimat ebrium hunc, de quo Parmeno, amiſiſſe & rationis & linguæ

vſum: Atqui vocalem deſcribit Parmeno, nam dicit incondite vociferari, σκυθιςὶ φωνῶν. emendo igitur,

Κεῖται δ' ἀῦ ἀσκὸς ἐν πίθῳ κολυμβήσας.

alludit ad ſortes Theſeo datas,

Ασκὸς βαπτίζῃ, δῦναι δέ τοι οὐ θέμις ἐστί.

idque explicauerat Athenæus verſibus præcedentibus, βεβαπτίσθαι τῷ ἀκράτῳ. His itaque verbis denotat vinoſi in bibendo auiditatem, qui vino ſe ingurgitet & immergat: quod & docet ſequens verſus, ſed malè editur κάθυπνος. Nam qui graui opprimuntur ſomno, aut dormituriunt, vix eſt, vt poſſint educere vini hauſtus: Lego itaque, καθ' ὕπνον, tanta, inquit, eſt in bibendo auiditas, vt inter dormiendum ſe vino proluere ſomniet.

SAMVELIS PETITI MISCELLANEORVM

LIBER VI.

ANALECTA EX ATHENÆI CENIS.

LIBER II.

Carmina veterum amaſios domum ducentia. Comus. Anaxandrides emendatus.

CAPVT I.

VERSVS ſunt Anaxandridæ Comici, dramate *Vlyſſe*, apud Athenæum Libro VI. pag. 227.

--- ὡραῖον δὲ μειρακύλλιον
Ποίαις ἐπῳδαῖς ἢ λόγοις ἁλίσκεται
Τίσιν; φράσον γὰρ, ἐάν τις ἀφέλῃ τὴν τέχνην
Τῶν ἁλιέων· ἥδε γὰρ δαμάζεται
Ἐφθοῖς προσώποις ἰχθύων χειρουμένη.

Quid hîc appellentur ἑφθὰ πρόσωπα ἰχθύων, nemo fortè

fortè dixerit : Quare reponendum putabat Vir Incomparabilis, ἑφθοῖς πατανίοις patinis iurulentorum piſcium. Nos in diuerſam planè imus ſententiam. Veteres carminibus ſolitos fuiſſe & magicis ſacris amaſios negantes amoribus irretire atque illaqueare, teſtis eſt Theocritus, & qui Theocritum expreſſit Vergilius Ecloga VIII.

Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.

quin ipſe Anaxandrides,

----ὡραῖον ὂν μειρακύλλιον
Ποίαις ἐπῳδαῖς, ἢ λόγοις ἁλίσκεται
Τίσιν;

Factum etiam, vt hærerent amaſiorum foribus, atque cantarent παρακλαυσίθυρον oden, qua demulcerent ſuos amores, *Comum* vocant, τὰ ἀσελγῆ καὶ πορνικὰ ἄσματα ἢ μέλη. Hæc omnia negat Poëta poſſe flectere animum τοῦ μειρακυλλίου, non conciliabitur, inquit, niſi habeat, quod edat.

--- ἤδη γὰρ δαμάζεται
Ἑφθοῖς προσῳδοῖς ἰχθύων χορευμένων.

Ita hunc locum conſtituimus : προσῳδὰ illa dicuntur inſtrumenta, quibus ſolet vox accinere : Eleganter igitur Anaxandrides, fruſtra μειρακύλλιον carminibus aggrederis, nihil carmina curat : fruſtra *como* flecti poſſe putas; accine illi & appone iurulentos piſces, faciam vt porrigat : atque huc facit verſus ſequens, qui vulgo editur,

Ἀγρυσ᾽ ἀπ᾽ αὐτὰ τὰ στόματ᾽ ἀρίστου πύλας.

Reſcribebat vir magnus, εἰς ἄδου πύλας. Nos ſuſpicamur emendandum eſſe:

ſignificat, δείπνων καταλύσεις dicuntur folia lauri, quæ cœnas finiebant & claudebant: quibus verbis ſecundæ menſæ, & quæ in illis apponuntur τραγήματα, deſignantur: dicuntur enim τὰ τραγήματα ſiue ſecundæ menſæ δείπνων καταλύσεις, quia poſt illas non eſtur, ſed finitur & diſſoluitur conuiuium. Ad Polyphemum igitur dicebat quiſquis ille eſt: φύλλα σὺ δείπνων καταλύσεις, *tu* (ſupple *comedes.*) *folia lauri è ſecundis menſis:* ἡ δὲ κ' ἄτθ' ἄπερ χρημάτων: *illa verò* (ſcilicet Galathea, aut alia Polyphemo amata) καὶ ἄτλα, *& hic bonus vir* (comedent) *bellaria ad varias formas effigiata.*

Alexis emendatus dramate Tarentinis. *Pythagorici ad Rempubl accedebant. Sal non videntur comediſſe, quod ab Ægyptijs Sacerdotibus acceptum; incitat enim ad Venerem.*

Capvt VIII.

Alexidis ſatis prolixam ῥῆσιν è dramate *Tarentinis* deſcripſit Athenæus Libro IV. pag. 161. aduerſus Pythagoræ diſcipulos, quo nomine laudatur etiam Cratini fabula à Diogene Laërtio in Pythagora: In his autem, quæ ab Italiæ vrbibus nomen inuenerunt dramata, agitur de Pythagoræ diſcipulis, quia ſedebãt illi ad clauum Rerumpublicarum. Malchus: Πυθαγόρας δὲ ἄρχει πολλοῦ κατὰ τὴν Ιταλίαν οὕτως ἐθαυμάζετο, αὐτός τε, καὶ οἱ συνόντες αὐτῷ ἑταῖροι, ὥστε καὶ τὰς πολιτείας τοῖς ἀπ' αὐτοῦ ἐπιτρέπειν τὰς πόλεις. Ex his Alexidis

xidis *Tarentinis* tres primi verſus hi ſunt:

Οἱ Πυθαγορείζοντες γὰρ, ὡς ἀκούομεν,
Οὔτ' ὄψον ἐσθίουσιν, οὔτ' ἄλλ' οὐδὲ ἓν
Ἔμψυχον, οἶνον τ' οὐχὶ πίνουσι μόνοι.

In ſecundo verſu quid ſit, οὔτ' ἄλλα, non capio: neque ſenſum vllum habet: Reſcribo itaque, οὔθ' ἅλα. intelligit enim *ſalem*: Quo abſtinuiſſe Pythagoricos mihi dubium non eſt: neque in paratura & condimento ciborum, quibus veſcebantur, temerè reperias apud Malchum & Iamblichum, adhibitum fuiſſe *ſalem*: Quemadmodum enim, vt homines à rei Venereæ proluuio deduceret, fabulo abſtinere iuſſit Pythagoras, τὸ πᾶν γὰρ γονὴ εἶναι, infit ipſemet apud Lucianum ἐν βίων πράσει, ob eandem cauſſam & eſu *ſalis* ſuis interdixit: *Sal* enim ad rem Veneream haud parum conducit. Plutarchus Sympoſiacῶn Lib. VI. Quæſt. X. καὶ μὴν (ἔφη) τὸν ἅλα οὐκ ὀλίγον πρὸς γένεσιν συνεργεῖν οἴονται. Quare & Ægyptij Sacerdotes, & quicũq; in caſto eſſe vellent, *ſale* abſtinebant. Plutarchus ibidẽ: ἐπέτεινε δὲ τὴν ἀπορίαν τὸ τοὺς Αἰγυπτίους ἱερέας ἁγνοὺς ὄντας ἀπέχεσθαι τῶν πάμπαν ἁλῶν, ὥστε καὶ τὸν ἄρτον ἄναλον προσφέρεσθαι. αἱ γὰρ ἁγνεῖαι καὶ παιδοποιίαν καὶ γέλωτα καὶ οἶνον, καὶ πολλὰ τῶν ἄλλων ἀξίων σπουδῆς ἀφαιροῦσι· τοὺς δὲ ἅλας τάχα μὲν ὡς ἐπὶ συνουσίαν ἄγοντας ὑπὸ θερμότητος, ὡς ἔνιοι λέγουσι, φυλάττονται καθαρεύοντες. Ab Ægyptijs Pythagoras, qui ἐπαιδεύθη, vt teſtantur veteres rerum Scriptores, πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων, accepit, & ſuis præcepit.

Reſtitutus dramatis Sopatri titulus, atque emendatum ex eodem fragmentum. Cotytia ſacra. Edoni populi. Lotus. Æſchylus emaculatus.

CAPVT IX.

EXIMIVM Sopatri fragmentum è dramate, cuius index eſt, vt vulgo editur, Μυστάκου θήτιον, deſcripſit Athenæus Libro IV. pag. 175. ſed peſſimè à librarijs acceptum: Nam ita editur, καὶ ἐν Μυστάκου δ' Θητίῳ φησιν,

> Νάβλας ἐν ἄρθροις γραμμάτων, οὐκ ἐμμελής.
> Ω λωτὸς ἐν πλευροῖσιν ἄψυχος παγίς
> Εμπνουν ἀνίησι μοῦσαν· ἐγρέτου δέ τις
> Τὸν ἡδονῆς μελῳδὸν εὐάζων χορόν.

Cùm huic malè affecto loco opem ſuam denegarit ὁ θαυμάσιος, nos medicinam facere conabimur: Itaque legendum ſuſpicamur,

> Νάβλας ἐν ἄρθροις ᾀσμάτων οὐκ ἀμελής,
> Ω λωτὸς ἐμπλήρη σύμψυχος πάγιον
> Εμπνουν ἀνίησι μοῦσαν· ἔχροθεν δέ τις
> Τὸν ἡδονῆς μελῳδὸν εὐάζων χορόν

His verſibus agitur de Muſicis inſtrumentis, itaque vbi primo verſu legebatur, γραμμάτων, reſcripſimus, ᾀσμάτων, & aſſeruimus vocem, ἄρθροις, quæ in re Muſica locum habet ſuum. Poſtquam *Nablæ* meminit Sopater, addit de *Loto*, quæ *tibiæ* erat ſpecies. Euripides *Hercule Furente* primore,

> Ην πόλις Υμηναίοισι Καδμείοι ποτὲ,

Digitized by Google

Λωτῷ συνηλάλαξαι.

Suidas: καὶ λωτοὶ ἐπιθαλάμιοί τινες αὐλοί. neque C L. viri rectè ſunt interpretati, περὶ τῆς ὕλης τῶν αὐλῶν, *Lotum* in his Sopatri verſibus, quaſi cum *Nabla* compingeretur, vnde etiam illud πηγὶς fecerunt. Sed nihil *Loto* cum *Nabla*, quæ fuit ὑδραυλικὸν ὄργανον, vt paulo antè docuit Athenæus, ſiue potius κρουόμενον, quod pulſabatur inſtrumentum, vt cenſet Pollux Libro IV. *Lotus*, & quod è *loto* fit inſtrumentum, ἐμπνευστὸν eſt, eodem Polluce teſte. Quomodo autem Incomparabiles viri, ἄψυχον dici de *Loto*, ferre poſſint, nullus video: Neque enim ἄψυχος eſt *Lotus*, quæ, vt loquitur noſter Poëta verſu ſequente, ἔμπνουν αἰεὶ μοῦσαν. Quare reſcripſimus è literarum ductu,

Ω λωτὸς ἐμπλήρη σύμψυχος πάγιον
Εμπνουν αἰεὶ μοῦσαν.

Dicit *Lotum* συμφωνεῖν *Nablæ*, quod intelligit voce, σύμψυχος. Ceteræ voces de tibiarum cantu dicuntur. Pollux: αὔλημα, πλῆρες, ἔμπνουν, στερεόν. στερεὸν iſtud deſignatur voce πάγιον. Heſychius, πάγιον, στερεόν. Sequitur apud Sopatrum optimo iam ſenſu,

----ἔκροτεν δέ τις
Τὸν ἡδονῆς μελῳδὸν θιάζων χορόν.

Nablas erat inſtrumentum, quod pulſabatur. de eo itaque dixit Sopater, ἔκροτεν δέ τις, pulſauit, inquit, aliquis *Nablam*, vt excitaret ad orgia Chorum: Sed quis ſit hic μελῳδὸς ἡδονῆς χορὸς iam à nobis eſt inueſtigandum. Ei faciet rei epigraphe dramatis, quæ ita præſcribitur, ἐν μυστάκου Θητίῳ, corruptè, meo iudicio. Sed nihil audendum eſſe pronuntiat vir magnus; qui hic

à nobis non audietur: audebimus enim aliquid: Inter portentoſa illa ſacra & nefanda, quibus initiabantur & operabantur Græci, fuerunt quoque *Cotytia*, è Thracia Athenas aduecta, propudioſæ & infamis libidinis, de quibus Horatius Epodis,

Inultus vt tu riſeris Cotytia
Vulgata, ſacrum liberi Cupidinis?

Iuuenalis Satyrâ II.

Talia ſecretâ coluerunt orgia tædâ,
Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotyton.

Strabo ἐν θεολογουμένοις Libro X. Κότυς, ſacris ſcilicet Deûm Matris atque Bacchi, δ' ἔοικε, καὶ τὰ παρὰ τοῖς Θρᾳξὶ τά τε Κοτύττια, καὶ τὰ Βενδίδεια, παρ' οἷς καὶ τὰ Ὀρφικὰ τὴν καταρχὴν ἔσχε. τῆς μὲν οὖν Κότυος τῆς ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς Αἰσχύλος μέμνηται· εἰπὼν γὰρ, σεμνὰ Κότυς ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς, ὄρεια δ' ὄργαν' ἔχοντα. Cl. Meurſius in Syllabo Tragœdiarum Æſchyli legit,

Ὀρεια τ' ἔργον ἔχοντα.

Quorum verborum nullus eſt ſenſus: Reſcribendum itaque puto:

Ὀρφα γ' ὀργάδ' ἔχουσα.

Nam in montibus, qui illi ſacri erant, ac maximè in *Edono* Thraciæ monte, colebatur hæc Dea *Cotyto*, non minus quàm Deûm Mater Cybele. Atque, vt hoc obiter addam, eadem nobis eſſe videtur Æſchyli fabula Ἠδωνοὶ, cum ea, quæ ei adſcribitur, & titulum præfert, Λυκοῦργος. Sed duplex eſt epigraphe, vna à *Lycurgo*, qui pœnas, hoc dramate, dabat Baccho propter contemptum ſacrorum; altera à Choro illius dramatis, qui *Edonorum* erat. Nam *Lycurgus* erat

Digitized by Google

quoque *Edonus*, vt conſtat à Libro Strabonis laudato: καὶ τὸν Διόνυσον δὲ, καὶ τὸν Ἠδωνὸν Λυκοῦργον συνάπτοντες εἰς ἕν, &c. Sed hæc ſatis. Cùm non valde differant *Cotytia* ſacra ab illis Cybeles, habebant ſuos choros, muſicaque inſtrumenta, ſuas ἐπιβοήσεις καὶ εὐασμούς. De his agebatur ſacris, ſi quid iudico, in iſto Sopatri dramate, Μυστάκου Θηπίω, cui titulum fecit is, qui *Cotytijs* ſacris initiabatur. Reſcribendus igitur eſt ad hunc modum dramatis titulus, ἐν Μύστῃ Κοτυτίῳ. Quia de ſacris illis Cotytijs agebatur, titulus fuit, Μύστης Κοτύτιος. Id maximè probat, quod habetur hoc fragmento,

--- ἔκροτει δέ τις

Τὸν ἠδωνῆς μελῳδὸν εὐάζων χορόν.

Nam hic χορὸς μελῳδὸς ἠδωνῆς eorum eſt, qui ſacris *Cotytijs* erant initiati, quibus adſcribit αὐλοὺς, νάβλας, ἐπιβοήσεις, εὐασμοὺς, ποδοκροτείας. Strabo. Chorus hic, incentiuum dante χορδωτῇ, καὶ κροτοῦντι νάβλαν, accinit, καὶ πίμπλησι μέλος, vt loquitur Æſchylus apud Strabonem, καὶ εὐάζει. Dicitúrque à Sopatro χορὸς ἠδωνῆς. Atque hìc forte aliquis putaret, aliud eſſe reſcribendum, cùm ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς, apud Thracas *Edonos* coleretur *Cotyto*, ſed nomen illud *Edonorum* non patitur lex metri; ad eam tamen gentem alluſum eſt à Sopatro, qui ſignatè dixit eſſe χορὸν ἠδωνῆς, propter nefarias illas libidines, de quibus Suidas: Κότυς δαίμων παρὰ Κορινθίοις τιμώμενος, ἔφορος τῶν αἰσχρῶν. ὅθεν γὰρ οἱ Κλαζομέναι καὶ Τίμαρχοι, καὶ πάντες οἱ περὶ ἐργάζειν, τὴν ὥραν διαλυθέμενοι, ἢ οἱ μὴ περὶ ἐργάζειον δὲ, ἀλλὰ

πρὸς ἄλλο τι, καὶ εἰ μὴ πρὸς μηδὲν ὅλως, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐξάγιστον ἡδονὴν, καθάπαξ οἱ θηλυδρίαι τειχῶν πλάσται πόμ- τι; εἰσί.

Pauli Æmilij ludi in Macedonia. Parmeno emendatus.

CAPVT X.

NARRAT Athenæus pompam, quam fusè poſtea deſcribit, inſtructam fuiſſe ab Antiocho Epiphane æmulatione Æmilij Pauli: verba eius ſunt è Libro V. pag. 194. *ἀκούσας τοὺς ἐν τῇ Μακεδονίᾳ συντετελεσμένους ἀγῶνας ὑπὸ Αἰμιλίου Παύλου τοῦ Ρωμαίων στρατηγοῦ.* Nollem factum, vt vir præſtantiſſimus de veris, non de ludicris Æmilij Pauli certaminibus acciperet: Nam quod negat editos in Macedonia ludos fuiſſe ab Imperatore Æmilio Paulo, *μνημονικὸν* eius *ἁμάρτημα* eſt: Id enim factum narrat Plutarchus, rebus in Macedonia conſtitutis: *θέας δὲ παντοδαπῶν ἀγώνων καὶ θυσίας ἐπιτελῶν τοῖς θεοῖς, ἑστιάσεις καὶ δεῖπνα προὔθετο.* Eodem libro V. extremo pag. 221. leguntur hi Parmenonis Byzantini verſus,

Ἀνὴρ γὰρ ἕλκων οἶνον, ὡς ὕδωρ ἵππος,
Σκυθιστὶ φωνεῖ, οὐδὲ κόππα γιγνώσκων·
Κεῖται δ' ἄναυδος ἐν πίθῳ κολυμβήσας,
Καθύπνος ὡς μήκωνα φάρμακον πίνων.

Abbreuiator tertio verſu habet *ἄναυλος*, quod vnicè probatur viro magno: qui exiſtimat ebrium hunc, de quo Parmeno, amiſiſſe & rationis & linguæ

vſum: Atqui vocalem deſcribit Parmeno, nam dicit incondite vociferari, σκυθιστὶ φωνεῖν. emendo igitur,

Κεῖται δ' ἀῦ ἀσκὸς ἐν πίθῳ κολυμβήσας.

alludit ad ſortes Theſeo datas,

Ἀσκὸς βαπτίζῃ, δῦναι δέ τοι οὐ θέμις ἐστί.

idque explicauerat Athenæus verſibus præcedentibus, βεβαπτίσθαι τοῦ ἀκράτου. His itaque verbis denotat vinoſi in bibendo auiditatem, qui vino ſe ingurgitet & immergat: quod & docet ſequens verſus, ſed malè editur κάθυπνος. Nam qui graui opprimuntur ſomno, aut dormituriunt, vix eſt, vt poſſint educere vini hauſtus: Lego itaque, καθ' ὕπνον, tanta, inquit, eſt in bibendo auiditas, vt inter dormiendum ſe vino proluere ſomniet.

fortè dixerit : Quare reponendum putabat Vir Incomparabilis, ἑφθοῖς πατελλίοις patinis iurulentorum piſcium. Nos in diuerſam planè imus ſententiam. Veteres carminibus ſolitos fuiſſe & magicis ſacris amaſios negantes amoribus irretire atque illaqueare, teſtis eſt Theocritus, & qui Theocritum expreſſit Vergilius Ecloga VIII.

Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.

quin ipſe Anaxandrides,

---- ὡραῖον γὰρ μειρακύλλιον
Ποίαις ἐπῳδαῖς, ἢ λόγοις ἁλίσκεται
Τίσιν;

Factum etiam, vt hærerent amaſiorum foribus, atque cantarent τὴν διακλαυσίθυρον oden, qua demulcerent ſuos amores, *Comum* vocant, τὰ ἀσελγῆ καὶ πορνικὰ ᾄσματα ἢ μέλη. Hæc omnia negat Poëta poſſe flectere animum τοῦ μειρακυλλίου, non conciliabitur, inquit, niſi habeat, quod edat.

--- ἤδη γὰρ δαμάζεται
Ἑφθοῖς προσῳδοῖς ἰχθύων χλερυμένων.

Ita hunc locum conſtituimus : προσῳδὰ illa dicuntur inſtrumenta, quibus ſolet vox accinere : Eleganter igitur Anaxandrides, fruſtra μειρακύλλιον carminibus aggrederis, nihil carmina curat : fruſtra *como* flecti poſſe putas ; accine illi & appone iurulentos piſces, faciam vt porrigat : atque huc facit verſus ſequens, qui vulgo editur,

Ἀγρυσ' ὑπ' αὐτὰ τὰ στόματ' ἀρίστου πύλας.

Reſcribebat vir magnus, εἰς ᾅδου πύλας. Nos ſuſpicamur emendandum eſſe:

OOoo

Ἀγρυσσ' ἐκ τᾶν αὐτὰ τᾴσματ' ὀαρισοῦ πύλας.

Ille qui nihil mouebatur magicis ſacris, *comis*, & id genus, ſi piſces apponas, & his quaſi cantibus demulceas atque concilies, vltrò ad te veniet: Hæc enim carmina, non illa magica, deducunt amatoris domum. Præpoſitio ἐκ τᾶν cum ὀαρισοῦ πύλας coniungi debet.

Lex de Paraſitis Attica emendata.

CAPVT II.

VARIA Legis Atticæ, quæ τοῦ Βασιλέως appellatur, Kapita referuntur apud Athenæum Libro VI. pag. 235. de quibus, ſi Deus vitam & otium dederit, in noſtris ad Leges Atticas Commentarijs, aliquando agemus: Interea tamen eſt à nobis hoc Legis Kaput expendendum, ſanandumque, in morbo namque cubat: τοὺς δὲ Παρασίτους ἐκ τῆς βουκολίας ἐκλέγειν ἐκ τοῦ μέρους τοῦ ἑαυτῶν ἕκαστον ἑκτέα κριθῶν. Suſpicatur ὁ θαυμάσιος, τὴν βουκολίαν hîc dici, vel iugerum, vel alium agri modum, ex quo fas fuit Paraſito cuique hordei hecteum exigere: Sed aliud planè eſt: Neque enim iubentur Paraſiti ἐκλέγειν ἐκ τῆς βουκολίας, exigere ex agri modo, qui dicatur βουκολία, hordei hecteum: Sed potius Paraſitis præcipitur, vt ſinguli ſeponant hordei hecteum ἐκ τοῦ μέρους τοῦ ἱεροῦ σίτου, cuius ἐπὶ τὴν ἐκλογὴν αἱρούμενοι ἦσαν. Quod bona fide à Paraſitis prçſtandum eſſe cauet Legiſlator verbis iſtis, quæ Virum nunquam ſatis laudatum habue-

runt exercitum: Verùm ea verba ita nobis videntur legenda: τοῖς δὲ Παρασίτοις ἐκτὸς βουκολίας ἐκλέγειν, &c. Seponant, inquit, Paraſiti hecteum hordei ἐκτὸς βουκολίας, bona fide, ſine dolo malo: βουκολία hîc idem ſignificat, quod ἀπάτη, atque βουκολέω interpretatur Heſychius ἀπατάω, decipio, fallo. Hic, puto, Legis ſenſus eſt.

De Paraſitis *elegans Epicharmi* ῥῆσις *emendata.*

CAPVT IIII.

NEſcio quo fato factum ſit, vt quę Epicharmi leguntur fragmenta apud Athenæum, omnia ad vnum fœdis maculis ſint deturpata, & miſerè lacera: Ecce tibi iſta, quæ refert Libro VI. pag. 235. vbi agit de Paraſitis: τὸν δὲ νῦν λεγόμενον Παράσιτον Καρύστιος ὁ Περγαμηνὸς ἐν τῷ περὶ διδασκαλιῶν εὑρεθῆναί φησι ὑπὸ πρώτου Ἀλέξιδος. ἐκλαθόμενος ὅτι Ἐπίχαρμος ἐν Ἐλπίδι ἢ Πλούτῳ παρὰ πότον αὐτὸν εἰσήγαγεν, οὑτωσὶ λέγων, ἀλλ' ἄλλος ὅδ' ἔστηχ' ὅδε τοῦδε κατὰ πόδας, τὸν ῥαδινῶς λαψῇ τύ καὶ ζίνιω καθ' ὠνεύμενον ἀεὶ σῖτον, ἀλλ' ἔμπας ὅδε ἄμυστιν ὥσπερ κύλικα πίνει τὸν βίον. Locum hunc ſanare conatus eſt Vir præſtantiſſimus, cuius ſententiæ non poſſumus accedere: nimium enim recedit eius emendatio à veſtigijs editæ lectionis: Deinde cùm obſeruauerit Athenæus, nulli veterum, nedum Epicharmo, ad Ararotem vſque Ariſtophanis filium, vſurpatum fuiſſe *Paraſiti* nomen; non tam fungus eſt Athenæus, vt Epicharmi verſus deſcripſerit, in quibus,

vt quidem emendat vir magnus, *Paraſiti* nomen legatur: quanquam rem ipſam veteres illi non ignorabant: Nam ecce tibi Epicharmum, qui huiuſmodi hominem παρὰ πότον εἰσήγαγεν, intereſſe facit compotationi; de ea enim hic agitur, non de auctione. Emendandum itaque conijciebamus,

> Ἀλλ᾽ ἄλλος ὧδ᾽ ἔστηκε τοῦδε κατὰ πόδας,
> Τὸν δ᾽ ἄρ, ἵν᾽ ὡς λάψῃ τύ, καὶ τοίνυν μάτην
> Εὔοινον ἀείσιτον· ἀλλ᾽ ἔμπας ὅδε
> Ἀμυστὶν ὥσπερ κύλικα πίνει τὸν βίον.

Ceterum, inquit, alius huic compotationi interfuit, qui ad pedes huius (de quo antea proculdūbio dixerat) ſedit. *Paraſiti* ſeruis conditione proximi erant. Seruos autem, Dominis ſuis cenantibus & cōuiuantibus, ad pedes ſtetiſſe atque miniſtraſſe, notum eſt priuſquam Theoguis naſceretur. *Paraſiti*, qui non ſtabant, cum κολακευομένοις in lectis non accumbebant, ſed in imis ſubſelliis ad illorum pedes ſedebant: atque ita exponimus Gelaſimi *Paraſiti* verba, quæ fruſtra CL. Lipſius ſollicitat, apud Plautum Sticho,

> *Haud poſtulo equidem med in lecto accumbere:*
> *Scis tu med eſſe imi ſubſellij virum.*

Conſtructio autem verſus ſecundi, quæ intricata videtur, hæc eſt, ἵν᾽ ὡς λάψῃ τὺ, καὶ τοίνυν μάτην τὸν δ᾽ ἄρ εὔοινον ἀείσιτον. Vtcumque autem, inquit, te plenis prolueris poculis, fruſtra es ad hunc comparatus bibacem *Paraſitum*: τὸν δ᾽ ἐ, idem eſt, teſte Heſychio, ac παρὰ τοῦτον, habetque comparationis ſignificationem: Eleganter autem vinoſum *Paraſitum* appellat

Digitized by Google

εὔοινον: ſignificat quidem εὔοινος vino abundantem, viniqueferacem regionem ſiue terram; ſed hîc venuſtè de *Paraſito* dicitur, qui multos vini hauſtus poſſit educere; vt eundem nominat ἀείσιτον. Eſt ἀείσιτος, Heſychio teſte, ὁ ἐφ' ἑκάστῃ ἡμέρᾳ ἐν τῷ Πρυτανείῳ δειπνῶν. Hinc deducta eſt metaphora, & dictus *Paraſitus* ἀείσιτος. Quemadmodum enim iſti, qui in Prytaneo alebantur, ſine vlla ſua cura paratis fruebantur epulis, ciuitatiſque abliguriebant bona; ita etiam *Paraſitus* ſui Regis. Carpit quoque Epicharmus obliquè his verbis eum, quem alloquitur, vt quem faciat bibacem: neque tamen quicquam ad *Paraſitum*, quem omnium longè bibaciſſimum deſcribit, qui ætatem in educendis poculis ducat. Sequenti ῥήσει, in qua *Paraſitus* ſuos & ſuorum mores atque ingenium deſcribit, hi duo primi verſus leguntur:

Συνδειπνέω τῷ λῶντι, καλέσαι δεῖ μόνον.
Καὶ τῷ γαμηλιῶντι τῷ γα κοὐδὲν δεῖ καλεῖν.

Poſterior hic verſus corruptus eſt, ſed facile nobis fuit emendare.

Καὶ τῷ γα μὴ λῶντι, κοὐδὲν δεῖ καλεῖν.

Nihil enim hic de nuptijs, aut earum conuiuio: Sed *Paraſitorum* ingenium deſcribit, qui vocati, inuocati, ſemper alienum edunt cibum.

Digitized by Google

à nobis non audietur: audebimus enim aliquid: Inter portentoſa illa ſacra & nefanda, quibus initiabantur & operabantur Græci, fuerunt quoque *Cotytia*, è Thracia Athenas aduecta, propudioſæ & infamis libidinis, de quibus Horatius Epodis,

Inultus vt tu riſeris Cotytia
Vulgata, ſacrum liberi Cupidinis?

Iuuenalis Satyrâ II.

Talia ſecretâ coluerunt orgia tædâ,
Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotyton.

Strabo ἐν θεολογουμένοις Libro X. τούτοις, ſacris ſcilicet Deûm Matris atque Bacchi, δ' ἔοικε, καὶ τὰ παρὰ τοῖς Θραξὶ τά τε Κοτύτια, καὶ τὰ Βενδίδεια, παρ' οἷς καὶ τὰ Ορφικὰ τὴν καταρχὴν ἔσχε. τῆς μὲν οὖν Κότυος τῆς ἐν τοῖς Ηδωνοῖς Αἰσχύλος μέμνηται· εἰπὼν γὰρ, σεμνὰ Κότυς ἐν τοῖς Ηδωνοῖς, ὄρεια δ' ὄργαν' ἔχοντα. Cl. Meurſius in Syllabo Tragœdiarum Æſchyli legit,

Ορεια τ' ἔργον ἔχοντα.

Quorum verborum nullus eſt ſenſus: Reſcribendum itaque puto:

Ορθια γ' ὀργάδ' ἔχουσα.

Nam in montibus, qui illi ſacri erant, ac maximè in *Edono* Thraciæ monte, colebatur hæc Dea *Cotyto*, non minus quàm Deûm Mater Cybele. Atque, vt hoc obiter addam, eadem nobis eſſe videtur Æſchyli fabula Ηδωνοὶ, cum ea, quæ ei adſcribitur, & titulum præfert, Λυκοῦργος. Sed duplex eſt epigraphe, vna à *Lycurgo*, qui pœnas, hoc dramate, dabat Baccho propter contemptum ſacrorum; altera à Choro illius dramatis, qui *Edonorum* erat. Nam *Lycurgus* erat

Digitized by Google

quoque *Edonus*, vt conſtat à Libro Strabonis laudato: καὶ τὸν Διόνυσον δὲ, καὶ τὸν Ἠδωνὸν Λυκοῦργον συνάπτοντες εἰς ἕν, &c. Sed hæc ſatis. Cùm non valde differant *Cotytia* ſacra ab illis Cybeles, habebant ſuos choros, muſicaque inſtrumenta, ſuas ἐπιβοήσεις καὶ θιασμούς. De his agebatur ſacris, ſi quid iudico, in iſto Sopatri dramate, Μυστάκου Θητίῳ, cui titulum fecit is, qui *Cotytijs* ſacris initiabatur. Reſcribendus igitur eſt ad hunc modum dramatis titulus, ἐν Μύστῃ Κοτυτίῳ. Quia de ſacris illis Cotytijs agebatur, titulus fuit, Μύστης Κοτύτιος. Id maximè probat, quod habetur hoc fragmento,

--- ἔκροτει δέ τις
Τὸν ἠδωνῆς μελῳδὸν θιάζων χορόν.

Nam hic χορὸς μελῳδὸς ἠδωνῆς eorum eſt, qui ſacris *Cotytijs* erant initiati, quibus adſcribit αὐλοὺς, νάβλας, ἐπιβοήσεις, εὐασμοὺς, ποδοκροτίας. Strabo: Chorus hic, incentiuum dante χορδῇ, καὶ κροτοῦντι νάβλαν, accinit, καὶ πίμπλησι μέλος, vt loquitur Æſchylus apud Strabonem, καὶ εὐάζει. Dicitúrque à Sopatro χορὸς ἠδωνῆς. Atque hîc forte aliquis putaret, aliud eſſe reſcribendum, cùm ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς, apud Thracas *Edonos* coleretur *Cotyto*, ſed nomen illud *Edonorum* non patitur lex metri; ad eam tamen gentem alluſum eſt à Sopatro, qui ſignatè dixit eſſe χορὸν ἠδωνῆς, propter nefarias illas libidines, de quibus Suidas: Κότυς δαίμων παρὰ Κορινθίοις τιμώμενος, ἔφορος τῶν αἰσχρῶν. ὅθεν γὰρ οἱ Κλαφθέναι καὶ Τίμβρει, καὶ πάντες οἱ περὶ ἐργύειον, τὴν ὥραν διαλυθέμενοι, καὶ οἱ μὴ περὶ ἐργύειον δὲ, ἀλλὰ

πρὸς ἄλλο τι, καὶ εἰ μὴ πρὸς μηδὲν ὅλως, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐξάγιστον ἡδονὴν, καθάπαξ οἱ θηλυδρίαι τειχῶν πλάσται πόρ-τ.; εἰσί.

Pauli Æmilij ludi in Macedonia. Parmeno emendatus.

CAPVT X.

NARRAT Athenæus pompam, quam fuſè poſtea deſcribit, inſtructam fuiſſe ab Antiocho Epiphane æmulatione Æmilij Pauli: verba eius ſunt è Libro V. pag. 194. ἀκούσας μὲν τοὺς ἐν τῇ Μακεδονίᾳ συντετελεσμένους ἀγῶνας ὑπὸ Αἰμιλίου Παύλου τοῦ Ρωμαίων στρατηγοῦ. Nollem factum, vt vir præſtantiſſimus de veris, non de ludicris Æmilij Pauli certaminibus acciperet: Nam quod negat editos in Macedonia ludos fuiſſe ab Imperatore Æmilio Paulo, μνημονικὸν eius ἁμάρτημα eſt: Id enim factum narrat Plutarchus, rebus in Macedonia conſtitutis: θέας δὲ παντοδαπῶν ἀγώνων καὶ θυσίας ἐπιτελῶν τοῖς θεοῖς, ἑστιάσεις καὶ δεῖπνα προὔθετο. Eodem libro V. extremo pag. 221. leguntur hi Parmenonis Byzantini verſus,

> Ἀνὴρ γὰρ ἕλκων οἶνον, ὡς ὕδωρ ἵππος,
> Σκυθιστὶ φωνεῖ, οὐδὲ κόππα γιγνώσκων·
> Κεῖται δ' ἄναυδος ἐν πίθῳ κολυμβήσας,
> Κάθυπνος ὡς μήκωνα φάρμακον πίνων.

Abbreuiator tertio verſu habet ἄναυλος, quod vnicè probatur viro magno: qui exiſtimat ebrium hunc, de quo Parmeno, amiſiſſe & rationis & linguæ

vſum: Atqui vocalem deſcribit Parmeno, nam dicit incondite vociferari, σκυθιστὶ φωνῶν. emendo igitur,

Κεῖται δ' ἐν ἀσκὸς ἐν πίθῳ κολυμβήσας.

alludit ad ſortes Theſeo datas,

Ἀσκὸς βαπτίζῃ, δῦναι δέ τοι οὐ θέμις ἐστί.

idque explicauerat Athenæus verſibus præcedentibus, βεβαπτίσθαι τῷ ἀκράτῳ. His itaque verbis denotat vinoſi in bibendo auiditatem, qui vino ſe ingurgitet & immergat: quod & docet ſequens verſus, ſed malè editur κάθυπνος. Nam qui graui opprimuntur ſomno, aut dormituriunt, vix eſt, vt poſſint educere vini hauſtus: Lego itaque, καθ' ὕπνον, tanta, inquit, eſt in bibendo auiditas, vt inter dormiendum ſe vino proluere ſomniet.

forte dixerit: Quare reponendum putabat Vir Incomparabilis, ἑφθοῖς πατανίοις patinis iurulentorum piſcium. Nos in diuerſam planè imus ſententiam. Veteres carminibus ſolitos fuiſſe & magicis ſacris amaſios negantes amoribus irretire atque illaqueare, teſtis eſt Theocritus, & qui Theocritum expreſſit Vergilius Ecloga VIII.

Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.

quin ipſe Anaxandrides,

--- ὡραῖον γὰρ μειρακύλλιον
Ποίαις ἐπῳδαῖς, ἢ λόγοις ἁλίσκεται
Τίσιν;

Factum etiam, vt hærerent amaſiorum foribus, atque cantarent παρακλαυσίθυρον oden, qua demulcerent ſuos amores, *Comum* vocant, τὰ ἀσελγῆ καὶ πορνικὰ ἄσματα ἢ μέλη. Hæc omnia negat Poëta poſſe flectere animum τοῦ μειρακυλλίου, non conciliabitur, inquit, niſi habeat, quod edat.

--- ἤδη γὰρ δαμάζεται
Ἑφθοῖς παρῳδοῖς ἰχθύων χλερυμένων.

Ita hunc locum conſtituimus: παρῳδὰ illa dicuntur inſtrumenta, quibus ſolet vox accinere: Eleganter igitur Anaxandrides, fruſtra μειρακύλλιον carminibus aggrederis, nihil carmina curat: fruſtra *como* flecti poſſe putas; accine illi & appone iurulentos piſces, faciam vt porrigat: atque huc facit verſus ſequens, qui vulgo editur,

Ἄγουσ’ ἐπ’ αὐτὰ τὰ στόματ’ ὀρίσου πύλας.

Reſcribebat vir magnus, εἰς ᾅδου πύλας. Nos ſuſpicamur emendandum eſſe:

Ἀγρυσ᾽ ὑπὸ αὐτὰ τἄσματ᾽ ὀαριστοῦ πύλας.

Ille qui nihil mouebatur magicis ſacris, *comis*, & id genus, ſi piſces apponas, & his quaſi cantibus demulceas atque concilies, vltrò ad te veniet: Hæc enim carmina, non illa magica, deducunt amatoris domum. Præpoſitio ὑπὸ cum ὀαριστοῦ πύλας coniungi debet.

Lex de Paraſitis Attica emendata.

CAPVT II.

VARIA Legis Atticæ, quæ τοῦ Βασιλέως appellatur, Kapita referuntur apud Athenæum Libro VI. pag. 235. de quibus, ſi Deus vitam & otium dederit, in noſtris ad Leges Atticas Commentarijs, aliquando agemus: Interea tamen eſt à nobis hoc Legis Kaput expendendum, ſanandumque, in morbo namque cubat: τοὺς δὲ Παρασίτους ἐκ τῆς βουκολίας ἐκλέγειν ἐκ τοῦ μέρους τοῦ ἑαυτῶν ἕκαστον ἑκτέα κριθῶν. Suſpicatur ὁ θαυμάσιος, τὴν βουκολίαν hîc dici, vel iugerum, vel alium agri modum, ex quo fas fuit Paraſito cuique hordei hecteum exigere: Sed aliud planè eſt: Neque enim iubentur Paraſiti ἐκλέγειν ἐκ τῆς βουκολίας, exigere ex agri modo, qui dicatur βουκολία, hordei hecteum: Sed potius Paraſitis præcipitur, vt ſinguli ſeponant hordei hecteum ἐκ τοῦ μέρους τοῦ ἱεροῦ σίτου, cuius ἐπὶ τὴν ἐκλογὴν αἱρούμενοι ἦσαν. Quod bona fide à Paraſitis prçſtandum eſſe cauet Legiſlator verbis iſtis, quæ Virum nunquam ſatis laudatum habue-

runt exercitum: Verùm ea verba ita nobis videntur legenda: τοῖς δὲ Παρασίτοις ἐκτὸς βουκολίας ἐκλέγειν, &c. Seponant, inquit, Paraſiti hecteum hordei ἐκτὸς βουκολίας, bona fide, ſine dolo malo: βουκολία hîc idem ſignificat, quod ἀπάτη, atque βουκολέω interpretatur Heſychius ἀπατάω, decipio, fallo. Hic, puto, Legis ſenſus eſt.

De Paraſitis *elegans Epicharmi* ῥῆσις *emendata.*

CAPVT III.

NEſcio quo fato factum ſit, vt quę Epicharmi leguntur fragmenta apud Athenæum, omnia ad vnum fœdis maculis ſint deturpata, & miſerè lacera: Ecce tibi iſta, quæ refert Libro VI. pag. 235. vbi agit de Paraſitis: τὸν δὲ νῦν λεγόμενον Παράσιτον Καρύστιος ὁ Περγαμηνὸς ἐν τῷ περὶ διδασκαλιῶν εὑρεθῆναί φησι ὑπὸ πρώτου Ἀλέξιδος. ἐκλαθόμενος ὅτι Ἐπίχαρμος ἐν Ἐλπίδι ἢ Πλούτῳ παρὰ πότον αὐτὸν εἰσήγαγεν, οὑτωσὶ λέγων, ἀλλ' ἄλλος ὅδ' ἔστ' ὁ δὲ τοῦδε κατὰ πόδας, τὸν ῥαδινῶς λαψῆ τὺ καὶ ζίνω καθ' ἑκεύωνον ἀεὶ σῖτον, ἀλλ' ἔμπας ὅδε ἄμυστιν ὥσπερ κύλικα πίνει τὸν βίον. Locum hunc ſanare conatus eſt Vir præſtantiſſimus, cuius ſententiæ non poſſumus accedere: nimium enim recedit eius emendatio à veſtigijs editæ lectionis: Deinde cùm obſeruauerit Athenæus, nulli veterum, nedum Epicharmo, ad Ararotem vſque Ariſtophanis filium, vſurpatum fuiſſe *Paraſiti* nomen; non tam fungus eſt Athenæus, vt Epicharmi verſus deſcripſerit, in quibus,

Digitized by Google

εὔοινον: ſignificat quidem εὔοινος vino abundantem, vinique feracem regionem ſiue terram; ſed hîc venuſtè de *Paraſito* dicitur, qui multos vini hauſtus poſſit educere; vt eundem nominat ἀείσιτον. Eſt ἀείσιτος, Heſychio teſte, ὁ ἐφ' ἑκάστῃ ἡμέρᾳ ἐν τῷ Πρυτανείῳ δειπνῶν. Hinc deducta eſt metaphora, & dictus *Paraſitus* ἀείσιτος. Quemadmodum enim iſti, qui in Prytaneo alebantur, ſine vlla ſua cura paratis fruebantur epulis, ciuitatiſque abliguriebant bona; ita etiam *Paraſitus* ſui Regis. Carpit quoque Epicharmus obliquè his verbis eum, quem alloquitur, vt quem faciat bibacem: neque tamen quicquam ad *Paraſitum*, quem omnium longè bibaciſſimum deſcribit, qui ætatem in educendis poculis ducat. Sequenti ῥήσει, in qua *Paraſitus* ſuos & ſuorum mores atque ingenium deſcribit, hi duo primi verſus leguntur:

Συνδειπνέω τῷ λῶντι, καλέσαι δεῖ μόνον.
Καὶ τῷ γαμηλιῶντι τῷ γα κοὐδὲν δεῖ καλεῖν.

Poſterior hic verſus corruptus eſt, ſed facile nobis fuit emendare.

Καὶ τῷ γα μὴ λῶντι, κοὐδὲν δεῖ καλεῖν.

Nihil enim hic de nuptijs, aut earum conuiuio: Sed *Paraſitorum* ingenium deſcribit, qui vocati, inuocati, ſemper alienum edunt cibum.

Coquorum arrogantia. Ex Hegeſandro mendum ſublatum.

CAPVT IV.

COQVORVM arrogantiam deſcribit Athenæus Libro VII. pag. 290. in eámque rem teſtimonia aliquot ex antiquis Comicis recitat: Incipit ab eo, quod petitum eſt è *Delphis* Hegeſandri, ſiue potius; vt cenſet Vir Incomparabilis, ex *Adelphis* Hegeſippi; huius ῥήσεως quartus quintúſque verſus corrupti ſunt;

> Οὐκ. ἀλλὰ τὸ πέρας τῆς μαγειρικῆς † αὐτῆ τοῦ ὦρε
> Εὕρημα μόνον εἰδέναι τῶν νομιζομένων ἐμέ.

Legebat Vir maximus,

> Οὐκ. ἀλλὰ τὸ πέρας τῆς μαγειρικῆς τέχνης
> Εὑρηκέναι τὰ νῦν νόμιζε μόνον ἐμέ.

Sed hic locus nobis ita videbatur conſtituendus;

> Οὐκ. ἀλλὰ τὸ πέρας τῆς μαγειρικῆς, Σύρε,
> Εὕρηκα, μόνον εἰδέναι τῶν νομιζομένων ἐγώ.

πέρας μαγειρικῆς perfectionem huius artis ſignificat, quemadmodum Libro I. pag. 15. πέρας κάλλους ſummam pulcritudinem. Extremo verſu quarto αὐτῆ τοῦ, ὦρε, reſcripſimus, Σύρε, hunc enim alloquitur, & hac ipſa ῥήσει nominatim compellat. Sequentis verſus duas voces, primam, & poſtremam leuiter immutauimus. ἐγώ ſignificat *hoc ego aio*, vt in parili de coquorum arrogantia loco è Sopatri Καταψευδομένῳ apud Athenæum Libro IX.

---A. τρεῖς ἡμεῖς μόνοι
Ἐσμὲν ἔτι λοιποὶ, Βοΐδίων, καὶ Χαριάδης,
Ἐγώ τε· τοῖς λοιποῖς δ' ἐστὶ προσαπέρδου. B. τί φῄς;
A. ἐγώ· τὸ διδασκαλεῖον ἡμεῖς σώζομεν.

Verto igitur verſus, quos correximus: *Ad ſummam artis coquinariæ perfectionem perueni, ô Syre: atque me vnum inter illos, qui eam ſcire ſe putant, optimè callere ego aio.*

Thynni Samij longè optimi. Non item Chij. Cibus Deorum. Archeſtratus emaculatus.

Capvt V.

Archestratvs, vbi agit de thynno ad Inſulam Samum, ſcribit apud Athenæum Lib. VII. pag. 301.

---- τούτου δὲ θεοῖς χρὴ
Ὀψωνεῖν, ἃ πρέπει ταχέως καὶ μητέει τιμῆς.

Solenne eſt Archeſtrato, vt ex eius fragmentis liquet, dicere de cibis, quos vult commendatos, apponi debere Dijs: Itaque hîc cùm commendet thynnos ſiue orcynos Samios, id eſt, qui ad Samum Inſulam capiuntur, hunc locum claudit his verbis: τούτου δὲ θεοῖς χρὴ ὀψωνεῖν. quæ ſequuntur reſcribo,

--- ἀτὰρ εἶτα Χῖος καὶ μήτ' ἐέλτιμος.

Addit Archeſtratus, ad Inſulam Chium, quæ non longè à Samo diſtat, grandes quoque thynnos capi, ſed qui laudabiles æquè non ſint.

Epicharmus emendatus. πάλις. σᾶμα Dorum.

CAPVT VI.

EPICHARMVS ἐν Σφῆσι apud Athenæum Libro VII. οἴμοι μοι πάλας περὶ σᾶμά με καλοῦσαν κατίσκα λέγει φοδ, τὸν κακόν. Locus eſt deprauatiſſimus. Verba ſunt cuiuſdam, qui dolet ſe abfuiſſe à memoratis epulis: Locũ ita reſtituo οἴμοι μοι, πάλις περὶ σᾶμά με καλοῦσα κατέσχε λόγοις· φεῦ τὸ κακόν. i. *Hei mihi! ſponſa mea circa horã prandij me vocauit, & verbis ſuis detinuit, atque remorata eſt, ut prandio intereſſe non potuerim. O factum malè!* inquit alter, qui ad narrationem conuiuij redit: Hic eſt horum verborum ſenſus, hæc ſcriptura. πάλις vox eſt Æolica, & *ſponſam* ſignificat, qua etiam vtitur Sophocles Antigone: vbi eius Scholia: πάλις κατ' Αἰολεῖς ἡ ἐγγυηθεῖσα πρὸς γάμον τινὶ, ὥσπερ καὶ Καλλίμαχος λέγει· αὐτίκα τὴν τάλιν παιδὶ σὺν ἀμφιτάλει. Meminerunt quoque Heſychius atque Euſtathius. Vocis σᾶμα vſus & ſignificatio peculiaris fuit Doribus. Heſychius, σᾶμα, μνῆμα. Δωριεῖς δὲ στοιχεῖον. Igitur σᾶμα Doribus ſignificat: στοιχεῖον. στοιχεῖον verò eſt linea & interuallum vmbræ, quo prandij tempus deſignatur. Pollux Libro VI. cap. VIII. τῇ σκιᾷ δ' ἐτεκμαίροντο τὸν καιρὸν τῆς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὁδοῦ, ἣν καὶ στοιχεῖον ἐκάλουν. In hac igitur ſignificatione dixit Epicharmus περὶ σᾶμα, id eſt, circa horam prandij.

Epicharmi

Epicharmi fabula Ἥβας γάμος. *ea emendata.*
γαῦλος *Phœnicum.*

CAPVT VII.

HÆc quoque Epicharmi aduerſum fatum ſunt experta, & malam imperitorum librariorum manum, apud Athenæum Lib. VII. pag. 320. Ἐπίχαρμος δ᾽ ἐν Ἥβας γάμῳ. αὐτὸς ὁ Ποσειδάων γαύλοις ἐν Φοινικικοῖς εἰ καὶ κάλλιστος † ἄδηπα τήγανος ἀγεμὼν σπάρους καὶ σκάρους, τῶν οὐδὲ τὸ σκῶρ θεμιτὸν ἐκβαλεῖν θεοῖς. In his hoc vnum obſeruauit vir magnus, ἀντὶ τοῦ ἀγεμών, ſcribendum eſſe ex aliis locis, ἁλιευόμεν. cetera pro depoſitis habet. Ælianus Libro περὶ ζώων ἰδιότητος XIII. cap. IV. & Athenæi quidam codices, vt adnotauit vir præſtantiſſimus, hanc Epicharmi fabulam inſcribunt Ἥβας γάμος, & illam ſcripturam cōfirmant nonnulla ex eo dramate fragmenta: ſed maxime vnus omnium euincit hic locus, quem ita emendandum eſſe ſuſpicio noſtra eſt: αὐτὸς ὁ πότις Δᾶν νέων γαύλοις ἐν Φοινικικοῖς ἧς καὶ πάλις. B. ὅσα δὴ τά τ᾽ εἰς γάμους; A. ἁλιευόμεν σπάρους καὶ σκάρους, τῶν οὐδὲ τὸ σκῶρ θεμιτὸν ἐκβαλεῖν θεοῖς. Pendent hæc è ſuperioribus; quorum hic videtur ſenſus fuiſſe. Narrauerat is, cuius hæc ſunt verba, ad apparatum nuptialis conuiuij iniſſe piſcatum neſcio quos, quibus animi laxandi gratia, conſcenſa cymba, comites ſe addiderunt ipſe ſponſus Iupiter, & ſponſa Iuno. Reſpondet alter, quodnam autem, & quantum fuit illud piſcatum,

quod inſtruendi cõuiuij nuptialis cauſa cepiſtis? Cepimus, inquit is, cuius hîc primæ ſunt partes, ſparos, ſcaros, atque ita deinceps enumerat piſcium omne genus, quæ recenſet Athenæus laudato toties Epicharmo, ex hac, vt puto, ῥήσει. Huius enim fabulæ, in iſtis quidem, hæc nobis fuiſſe videtur οἰκονομία καὶ ἀκολουθία. In his autem πόπς Doricè pro πόσις. δεῦ Iupiter, & νέων, quod participium conſtruitur cum verbo ſubſtantiuo Dorico ἦς pro ἐῶ, hoc eſt, iuerat ambulatum ſponſus Iupiter ἐν γαύλοις. Erat nauigij Phœnicij genus γαῦλος. Scholia Comici ad Aues: γαῦλος Φοινικικὸν σκάφος, quod etiam Euſtathius ad Vlyſſeam obſeruauit.

Lampon ἐν ὀψοφάγοις. eius auctoritas apud Athenienſes magna. Cratinus emendatus.

Capvt VIII.

IN illo ὀψοφάγων catalogo apud Athenæum Lib. VIII. pag. 344. numeratur Lampo vates, cuius meminerit Cratinus: καὶ Λάμπωνα δὲ τὸν μάντιν ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις κωμῳδοῦσι, Καλλίας Πεδήταις, καὶ Λύσιππος Βάκχαις, Κρατῖνος δ᾽ ἐν Δραπέτησιν εἰπὼν περὶ αὐτοῦ, Λάμπωνα τὸν οὐ βροτῶν ψῆφος δύναται φλεγυραδείπνου φίλων ἀπειργεῖν, ἐπιφέρει, νῦν δ᾽ αὖ τις ἐρυγγάνει· βρύχει γὰρ ἅπαν τὸ παρὸν, τρίγλη δὲ κἂν μάχοιτο. Excuſſit hunc locum Vir ſummus: ſed videtur ita ſcripſiſſe Cratinus: τὸν οὐ βροτῶν ψῆφος δύναται φυγάδα δείπνου φίλων ἀπείργειν. Verba hæc non ſunt vulgaris elegantiæ: itaque facile ab im-

perito librariorum vulgo ſunt immutata: Probat is verbis Cratinus, Lamponem vatem adeo deditum fuiſſe gulæ, vt nullis parceret ſumptibus, nullis à cõpotando abſterreretur & arceretur impẽſis. Iocus verò eſt in his vocibus, βρωτῶν ψῆφος, φυγάδα, ἀπείργειν. Ciborum calculo & impenſis non poteſt exul arceri à compotando cum amiculis. Verba hæc fori Athenienſis ſunt, quaſi Lampo, qui exul eſſet calculis & ſuffragijs, non populi Athenienſium, ſed eiborum, abeſſe deberet à compotationibus. Verùm ludit facetè nimis in voce ψῆφος, quæ non tantùm ſuffragiũ & ſententiam ſignificat, ſed etiam rationes. Atque hic dicitur de rationibus impenſarum in cõuiuium, quomodo etiam dixit Alexis ἐν Ἀπεγλαυκωμένῳ.

--—ἀβακίου ψῆφον λαβέ.

Quod enim Lamponem Vir Incomparabilis venire facit aſymbolum in conuiuium, mihi non perſuadet: non enim hi Paraſitorum cadunt in Lamponẽ, qui hac quidem in re ſuos tuebitur auctoritate, qua plurimùm valuit apud ſuos Athenienſes: Hunc quippe ſcribunt veteres, auctorem Athenienſibus fuiſſe deducendæ Sybarin coloniæ: vide Græcum Ariſtophanis Interpretem ad Aues. Sequitur apud Cratinum, ex noſtra emendatione, de eodem Lampone: νῦν δ' αὖ τις ἐρυγγάνει· βρύκει γὰρ ἅπαν τὸ παρόν. τρίγλῃ δὲ κἂν μάχοιτο. Venuſtè τὶς de Lampone dicitur, quod ſolenne Græcis eſt, cùm aliquem perſtringunt.

Orneatarum donarium in æde Delphica Apollinis Pythij. Epicharmus emaculatus.

CAPVT IX.

PESSIME quoque à librarijs acceptum eſt apud Athenæum Libro VIII. pag. 362. Epicharmi fragmentum iſtud, Ἐπίχαρμος, ὦ θαυμασιώτατε, ἐν τοῖς Θεάροις μέμνηται τοῦ βαλλισμοῦ, ἐν οὕτω τῷ δράματι οἱ θεωροὶ καθορῶντες τὰ ἐν Πυθοῖ ἀναθήματα, καὶ περὶ ἑκάστου λέγοντες, φασὶ καὶ τάδε. λέβητες χάλκεοι κρατῆρες. ὀ δὲ λοιποῖς † γάμαι ὑπωδέλοις καὶ λωτὲ βαλλίζοντες ὅαπον χρῆμα εἴη. Optimè obſeruauit ὁ θαυμασιώτατος, (cuius emendationes lubens prætermitto, dicis enim tantùm cauſſa ab illo adferuntur.) horum verborum ſententiam plenam non eſſe, atque è ſuperioribus pendere. Recenſent enim Theori donaria illa, quæ Delphis in Apollinis Pythij ſacrario viſebâtur, vt his Epicharmi verbis præmittit Athenæus. Sed quænam illa fuerint donaria, ad quæ referuntur Epicharmi laudata verba, quærere, cùm tam multa ibi viſerentur, periculoſæ plenum eſt opus aleæ: at quia inde vera Epicharmeorum verborum lectio aſſeritur, nobis temperare non potuimus, quin diligenter inueſtigaremus. Narrat Pauſanias Phocicis, vbi recenſet donaria, quæ in æde Apollinis Pythij Delphis viſebantur, fuiſſe quoque illic Orneatarum donarium, cuius cauſſas ibidem aperit: Erat autem illud donarium, ex ære facta ſimulacra ſacrificij atque pompæ.

Digitized by Google

Ορνεᾶται δὲ οἱ ἐν τῇ Αργολίδι, πολέμῳ σφᾶς Σικυωνίων πιεζόντων, τῷ Απόλλωνι εὔξαντο, εἰ ἀπώσαιντο ἐκ τῆς πατρίδος τῶν Σικυωνίων τὸν στρατὸν, πομπὴν τε ἐν Δελφοῖς αὐτῷ στελεῖν ὁσημέραι, καὶ ἱερεῖα θύσειν οἷα δὴ καὶ ὅσα ἀριθμόν. νικῶσί τε δὴ μάχῃ τοὺς Σικυωνίους, καὶ ὡς σφίσιν ἐφ' ἡμέρας πάσης ἀποδιδοῦσι τὰ κατὰ τὴν εὐχὴν, δαπάνη τε ἦν μεγάλη, καὶ μείζων ἔτι τοῦ ἀναλώματος ἡ ταλαιπωρία· οὕτω δὴ σόφισμα εὑρίσκουσιν, ἀναθεῖναι τῷ θεῷ θυσίαν τε καὶ πομπὴν, χαλκᾶ ποιήματα. Iſtud igitur Orneatarum donarium atque anathema, vaſa, ἱερεῖα, ceteraque omnia ad ſacrificium neceſſaria ex ære, item ipſa, quam ex voto olim duxerant, pompa in ære expreſſa & repræſentata. In ſacrificijs vſum fuiſſe labetum craterarumque, nemo neſcit, vt & pompas atque tranſuectiones ad tibiarũ muſicorumque inſtrumentorum modos à ſaltantibus duci ſolitas. Partem huius Orneatarum donarij nobis repræſentant verba Epicharmi, atque in his de illo agi nullus dubito. itaque reſcribo: λέβητες χάλκεοι κρατῆρές τε. ὧδε λωτοὶ γα μαν ὑπόδηλοι, καὶ λωτῷ βαλλίζοντες, ὅσον χρῆμα ἦς. Recenſet varias donarij Orneatarum partes, lebetes, crateras, atque illîc inter cetera expreſſas fuiſſe in ære tibias, & ad illorum modos ſaltantes homines dicit. His autem verbis, ὅσον χρῆμα ἦς artificium commendat: Res, inquit, mira erat; ita, benè expreſſæ repræſentabantur in illo ære tibiæ, & ad illorum modos ſaltantes homines.

Epicharmi drama ὀδυσσεὺς αὐτόμολος. *eius argumentum emendatur. Getæ ſerui. Vlyſſes Troïæ* λάτρεις. *Sues ſubiguntur æſtate in vmbroſum locum.*

Capvt X.

EPICHARMO cùm medemur, Muſas ipſas demereri nobis videmur: quare non potius huic malè item affecto loco opem noſtram, quantulacumque ea eſt, denegare. Laudat Epicharmum Athenæus Libro IX. pag. 374. δέλφαξ. Ἐπίχαρμος τὸν ἄῤῥενα χοῖρον οὕτως καλεῖ ἐν Ὀδυσσεῖ Αὐτομόλῳ, δέλφακά τε τῶν γειτόνων,

Τοῖς ἐλευσινίοις φυλάσσων δαιμονίως ἀπώλεσας
Οὐχ ἑκών, καὶ ταῦτα δή με συμβολατεύειν ἔφη,
Τοῖς Ἀχαιοῖσιν προδιδόμεν τ' ὤμνυέ με τὸν δέλφακα.

Argumentum dramatis indicat lemma Ὀδυσσεὺς Αὐτομόλος. Non ſemel ad Trojanos, quanquam non reuera transfuga, ſed explorator, tranſijt Vlyſſes. Quod enim de Sinone narrant ceteri, Vlyſſi adſcribit Euphorion apud Seruiũ ad Æneid. Librum II. Fuerat quoque longe ante ſeruili habitu, vt exquireret Trojanorum fata. Plautus Bacchidibus. Actu IV. Scenâ IX. quod Vlyſſi Hecuba in cognomine fabula apud Euripidem exprobrat. Hæc erat ὑπόθεσις Epicharmei dramatis, quanquam œconomia longè videtur fuiſſe diuerſa. Vlyſſem enim facit Epicharmus, vt ex his eius verſibus cõſtat, apud Tro-

janos, per aliquot ſaltem dies, ſeruitutem ſeruire: nam ſubulcum inducit: atqui ſubulci erant ἐν τῇ τῶν οἰκετῶν τάξει, vt liquidò poteſt probari ex Homero, qui Epicharmum præceſſit. Quomodo autem intra vrbem aut admiſſus, aut actus Vlyſſes, vt ſeruitutem ſeruiret, & qua conditione, vtrum mercede conductus, ſciremus, ſi integra tota hæc Epicharmi ῥήσις ſeculorum inuidiam ſuperaſſet. Quanquam nulli dubitamus, Vlyſſem Trojam ingreſſum mendici habitu mercede operam ſuam locaſſe: neque enim dubitare nos ſinit Hector, itémque Trojanorum vigilum Chorus apud auctorem Rheſi, qui λάτρειν, hoc eſt, ἐπιμίσθιον appellat. Videtur autem in hac ῥήσει Epicharmeæ fabulæ Vlyſſes, per ſuſpicionem in crimen vocatus, quod aut Græcus eſſet, aut illis faueret, hac oratione ſe purgare, ſiue potius ſe dolis ſeruare: genus itaque, vt puto, patriam eloquitur, cui denique ſeruierit: atque hinc primam ſibi mali labem, hinc primùm ſuſpicionem, hinc periculum ſibi creatum eſſe docet: cùm enim porcorum gregem, fidei ſuæ & curæ creditum, paſtum exegiſſet, Græci irruentes gregem abegerunt: quod mihi, inquit, vitio datum, quaſi prædæ occaſionem ipſe præbuerim, & dolo malo ſuum illum gregem ſubegerim in locum Græcorum excurſionibus patentem, vt illi, qui mei conſilij non erant expertes (id ſignificat συμβολατεύειν.) prædam hanc illinc poſſent abigere: Verba itaque Epicharmi, quæ ex Vlyſſis perſona dicuntur, ad hunc modum ſunt reſcribenda:.

—δέλφακά τε τῶν Γετῶν ὤν

Τοῖς ἐν λευκίνοις φυλάττων δαιμονίως ἀπώλεσα
Οὐχ ἑκών, καὶ ταῦτα δή με συμβολατεύειν ἔφη,
Τοῖς Ἀχαιοῖς προσδιδόμεναι τ' ὤμνυέ με τὸ δέλφακα.

Malè antea edebatur τῶν γειτόνων. Vlyſſes enim, (ille ipſe eſt qui hæc loquitur.) qui peregrinus erat, & mendicus; adde quoque, qui ſeruiebat, γείτονας non habebat, cùm eſſet ἀνέστιος, cumque ciuibus οἰκήσεως tantùm, vt de ſeruis & peregrinis pronunciat Ariſtoteles Libro III. Politic. participaret, Lares autem non haberet, neque item πολίτειαν, quorum reſpectu γείτονες dicuntur. Præterea de more non fuit, vt plures ſimul vicini vnum conducerent, aut haberent ſubulcum, cui paſcendum porcorum gregem committerent, ſed vnuſquiſque ſibi peculiarem habebat. Quare reſcripſimus, τῶν Γετῶν ὤν, qui ſeruorum vnus eram, ſiue iure belli, ſiue ære emptus, ſiue potius mercede conductus, quod valde ſuſpicamur: erat enim Vlyſſes Trojam ingreſſus mendici habitu. Hos autem, qui ſeruiunt, quocumque modo ſeruiant, Epicharmus Comicus Getas dixit, quod ſolenne eſt Comicis: Nata quippe fuiſſe ad ſeruitutem videtur hæc gens. Strabo Libro VII. vbi de Getis & Dauis agit: εἰκὸς ἐκεῖθεν κομίζεσθαι ἀνδράποδα εἰς τὴν Ἀττικήν, ἀφ' οὗ καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἐπεπόλασε τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα Γέται καὶ Δᾶοι. ἐξ ὧν γὰρ ἐκομίζετο, τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις ὁμωνύμως ἐκάλουν τοὺς οἰκέτας. Stephanus: παρ' Ἀττικοῖς δὲ, τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα Δᾶοι καὶ Γέται. Sequenti verſu legebatur τοῖς Ἐλευσινίοις. Sed Eleuſinia ſacra hîc nulla ſunt, neque ad Græcorum hoſtes Trojanos videntur transfe-

transferenda : reſcripſimus, τοῖς ἐν λευκίνοις. Loca intelligit populis conſita, cuiuſmodi multa erant ad Troiam: populi enim ibi viſebantur fluuij ripa conſitæ, quod quàm benè conueniat cum Epicharmi mente, nemo non videt: Nam in his agitur de ſubulco, qui ſues paſtum exigat, & antequam æſtus incipiat, ſubigat in vmbroſum locum, maximè vbi ſit aqua: Id enim obſeruari debere tradit Varro Libro de R.R. II. cap. IV. vbi de ſue agit : *Paſtum exigunt æſtate mane, & antequam æſtus incipiat, ſubigunt in vmbroſum locum, maximè vbi aqua ſit.* Quod à ſe factum teſtatur bonus hic, ſi DIs placet, ſubulcus: itaque ſubegit ad loca populis conſita; id eſt, & vmbroſa, & vbi erat aqua: Nam anni tempeſtas conuenit: æſtate enim hæc geſta dicuntur. Cùm enim ſubegiſſet Vlyſſes porcorum gregem ſibi commiſſum ad vmbroſa & populis conſita loca, irruptione facta Græci illum abegerunt. Atqui non ſolebant niſi circa æſtatem στρατείαν ἐξάγειν, & in hoſticum agrum irruptionem facere.

Sues facile dignoſcunt ſuarij vocem. Alcæus emendatus.

CAPVT XI.

ALCÆVM laudat Athenæus Libro IX. pag. 396. Ἀλκαῖος παλαίστρα. ὁ δεῖ γὰρ αὐτὸς ἐστὶν εἴ τι γεύξομαι, ὧν σοι λέγω πλέον τι γαλαθηνοῦ ὑός. Alicui rectè obijcitur his verbis ſuillum ingenium : ſed verba ſunt emendanda:

Οὐδὲ γὰρ αὐτὸς, ἔστιν εἴ τι γρύξομαι,
Ὧν τοι λέγω πλέον τι γαλαθηνοῦ ὑός.

id eſt, olet hic, ſi vel hiſcere audeam, & acutius audit ea quę dico, quam porcellus, in porculatione, ſcilicet matrem ſuam, aut ſuarij vocem: ἔστιν εἴ τι γρύξομαι eleganter dixit, pro hiſcere audeam. ſed vocem γρύξομαι, quę porcorum propria eſt, vſurpauit, & metaphoram continuauit his verbis, γαλαθηνοῦ ὑός, tum vt illum, de quo loquitur, melle Attico perfunderet, cùm etiam, quia porcelli matris ſuę in porculatione, vt quotidianâ experientiâ conſtat, vocem facilè dignoſcunt, atq; etiam ſuarij: Ælian. L. περὶ ἰδιότητος ζώων VIII. cap. XIX. ἡ ὗς γνωρίζει τοῦ συβότου τὴν φωνὴν, καὶ ὑπακούει καλοῦντος, κἂν ᾖ πλανηθεῖσα. Hiſtoriam addit, quam, cùm ibi prolixior legatur, deſcribemus Plinij verbis Libro VIII. cap. LI. *Compertum agnitam vocem ſuarij furto abactis, merſoque nauigio inclinatione lateris vnius remeaſſe.*

Cibi grati θεοὶ *dicti. Lachares tyrannus. Demetrius Comicus emendatus.*

CAPVT XII.

DEMETRIVM Comicum ἐν Ἀρεοπαγίτῃ laudat Athenæus Libro IX. pag. 405. inter ceteros, verſus hi poſtremi leguntur:

Τὸ μέγιστον οὐκ εἴρημα, Λαχάρης τινὸς
Ὅτ' ἦν ὁ λιμὸς ἑστιῶντος τοὺς φίλους,
†. Ἀνάληψιν ἐποίησ' Ἀθηνῶν Λαχάρης

† Οὐδὲν ἐνοχλούσομαι δ' ἐνοχλοῦντα νῦν ἐγώ.

Non hîc agitur de ijs, quæ in præſentiarum facit coquus, ſed quæ fecerit, quibus ſe viris principibus approbarit: itaque præceſſit de Seleuco & Agathocle, quibus miniſtrauit: his comitem addit Lacharem, apud quem, quemadmodum & apud illos, conuiuiũ apparauerat: Non igitur quæſtio eſt, quid in illo conuiuio fecerit Lachares, aut quid iam faciat coquus; ſed quid apud Lacharem, in illo conuiuio fecerit, quámque bellè & peritè illud adornauerit. Iactat autem ſe coquus & gloriatur tantum ſe laudis lucrique ex hac ſua arte feciſſe, quantum non faciet laudatiſſimus quiſque hiſtrio in agendis fabulis: atque ita virorum principum, quibus miniſtrauit, ſibi gratiã, & abiectiſſimis viliſſimiſque cibis ſua arte apud illos conciliaſſe: id probat exemplo Seleuci Syriæ Regis, cui appoſuerit abyrtacam, condimenti genus, quod è ſucco virentium herbarum conficiebant, ſolâ acrimoniâ commendatum: illud beatiorum menſis non inferri ſolitum, Seleuco appoſuit, & ſua arte approbauit: Miniſtraui quoque, inquit, Agathocli Siciliæ Tyranno, & primus illius menſæ lenticulam intuli cum laude, cùm vix vnquam prius Regibus aut Principibus eſſet appoſita: Addit denique de Lachare: Lachares hic Athenienſium Rempublicam inuaſerat, victo à coniuratis Regibus Demetrio, à quo etiam defecit Lachares: Itaque Demetrius in Atticam mouit, vnde Athenienſes fames premebat: narrat Plutarchus in Demetrio: αὖθις δὲ πυθόμενος Λαχάρη στασιάζουσιν Ἀθηναίοις ἐπιθέμενον τυραννεῖν, ἤλπισε ῥᾳδίως ἐπιφα-

νεὶς λήψεσθαι τὴν πόλιν. Et paulò poſt: *ἀναληφθεὶς δὲ, καὶ πολλὰς ναῦς ἀφεστώσας προσαγαγόμενος, πάλιν εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐνέβαλε· καὶ κρατήσας Ἐλευσῖνος καὶ Ῥαμνοῦντος, ἔφθειρε τὴν χώραν· καὶ ναῦν τινα λαβὼν ἔχουσαν σῖτον, καὶ εἰσάγουσαν Ἀθηναίοις, ἐκρέμασε τὸν ἔμπορον καὶ τὸν κυβερνήτην· ὥστε τῶν ἄλλων ἀποτρεπομένων διὰ φόβον, συντόνον λιμὸν ἐν ἄστει γενέσθαι· πρὸς τῷ λιμῷ καὶ τῶν ἄλλων ἀπορίαν γενέσθαι. ἀλῶν γοῦν μέδιμνον ὠνοῦντο τετταράκοντα δραχμῶν, ὁ δὲ τῶν πυρῶν μόδιος ὤνιος ἦν τριακοσίων.* Famis itaque huius tempore Lachares Tyrannus amicos ſuos conuiuio excepit, in quo adornando maximum artis ſuæ ſpecimen edidiſſe, & quantum illa valeret ſe oſtendiſſe, teſtatur coquus his verſibus, quos ita reſcribendos conijcimus:

> Τὸ *μέγιστον οὐκ εἴρηκα*, Λα*χάρους τινὸς*
> Ὅτ' *ἦν ὁ λιμὸς ἑστιῶντος τοὺς φίλους*,
> Ἀ*καλήφην ἐποίησ'* Ἀ*θηναῖ*· Λα*χάρης*
> Οἶ*δεν, ἐνόχλησεν· δι' ἐνοχλοῦντα νῦν ἐγώ.*

Non integra eſt hæc oratio, ſed *μείουρος*. Dicit autem, nondum ſe narraſſe maximũ quod vnquam patraſſet facinus; illud autem hoc eſt: Cùm premente fame Athenienſes, Lachares Tyrannus ad conuiuium amicos ſuos inuitaſſet, ego, qui illi miniſtrabam, vrticam tanta arte tamque concinnè conditã, vt non dignoſceretur, appoſui, eaque gratiſſimus illis cibus fuit: Reſciuit Lachares, turbas dedit; Ægrè ferentem eum ita compellaui. Cetera hîc non leguntur, quibus cauſam ſuam apud Tyrannum tuetur, quod conuiuis appoſuerit vrticã. Vrtica, piſcem ille non intelligebat, inter edulia quidem cenſebatur,

ſed pauperum aut mendicorum menſis conueniebat non Principum: cùm tamen omnium fere rerum ſumma tunc inopia eſſet Athenis: illam, inquit, coquus, appoſui, verùm quidem tam ſcitè conditam, vt vix dignoſceretur, atque conuiuis eſſet gratiſſima: quod his verbis oſtendit, ἐποίησα Ἀθηνᾶν. Hæc enim de ſe dicit coquus, ne ad Lacharem referas: Mineruam feci, id eſt, non minus gratam, quàm eſt Minerua: Nam cibi grati θεοὶ dicebantur. Narrat Hegeſander in Commentarijs, iuſſiſſe quondam Dorionem, virum inſigniter piſcium amantem, puerum obſonatorem piſces emere; cùm ille non feciſſet, herus flagris eum cæcidit, atque inter vapulandum iuſſit optimorum piſcium nomina recitare; morem gerit miſellus, & orphum, glauciſcum, congrum, & ſimiles his alios nominat; tum Dorion, ἰχθύων σέ φησιν ἐκέλευον ὀνόματα λέγειν, οὐ θεῶν. piſces illos, qui palato ſuo maximè ſaperent, Deos appellat Dorion: apud Amphidem Comicũ ἐν Γυναικομανίᾳ nominatis aliquot eduliorum generibus, ſubijcit is, cui hæc dicuntur,

Ὀνόματα τῶν δώδεκα θεῶν διελήλυθας.

id eſt, edulia recenſuiſti non minus mihi grata, quàm duodecim qui nominantur Dij: Hoc ipſo ſenſu dicit coquus noſter ſe vrticam feciſſe Ἀθηνᾶν, hoc eſt, non minus conuiuis gratam, quam eſt Minerua. Vrticã ſciuit fuiſſe Lachares, inquit, idque ægrè tulit, ne forte aliquâ ilud reſcirent conuiuę, vnde in ſumma egeſtate, bonorumque omnium penuria eſſe crederetur: Tantam autem in vrbe eſſe ἀπορίαν à ſuis credi

nolebat, ne animis fracti ad Regem Demetrium deficerent: Quare apud illum ægrè ferentem cauſam ſuam tuetur coquus: Verba autem, quibus id facit, nobis non deſcripſit Athenęus.

Neſtoris poculum. phiala Martis. Antiphanis Cæneus *drama. emendatur. eius argumentum. Lapitharum pugna.*

Capvt XIII.

AGens Athenæus Lib. X. pag. 433. de Neſtoris poculo, ita ſcribit: οὐκ αὖ ἀμύστι δέ τις καὶ τὸ ποτήριον αὐτοῦ λέγων φιάλην Ἄρεως κατὰ τὸν Ἀντιφάνους Καινέα, ἐν ᾧ λέγεται οὕτως. εἰ τῇ δῆλος φιάλην τὸ ὅπλον Ἄρεως κατὰ Τιμόθεον ξυστόν τε βέλος. Verba Antiphanis corrupta eſſe pronuntiat vir magnus, cui non probantur eruditiſſimi Dalecampij coniecturæ; & certè, vt præcedentia mittam, quod emendat illud, κατὰ Τιμόθεον, non eſt huius loci. Non ignoramus Timotheũ Poëtam Tragicum, dithyrambicum, atque Lyricũ, vt frigidum & nimis ſæpè ineptum, facetorum riſum ſuſtuliſſe, Comicorum, etiam Antiphanis ipſius inter ceteros. Sed hic locum non habet Timotheus, neque illius meminerat, aut verba vſurpauerat Antiphanes. Antiphanem enim illius appellationis auctorem facit Athenæus, non Timotheũ apud Antiphanem: neque Antiphanes phialam, Martis arma, per iocum, & vt Timotheũ quaſi parum ingenioſum, & multum ψυχρὸν irrideret, ap-

Digitized by Google

pellauit, ſed nimis ex vero, quod paulo poſt docebimus. Non inuenuſtè Neſtoris poculum docet Athenæus dici poſſe phialam Martis, ratio hęc eſt, vt nobis quidem videtur, quia & cùm alij pugnabant maxumè, bibebat Neſtor maxumè, vnde dixit Homerus,

Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ πίνοντά περ ἔμπης.

tum etiam, quia inter pocula referebat ille pugnas ſuas, & egregia facinora, qui vix ſemel atque iterum ad Troiam cum hoſtibus eſt congreſſus, neque certè per ætatem poterat bonus iſte ſenecio: effœtæ enim illi erant vires: quanquam Homerus facit aliquando arma circumdare humeris, & cingi ferrum, ſed inutile, vix enim ſemel pugnauit,

---- telumque imbelle ſine ictu
Coniecit.

Addit Athenæus etiam Antiphanem in dramate, cui titulus *Cæneo*, phialam appellaſſe arma Martis. Sed longè alia eſt huius appellationis ratio apud Comicum. Fabulam ſcripſit Antiphanes *Cæneum*, in qua narrabatur de Lapitharum & Centaurorum pugna propter Hippodamen, quam in vxorem duxerat Pirithous. huic pugnæ à Lapitharum partibus interfuerunt Neſtor & *Cenæus*, à quo nomen dramati Antiphanis: Rapta eſt inter cenandum Hippodame Pirithoi ſponſa ab Euryta Centauro, ab alijs Centauris aliæ, vt ingenioſiſſimus Poëtarum Libro XII. Metamorphoſeωn cecinit,

Eurytas Hippodamen, alij, quam quiſque probabat,
Aut poterat, rapiunt.

Digitized by Google

Res non in neruum erupit, ſed in pugnam: pugnæ principium à Theſeo: illis furor arma miniſtrauit, pocula:

Forte fuit iuxta ſignis extantibus aſper
Antiquus crater: quem vaſtum vaſtior ipſe
Suſtulit Ægides, aduerſaque miſit in ora.
Sanguinis ille globos pariter, cerebrumque, merumque,
Vulnere, & ore vomens, madidâ reſupinus arenâ,
Calcitrat: ardeſcunt germani cæde bimembres:
Certatimque omnes vno ore, arma, arma loquuntur.
Vina dabant animos: & primâ pocula pugnâ
Miſſa volant, fragileſque cadi, curuique lebetes,
Res epulis quondam, tum bello & cædibus aptæ.

Pugnam hanc ſpectant Antiphanis verba, quę ita reſcribenda cenſemus: εἶθ' ἠλ' ἦλος φιάλην τὸ ὅπλον Ἀρέως κατὰ θυμῶ, θέον ξυστόν τε βέλος, id eſt, *Coniecit autem furens poculum teli vicem in pectus: volabant & acuta haſta*, &c. Vides enim hic quædam deeſſe: ἦλος μεμηνόμενον καὶ ἐπίβουλον ſignificat apud Heſychium. θυμὸς humani corporis pars eſt ad pectus, teſte Polluce, & auctore Anonymo Iſagoges Anatomicæ: θέον αὐτὶ τοῦ ἔθεον quod Poëtis eſt familiare. Poculum appellat ὅπλον Ἀρεως quia inſtar teli fuit, *& primâ pocula pugnâ miſſa volant.*

Griphus

Griphus Eubuli de camo *illuſtratus & emendatus.*

Caput XIV.

Inter ceteros Eubuli in *Sphingocarione* griphos hic de *camo* refertur apud Athenæum Libro X. pag. 450.

Ἐστὶν ἄγαλμα βεβηκὸς ἄνω, τὰ κάτω δὲ κεχηνός,
Εἰς πόδας ἐκ κεφαλῆς τετρημένον, ὀξὺ, διαπρὸς
Ἀνθρώπους τίκτον κατὰ τὴν πυγὴν ἓν ἕκαστον.
Ὧν οἱ μὲν μοῖραν ἔλαχον βίου, οἱ δὲ πλανῶνται.
Αὐτὸ δ᾽ ἕκαστος ἔχων αὐτὸν καλέουσι φυλάττειν.

Ceteros huius griphi verſus optimè, vt omnia, interpretatur vir ſummus: in vltimo hæret illi aqua. At & hic quoque ad *camum* iudicialem refertur, vt & adnotauit ὁ θαυμάσιος, & teſtis ipſe Athenæus, qui κληρωτικὸν σημαίνειν addit: atque hûc maximè facit vltimus verſus, quem ita emendandum iudico,

Αὐτὸ δὲ κάδδος ἔχων αὐτὸν καλέουσι φυλάττειν.

id eſt, cùm autem hoc ἄγαλμα, ita ænigmaticè *camum* appellat, quia vt ſtatuæ ſuper ſua baſi ſolent collocari, ſic camus ſuper caddiſci ſiue vrnæ ore, & in illud immitti; cùm, inquam, camum habeat cadus, cadum ab eo cuſtodiri dicunt: optimè; nam ea fine cadiſci ori camus imponebatur, ne calculci aberrantes ab anguſtiore cadiſci foramine, dilaberentur. Scholia Ariſtophanis ad Veſpas: Κῆμος καλεῖται τὸ τοῖς Καδίσκοις ἐπιτιθέμενον, δι᾽ οὗ τὰς ψήφους καθίεσαν, ἵνα μὴ ὀλισθαίνωσιν. & præterea hac ratione fiebat, ne quis iu-

dex dolo aliquo poſſet plures vnà ſortes in cadum traijcere atque mittere: Nam *camum* adnotant veteres μιᾶς ψήφου χώραν ἔχειν.

Calliæ Tragici fabula Grammatica *illuſtratur & emendatur. E I Dei. Athenæus emaculatus. Medea, quæ extat, Euripidis Mneſarchi non eſt; neque Neophronis, ſed alterius Euripidis. è Sophocle ſublatum mendum.*

CAPVT XV.

CALLIÆ Athenienſis Tragœdia laudatur, cui titulus erat *Grammatica*. Artificium Poëtæ ea in componenda primùm è literarum ſingularum nominibus, deinde ſyllabarum, diſcimus ex Athenæo Lib. X. pag. 453. ὁ δὲ Ἀθηναῖος Καλλίας μικρὸν ἔμπροσθεν γενόμενος τοῖς χρόνοις Στράττιδος ἐποίησε τὴν καλουμένην Γραμματικὴν, θεωρίαν οὕτω διατάξας. πρόλογος μὲν αὐτῆς ἐστιν ἐκ τῶν στοιχείων, ὃν χρὴ λέγειν ἐκ τῶν στοιχείων διαιροῦντα κατὰ τὰς πάσας γραφὰς, καὶ τὴν τελευτὴν καταστροφικῶς ποιουμένους εἰς τ' ἄλφα βῆτα γάμμα δέλτα ἦτα θῆτα. θεοῦ γὰρ εἶγε ἰῶτα κάππα λάμβδα μῦ νῦ ξῦ τὸ ου πι ρῶ σῖγμα ταῦ υ φὶ χὶ τὲ τῷ ψὶ εἰς τὸ ω. ὁ χορὸς δὲ γυναικῶν ἐκ τῶν σὺν δύο πεποιημένος αὐτῷ ἐστὶν ἔμμετρος ἅμα καὶ μεμελοποιημένος τὸν δὲ τρόπον. βῆτα ἄλφα βα, βῆτα ε βε, βῆτα η βη, βῆτα ἰῶτα βι, βῆτα ο βο, βῆτα υ βυ, βῆτα ω βω. καὶ πάλιν ἐν ἀντιστρόφῳ τοῦ μέλους καὶ τοῦ μέτρου, γάμμα ἄλφα, γάμμα ε, γάμμα η, γάμμα ἰῶτα, γάμμα ο, γάμμα υ, γάμμα ω. καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν συλλαβῶν ὁμοίως ἕκαστος τό, τε

μέτρον καὶ τὸ μέλος ἐν ἀντιστρόφοις ἔχουσι πάσας ταῦτα. ὥστε τὸν Εὐριπίδην μὴ μόνον ὑπονοεῖσθαι τὴν Μήδειαν ἐντεῦθεν πεποιηκέναι πᾶσαν, ἀλλὰ καὶ τὸ μέλος αὐτὸ μετενηνοχότα φανερὸν εἶναι. τὸν δὲ Σοφοκλέα διελέγχειν φασὶν ἀποτολμῆσαι τὸ ποίημα τοῦ μέτρου τοῦτ' ἀκούσαντα καὶ ποιῆσαι ἐν τῷ Οἰδίποδι οὕτως, ἐγὼ οὔτ' ἐμαυτὸν οὔτε σ' ἀλγυνῶ ταῦτ' ἐλέγχεσθαι. διόπερ οἱ λοιποὶ τὰς ἀντιστρόφους ἀπὸ τούτου παρεδέχοντο πάντες, ὡς ἔοικεν εἰς τὰς τραγῳδίας. καὶ μετὰ τὸν χορὸν εἰσάγει πάλιν ἐκ τῶν φωνηέντων ῥῆσιν, οὕτως, ἣν δεῖ κατὰ τὰς παραγραφὰς ὁμοίως τοῖς πρόσθεν λέγοντα διαιρεῖν, ἵν' ἡ τοῦ ποιήσαντος ὑπόκρισις σώζηται κατὰ τὴν δύναμιν. ἄλφα μόνον, ὦ γυναῖκες, εἶτε δεύτερον μόνον λέγειν χρή, καὶ τρίτον μόνον γ' ἐρεῖς, εἶτ' ἄρα φήσω τὸ τέταρτον ταὐ μόνον ἰῶτα πέμπτον ου τὸ δ' ἕκτον υ μόνον λέγε. λοίσθιον δὲ φωνῶ σοι τὸ ω τῶν ἑπτὰ φωνῶν, ἑπτὰ δὴ ἐν μέτροις μόνον. καὶ τοῦτο λέξασα, εἶτα δὶς αὐτὴ λαλεῖ. Poſtremam hanc ῥῆσιν primus emendauit, & in ſuos numeros digeſſit Vir politiſſimi ingenij M.A. Muretus Variarum Lib. XVIII. cap.I.

Ἄλφα πρῶτον ὦ γυναῖκες, εἶ τὸ δεύτερον μόνον
Χρὴ λέγειν. τρίτον δὲ μόνον οὐ χρὴ λέγειν, ἀλλ' ἦτ' ἐρεῖς.
Ἄρα φήσω καὶ τὸ τέταρτον αὖ μόνον; οὐκ Ἰῶτα γρυῦ.
Τί δὲ τὸ πέμπτον; πέμπτον ου. τὸ δ' ἕκτον υ' μόνον λέγε.
Λοίσθιον ω' τῶν ἑπτὰ φωνῶν, ἑπτὰ δ' ἐν μέτροις μόνον.
Καὶ τοῦτο λέξασ', εἶτα δὶς ταὐτὸ λαλεῖ.

Quorum mentem exponemus verbis Viri Incomparabilis Animaduerſionum Libro X. cap. X X. Inducitur magiſtra, quæ diſcipulas ſuas literarum vocalium nomina docet: Prima vocalis, inquit, ΑΛΦΑ nominatur: ſecunda ΕΙ tantùm: tertia non per ſe tantùm dicitur Η, ſed ΗΤΑ. Quid quarta? ait

diſcipularum vna, an ſimpliciter nominanda eſt, vt ſonat? Non, reſpondet magiſtra; quin potius dicendum eſt ΙΩΤΑ. Quid quinta? Quinta ΟΥ. Sextam Υ tantum dicito. Vltima eſt Ω ſeptem vocalium, quæ quidem non ſono ſunt ſeptem, ſed τῇ προσῳδίᾳ tantùm & temporum ratione: Nam alioquin τὸ ε καὶ η non differunt, neque τὸ ο καὶ ω. Hoc poſtquam ſemel dixit Grammatica hæc mulier, iterum eadem repetit. Horum autem verſuum quinque priores Trochaïci ſunt, quibus vnus ſenarius Iambicus ſubiungitur. Sed falluntur Viri Incomparabiles, qui verba iſta, καὶ τοῦτο λέξασα εἶτα δὶς ταύτῃ λαλεῖ, putant eſſe è Calliæ Tragœdia, cùm ſint proculdubio Athenæi, qui obſeruat eoſdem, quos iam deſcripſit verſus (exceptis, ſi forte diſcipularum interrogationibus & interlocutionibus.) repetiiſſe Grammaticam in Calliæ Tragœdia, à quo enim dicerentur iſta non video. non à Grammatica, non à diſcipulis, & omnino nullius alterius ſunt quàm Athenæi: Priores autem illos quinque Trochaicos verſus optimè perſonis diſtinxerunt viri magni, partim ex veteri codice, partim coniectura ducti; cuius nos quoque monuerat Athenæus ipſe, qui ſcribit ταύτην τὴν ῥῆσιν δεῖν κατὰ τὰς παραγραφὰς ὁμοίως τοῖς προσᾴδειν λέγοντα διαιρεῖν, vt mox, Deo dante, videbimus: iam enim à nobis accedendum eſt ad præferendam priori illi Tragœdiæ parti, quam deſcribit Athenæus, facem. Grammatica quędam mulier ludum ſuis feminis literariũ aperuerat: in eam ſcholam veniunt bonæ aliquot feminæ, quas magiſtra hæc Grammatica primùm, vt videtur, at-

Digitized by Google

que in his verſabatur omnis Prologi opera, primùm, inquam, docet elementorum ſiue literarum ſingularum figuras, nomina, & poteſtates: id enim pro more & inſtituto ſcholarum, vt in pinacijs & tabellis pueris literarum figuræ proponerentur atque repræſentarentur, nomina, poteſtateſque illarum docerentur: id ſuis diſcipulis præſtat in hoc Prologo Magiſtra Grammatica. In eo Prologo non vnius Magiſtræ partes ſunt; etiam interloquuntur diſcipulæ, & Magiſtram interrogant. Id nos docuit primùm Athenæus, eſtque omninò verum; Athenæi verba ſunt: *πρόλογος μὲν αὐτῆς ἐστὶν ἐκ τῶν στοιχείων, ὃν χρὴ λέγειν ἐκ τῶν στοιχείων διαιροῦντα κατὰ τὰς πάσας γραφάς.* In mendo cubant hæc verba, ſed facile ijs medicinā fecimus, expunctis his vocibus, *ἐκ τῶν στοιχείων*, quæ in ſecundo membro malè è primo repetuntur, reſcribentes: *πρόλογος μὲν αὐτῆς ἐστὶν ἐκ στοιχείων, ὃν χρὴ λέγειν διαιροῦντα κατὰ τὰς παραγραφάς.* id eſt, Prologus verſatur in exponendis elementis literiſque, nempe illarū figura, nomine, atq; poteſtate: illum autē oportet in agendo, aut legēdo, pro mēte Poëtæ perſonis diſtinguere. Emēdationis noſtræ fūdus eſt Athenæus ipſe, qui illi, de vocalium nominibus *ῥῆσιν*, præmittit hæc verba; *καὶ μετὰ τὸν χορὸν εἰσάγει πάλιν ἐκ τῶν φωνηέντων ῥῆσιν οὕτως, ἣν δεῖ κατὰ τὰς παραγραφὰς ὁμοίως τοῖς πρόσθεν λέγοντα διαιρεῖν, ἵν᾽ ἡ τοῦ ποιήσαντος ὑπόκρισις σώζηται κατὰ τὴν δύναμιν.* quæ vides referri ad ea quæ paulò antè dixerat, hęc nimirum, quæ iam emendauimus *κατὰ τὰς παραγραφάς.* Vtraque enim hæc *ῥῆσις*, de literarum priùs, deinde vocalium nominibus, vt & totus Prologus

perſonis diſtinguebantur. Cùm autem Poëtę in ſcribendis ſuis fabulis perſonarum nomina, quæ in illis interloquebantur, plerumque non interponerent, ſolebant quibuſdam σημείοις diſtinguere: σημεῖα iſta vocabantur παραγραφαὶ ἢ παράγραφοι. Hephæſtion: ἐν τοῖς δράμασι χρώμεθα τῇ παραγράφῳ κατὰ πρόσωπα ἀμοιβαῖα, ἔν τε τοῖς Ιαμβικοῖς. Quare cùm dixit τὴν ῥῆσιν τῶν φωνηέντων κατὰ τὰς παραγραφὰς diſtinctam eſſe, perſonas intelligit, quæ alternis inter ſe loquuntur: quod αὐτὸ δηλοῦται. Nam in tam paucis ῥήσεως illius fragmentis, non ſemel diſcipulæ Magiſtram interpellant & interloquuntur. Itaque in toto hoc Prologo non tantùm diſcipulæ dictata Magiſtræ audiunt, ſed etiam reponunt; nam & interrogant, & reſpondent: Conſtat id è pauciſſimis illis verbis, quę inde deſcripſit Athenæus; quamuis nihil aliud ſint, quàm ἀνακεφαλαίωσις breuis, & ſumma dictorum repetitio, id enim intelligit his verbis Athenæus, καὶ τὴν τελευτὴν τοῦ προλόγου καταστροφικῶς ποιούμενον. Dixit καταστροφικῶς, quia & ad finem properabat Prologus, & quemadmodum in fabularum cataſtrophe nunquam non dicebatur, quod eſſet figendum, & memori tractandum pectore, ad inſtituendam vitam: ita hoc loco breuiter dictata ſua repetit Magiſtra Grammatica, vt magis in diſcipularum animis infigantur, atque id è Magiſtrorum more eſt, huicque Magiſtrę Grammaticæ ſolenne: vnde poſt ῥῆσιν de vocalium nominibus dixit Athenæus, καὶ τοῦτο λέξασα, εἶτα δὶς ταὐτὶ λαλεῖ. In hac autem tam breui ἀνακεφαλαιώσει, trium enim verſuum tota eſt, etiam diſcipularum ſunt partes, ne

putes vnam loqui Magiſtram Grammaticam : interpellant quoque diſcipulæ. Verba Calliæ in ſuos numeros digeſſimus, & Trochaicos verſus fecimus cum perſonarum diſtinctione:

Τ' ἄλφα, βῆτα, γάμμα, δέλτα, ζῆτα, ἦτα, θῆτα.
Θεοῦ τ' ἆρ' εἰ; γε, ἰῶτα, κάππα, λάμβδα, μῦ, νῦ, ξῦ,
Τὸ οὐ, πῖ, ῥῶ, σῖγμα, ταῦ, υ, φῖ, χῖ τε, τὸ ψῖ, καὶ τ' ὦ.

Exciderat Grammaticæ memoriâ litera E, ſiue EI, nam tantumdem eſt: ſed id ſedula non eſt paſſa diſcipula: Quare cùm iam antè à Magiſtra accepiſſet eſſe inter literas quandam, quæ EI diceretur, neque in hac ἀνακεφαλαιώσει illam recenſeret Grammatica: Magiſtram interpellat diſcipula, θεοῦ τ' ἆρ', EI, id eſt, nūquid etiam EI literis eſt accenſenda? Etiam, reſpondet Magiſtra, id quippe ſignificat γέ. Sed quare EI dixit eſſe θεοῦ, exponendum eſt, facit enim ad argumentum huius Prologi, in quo diximus diſcipulas à Magiſtra doctas fuiſſe literarum ſingularum figuram noménque. Non proponebat autem illis ſolas literarum figuras in pinacijs & tabellis deſcriptas, ſed etiam, vt rudi illarum ingenio conſuleret, quibuſdam alijs rebus, quæ cum literarum figuris cōuenirent, aut repræſentarent, quaſi ſignis iudicabat, quemadmodum Euripides, Agatho, Theodectes, Theſei nomen repræſentarunt: ita cùm vellet Grammatica diſcipulas ſuas nomen figurámque literæ E, ſiue EI, docere, inſcriptionem illam totâ Græciâ celebratiſſimam, quæ in Templo Apollinis Delphici viſebatur, ob oculos ponebat: Erat enim inſcriptio hæc vnius literæ E, quæ EI à vete-

Digitized by Google

ribus pronuntiabatur: Vnde titulus Libri apud Plutarchum, περὶ τοῦ Ε τοῦ ἐν Δελφοῖς. Hac itaque inſcriptione, cuius figuram forte ſæpius in vita viderant, quaſi aliquo ſigno, indicat literæ E figuram, & ſimul memoriç illarum ſuccurrit, ne eâ excidat forma nomenque illius elementi, cùm meminerint inſcriptione Delphica repræſentari. Quare diſcipula præcepti Magiſtræ probè memor, quærit quid factum ſit literâ illâ E? numquid accenſenda ſit ceteris literis E θεοῦ? id eſt, cuius figuram repræſentari dixiſti inſcriptione ædis Apollinis Delphici. Sequuntur apud Athenæum de Choro hæc; ὁ χορὸς δ' γυναικῶν ἐκ τῶν ἀνὰ δύο πεποιημένος, & cetera, quæ iam ante deſcripſimus, Quibus verbis ſignificatur, eodem genere metri ſcriptum eſſe Chorum, ac reliqua, quæ erant Prologi, nempe Trochaico metro, vt videre eſt ex paucis illis, quæ in pedes ſuos reſtituimus. Eodem metro conſtat & in Strophis & in Antiſtrophis Chorus, qui de duobus agit elementis in vnam ſyllabam coniunctis. Verſus ſunt Trochaïci dimetri acatalecti, ita à nobis reſtituti, & in ſuos numeros digeſti:

Βῆτα ἄλφα βα, βῆτα ε βε,
Βῆτα ἦτα βη, βῆτα ἰῶτα βι, βῆ
τα ο βο, βῆτ' υ βυ, βῆτα ω βω.

Ad hoc exemplum corrigenda ſunt quæ ſequuntur de γάμμα, atque in ceteris literis id nullo negotio præſtari poteſt. Addit Atheneus, quę maximam pariunt difficultatem: ὥστε τὸν Εὐριπίδην μὴ μόνον ὑπονοεῖσθαι τὴν Μήδειαν ἐντεῦθεν πεποιηκέναι πᾶσαν, ἀλλὰ καὶ τὸ μέλος

μέτρος αὐτῷ μεταπεπλωσμένα φανερὸν εἶναι. Dicit enim Athenæus, Euripidem delectatum hoc metri genere, ad iſtud exemplum ſuam *Medeam* ſcripſiſſe, & Trochaïco hoc metro vſum fuiſſe. Extat hodie inter Euripideas fabulas *Medea*, in qua non animaduertes hoc Poëtæ ſtudium, quod tamen maximè in eo dramate elucere ſcribit Athenæus. Quid igitur dicemus? arguemuſne mendacij Athenæum, virum adeo ſubactum in lectione veterum Tragicorum? an verò ad codices transferenda eſt mendi ſuſpicio? Nequaquã certè; neutrum enim neque in hos, neque in illum cadit. Sed quæ legitur hodie *Medea*, Euripidis Mneſarchi filij non eſt: neque id nobis ſuboluit primis: iam ante à veteribus Criticis de illius auctore diſputatum eſt. Nonnulli Neophronis Sicyonij eſſe dicunt. Diogenes Laërtius in Menedemo. ὥστε πλείοσιν, οἱ λέγοντες μηδὲν αὐτὸν ἀνεγνωκέναι, πλὴν τῆς Μηδείας τῆς Εὐριπίδου, ἣν ἔνιοι Νεόφρονος εἶναι τοῦ Σικυωνίου φασί. Alij Euripidi ſecundo Euripidis Mneſarchi F. è fratre nepoti adſcribunt. Suidas: Εὐριπίδης τοῦ προτέρου ἀδελφιδοῦς, Τραγικὸς, ὡς Διονύσιος ἐν Χρονικοῖς. δράματα αὐτοῦ ταῦτα. Ορέστης, Μήδεια, Πολυξένη. Cuiuſcumque illa ſit, qua de re in ſequentibus, θεοῦ διδόντος, quæremus, omnino Euripidis Mneſarchi F. ea non eſt: idque demõſtrabimus, ſi prius ea remouerimus, quæ Euripidi tribuere hanc fabulam videbuntur. Agmen ducet in hac pompa M. Tullius, qui è *Medea* Ennij in Epiſtola ad Trebatium Libro VII. Epiſtolâ VI. deſcribit verſus aliquot, qui in Græca illa *Medea* fabula etiãnum hodie leguntur; cuius item è Prologo verſus

apud eundem Ciceronem in Libro de *Fato*, Quintilianum Libro V. & auctorem Rhetoricorum ad Herennium Libro II. ex Ennij verſione, laudantur. Ennium autem *Medeam* Euripidis de Græco vertiſſe Viri eruditi coniectant ex his M. Tullij verbis Libro I. de bonorum malorumque finibus. *Quis enim tam inimicus pene nomini Romano eſt, qui Ennij Medeam, aut Pacuuij Antiopam ſpernat aut reijciat? Qui ſe iiſdem Euripidis fabulis delectari dicat, Latinas literas oderit?* Verùm cuiuſnam Euripidis *Medeam* verterit Ennius, non docet Cicero. Nepotis patruo cognominis illã fuiſſe, eamque ipſam, quæ adhuc extat, nullus dubito. Obijcitur, multa in hac fabula legi planè eiuſdem ἐννοίας, cum ijs, quæ alibi leguntur in dramatis, quæ Euripidis Mneſarchi F. ſint necne, dubitare eſt religio. In hac item à Medea mactantur liberi; Qua in re ab antiquis primum diſceſſiſſe Euripidem in Corinthiorum gratiam ſcribunt veteres Critici. Quinetiã Ariſtoteles, vbi de machina agit, docet hac in parte peccatum in *Medea* dramate. Verba virorum maximi hæc ſunt in Libello de Poëtica: φανερὸν οὖν ὅτι καὶ τὰς λύσεις τῶν μύθων ἐξ αὐτοῦ δεῖ τοῦ μύθου συμβαίνειν, καὶ μὴ ὥσπερ ἐν τῇ Μηδείᾳ ἀπὸ μηχανῆς. Quibus verbis exiſtimant præſtantiſſimi viri notari Euripidem, quod Medeam cùm à Iaſone premeretur, machinâ auferri faciat: quò ſpectant hi verſus in *Medea:*

Γαύσαι πόνου τοῦδ᾽· εἰ δ᾽ ἐμοῦ χρείαν ἔχεις,
Λέγ᾽ εἴ τι βούλει. χειρὶ δ᾽ οὐ ψαύσεις ποτέ.
Τοιόνδε ὄχημα πατρὸς ἥλιος πατὴρ
Δίδωσιν ἡμῖν, ἔρομα πολεμίας χερός.

Digitized by Google

Quanquam illius dramatis auctorem non laudat Ariſtoteles, ſed *Medeam* tantum fabulam, cuius illa patris ſit proles: Facile tamen concedimus, quod volunt Viri maximi, Euripidem argui à Philoſopho peccati hac in parte: Sed illene ſolus in his peccauit? nulline eum ſunt ſecuti? Primus forte Euripides in hac fabula iſtud immutauit, machinam adhibuit, liberos à matre Medea occidi fecit, ſed non ſolus: Ab illo accepit ſequens Poëtarum Tragicorum natio, & expreſſit, vt & illius ἐννοίας, ne obijciant in hac fabula eſſe pro laudatiſſimi illius Euripidis ingenio: Nam id factum etiam à coæuis & antagoniſtis. Vide A. Gellium Libro XIII. cap. XVII. vbi oſtendit eoſdem verſus vſurpatos fuiſſe ab Euripide & Sophocle: ab eodem item & Æſchylo. Quàm enim liberi harum rerum fuerint Poëtæ numerò probat Clemens Alexandrinus Floridorum Libro VI. in quo de illorum furtis agit. Euripidis namque Mneſarchi F. *Medeam*, quæ extat, drama non eſſe probamus, quia Euripidis *Medea*, vt liquet ex Athenæo, ſcripta erat Trochaïco metri genere, ad exemplum Calliæ, in melicis quidem Chori, ſi non etiam in ceteris, quod quidem videri poteſt. At in hoc dramate, quod extat, veſtigium huius rei non leges. Scribit de Euripide Dio Chryſoſtomus : ἥ τε τοῦ Εὐριπίδου σύνεσις καὶ περὶ πάντα ἐπιμέλεια, ὥστε μήτε ἀπίθανόν τι καὶ παρημελημένον ἐᾶσαι. Ne DI igitur ſirint, vt tam accuratum Poëtam huius fabulæ parenté credamus. Quis enim ferat eos, qui habentur ſermones inter Medeam & Ægeum. Ægeus, ſi DIs placet, Medeam ſalutat

Delphis rediens, quò profectus fuerat ad conſulendum Apollinem de tollenda prole: atque Corintho tranſit, vt Pittheum Trœzeniorum Regem conueniret, quo cum communicatam volebat ſibi ab Apolline datam ſortem. Suntne hæc pro illa Euripidis cura tantopere à Dione commendata? Nonne hic ἀπίθανόν τι καὶ παρημελημένον, quod in Euripide deprehendi negat Chryſoſtomus, animaduertere in procliui eſt. Cùm hæc agerentur Corinthi à Medea, iam aliquod nomenque decuſque geſſerat Theſeus Ægei filius ex Æthra Pitthei filia, cùm qua rem habere Ægeum poſt indicatam ſibi Apollinis ſortem fecit Pitthæus: Quinetiam non deſunt auctores, qui Theſeum in Argonautis fuiſſe ſcribant: vide Apollodorum Athenienſem Bibliothecæ Libro I. Certè cùm ad Ægeum profugit Medea Corintho, iam grandis venit Athenas, vt patri innoteſceret, Theſeus, penè ab illo inſcio, Medeæ ſcelere artibuſque, ſublatus; vt narrat Plutarchus in Theſeo. Tibi, ô bone, quiſquis es, commodè non ſunt diuiſa temporibus. Pręterea Chorus hic Corinthiarum mulierum ſummo artificio argumentum promouet, & ex ipſa re ferè eſt petitus. At contra ab Euripide in ſuis Tragœdijs factum notat Ariſtoteles: καὶ τὸν Χορὸν δὲ ἕνα δεῖ ὑπολαμβάνειν τῶν ὑποκριτῶν, καὶ μόριον εἶναι τοῦ ὅλου, καὶ συναγωνίζεσθαι, μὴ ὥσπερ παρ' Εὐριπίδῃ, ἀλλ' ὥσπερ παρὰ Σοφοκλεῖ. Solebat quoque Euripides in ſuis Choris aduerſari miſeris, vt adnotat Græcus Comici Interpres ad Acharnenſes: Εὐριπίδης γὰρ εἰσάγει τοὺς Χοροὺς οὐ τὰ ἀκόλουθα φθεγγομένους τῇ

Digitized by Google

ὑποθέσει, ἀλλ' ἱστορίας τινὰς ἀπαγγέλλοντας, οὔτε ἐμπαθῶς ἀντι-λαμβανομένους τῶν ἀδικηθέντων, ἀλλὰ μεταξὺ ἀντιπίπτοντας. In hoc Corinthiarum mulierũ Choro contrarium planè vides: Argumentum namque promouet: & ipſe è re ipſa eſt petitus, atque Medeam ſolatur: Imo etiam, quod Euripidem Mneſarchi F. auctorem non eſſe prodit, Medeæ partim conſilia ſubminiſtrat: ita vt in partem ſceleris à Medea commiſſi veniant: Quanquam enim flectere illius iratum animum, & à liberorum cæde auertere velle videantur Corinthię mulieres, atque miſeram illorum ſortem doleant, nihilominus culpâ liberari nequeunt, neque, quin ſceleri Medeæ affines ſint, negare non poſſunt, vt quæ conſiliorum Medeæ participes, liberorum illius ſaluti aliqua ratione non conſuluerint, ſed potius miſellos ſilentio ſuo prodiderint. Quantum autem id à conſilio Euripidis differat, & abhorreat, nemo non videt. Volebat enim ille Corinthias mulieres, quas adhuc inuidia iſtius facti premebat, ire excuſatum & purgatum à liberorum Medeæ cæde, itaque illam in Medeam transferebat. Parmeniſcus: ἄρα πέντε τάλαντα λαβὼν παρὰ Κορινθίων Εὐριπίδης, μεταγάγοι τὴν σφαγὴν τῶν παίδων ἐπὶ τὴν Μήδειαν. Atqui non ignorabat vir ῥητορικώτατος, ſi ſcientibus Corinthijs natos ſuos occidiſſet Medea, non poſſe illas liberari ſuſpicione huius criminis; at quanto magis illis peccanti Medeæ cõſilium accommodantibus, ſi non in liberorum cæde palàm approbanda, ſaltem in illius celando con-

ſilio, & laudando eo in ſumenda de Iaſone & Creüſa vindicta:

Bis peccat, qui peccanti conſilium accommodat.

& veteri popularium ciuiúmque ſuorum Lege non ignorabat Euripides, τὸν βουλεύσαντα ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι καὶ τὸν τῇ χειρὶ ἐργασάμενον, vt legitur apud Andocidem: nam optimè Leodamas Rhetoricorum Ariſtotelis Lib. I. cap. VII. οὐ γὰρ ἂν πραχθῆναι μὴ βουλευσάμενον. Quare hęc, quæ hodie extat *Medea* Tragœdia, Euripidis Mneſarchi F. fœtus non eſt. Quã noſtram ſententiam validè confirmat illuſtris Ariſtotelis locus Lib. de Poëtica cap. XVII. Nam docet vir ſummus argumentum *Medeæ* Euripidis fuiſſe, non tantùm ea, quę à Medea, odio Iaſonis, & propter illius nuptias cum Glauce Creontis filia, Corinthi geſta ſunt, nimirum liberorum ſuorũ, Glauces, & Creontis cędem: ſed etiam omnia ferè, quæ de illa fabulantur. Erat enim πολύμυθον drama, & ſatis benè longum: itaque comparat Philoſophus cum eo dramate, quod totam Ilij πέρσιν complectebatur: at longè caſtigatior Æſchylus in huius fabulæ conſtitutione. Verba Ariſtotelis ſunt: δεῖ δὲ ἄμφω ἀεὶ κροτεῖσθαι, καὶ μὴ ποιεῖν ἐποποιϊκὸν σύστημα τραγῳδίας. ἐποποιϊκὸν δὲ λέγω τὸ πολύμυθον· οἷον εἴ τις τὸν τῆς Ἰλιάδος ὅλον ποιεῖ μῦθον. ἐκεῖ μὲν γὰρ διὰ τὸ μῆκος λαμβάνει τὰ μέρη τὸ πρέπον μέγεθος. ἐν δὲ τοῖς δράμασι πολὺ παρὰ τὴν ὑπόληψιν ἀποβαίνει. σημεῖον δὲ, ὅσοι πέρσιν Ἰλίου ὅλην ἐποίησαν, καὶ μὴ κατὰ μέρος· ὥσπερ Εὐριπίδης Νιόβην ἢ Μήδειαν, καὶ μὴ ὥσπερ Αἰσχύλος· ἢ ἐκπίπτουσιν, ἢ κακῶς ἀγωνίζονται. At *Medeæ*, quæ hodie extat, argumentum eſt, Glauces

Creontiſque cędes, quos vnà cum liberis ſuis, propter Iaſonis nuptias, occidit Medea, niſi quis forte, quę à Medea aliįſque de Argonautarum expeditione, atque Medeæ apud Iaſonem meritis, vno verbo & per occaſionem dicuntur, ineptè prorſus hoc drama πολύμυθον facere cenſeat. Verùm, age, dicamus cui adſcribenda nobis videatur hæc fabula. Euripidis Mneſarchi F. non eſſe, vt puto, demonſtrauimus. Neophronis quoque non eſſe ſuſpicamur, quanquã eadẽ ferè, aut non multùm diuerſa fuerit Neophronis œconomia in dramatis conſtitutione: Sed tamen facit Neophron (qua in re abit ab œconomia noſtræ Medeæ.) Ægeum Corinthum venientem, vt Medeam conueniret de oraculi interpretatione, non verò vt Corintho ad Pittheum Trœzenen iret. Græcus Medeæ Interpres: Νεόφρων δὲ εἰς Κόρινθον τὸν Αἰγέα φησὶ παραγενέσθαι πρὸς Μήδειαν, ἕνεκα τοῦ σαφηνισθῆναι αὐτῷ τὸν χρησμὸν ὑπ' αὐτῆς τῆς Μηδείας, γράφων οὕτως· καὶ γὰρ τιν' αὐδὰς ἤλυθον λύσιν μαθεῖν, σοῦ φρεν. θείαν γὰρ ὄσσαν ἣν ἔχρησέ μοι Φοῖβος πρόμαντις, συμβαλεῖν ἀμηχάνως οἶδ' εἰς λόγους. μολεῖν γὰρ ἤλπιζον μαθεῖν. Verſus Neophronis ſunt Iambici trimetri acatalecti, ita emendandi & interpungendi:

Καὶ γὰρ τιν' αὐδὰς ἤλυθον λύσιν μαθεῖν,
Σοῦ φρεν. θείαν γὰρ ὄσσαν, ἣν ἔχρησέ μοι
Φοῖβος πρόμαντις, συμβαλεῖν ἀμήχανος,
Οὐδ' εἰς λόγους μολεῖν· ῥᾶ γ' ἤλπιζον μαθεῖν.

Veni, inquit, vt interpretationem oraculi cõſequar, nempe quam tu conferes mihi: (id enim ſignificat σοῦ φρεν.) Nam oraculum & ſortes, quas mihi petenti

dedit Phœbi vates, quid ſignificent conijcero, & ſenſa earum mentémque penetrare, planè rudis ignarúſque ſum. Ergo ſperaui diſcere. Ex hoc fragmento vides *Medeam*, quæ hodie extat, Neophronis non eſſe: Reſtat igitur, vt ſit Euripidis minoris, qui maioris è fratre fuit nepos. Sed de his ſatis. Sequitur apud Athenæum de Sophocle: τὸν δὲ Σοφοκλέα διηγεῖν φασὶν ἀποτολμῆσαι τὸ ποίημα τῷ μέτρῳ τοῦτ' ἀκούσαντα καὶ ποιῆσαι ἐν τῷ Οἰδίποδι οὕτως, ἐγὼ οὔτ' ἐμαυτὸν οὔτε σ' ἀγνωσοῦ ταῦτ' ἐλεγχθείς. Emendandum cenſet Athenæum Vir Incomparabilis ex editis Sophoclis Libris. Sed quid faciat hic locus, vt editur & diſtinguitur, ad probandum, quod volebat Athenæus, nullus video: Docet ille Sophoclem Trochaïco metro (eo enim vſus erat Callias) Oedipodem ſuam teſſellaſſe: Verſus qui hoc genere metri ſcripti ſint, laudat & deſcribit vulgo & malè ſcribuntur, & diſtinguũtur. Duo priores verſus ſunt dimetri Trochaïci acatalecti, quibus ſubijcitur tertius dimeter Trochaïcus catalecticus: itaque ſic ſcribendi ſunt,

Οὔτ' ἐμαυτὸν οὔτε σ' ἀγνω-
νοῦ. τί ταῦτ' ἄλλως ἐλέγχεις;
Οὐ γὰρ ἂν πύθοιό μου.

Addit Athenęus hoc metri genus ceteros ab hinc Tragicos in Chori melicis vſurpaſſe: idque non ſine ratione; nam id factum, inquit, Scholiaſtes Comici ad Acharnenſes, ἵνα ὁ λόγος συντρέχῃ τῷ δράματι.

SAMVELIS

SAMVELIS PETITI MISCELLANEORVM

LIBER VII.

ANALECTA EX ATHENÆI CENIS.

LIBER III.

Varia poculorum genera, ὄνυξ, δῖνος, μαίνης. Vinum vetus ſpumans colatum. Ex Alcæo atque Antiphane ſublatæ maculæ.

CAPVT I.

ALCÆVM laudat Athenæus Libro XI. pag. 460. ſed locus vitioſè deſcriptus eſt: καὶ Ἀλκαῖος, ἐκ δὲ ποτηρίων πώνης † δινομὸν περίσσον. De mendo horum verborum nemo dubitat; ſed quomodo tollendum ſit, quæſtionis eſt, in eoque occupata fuit virorum maximorum opera: nobis tamen videbatur reſcribendum ἐκ δὲ ποτηρίων τ' ὄνυξ, δῖνος, μαίνης περίσσον. Varia hæc ſunt poculorum genera, ὄνυξ, δι-

νος, μάνης, quorum meminit Athenæus hoc ipſo Libro, & Pollux Libro VI. cap. XVI. Dicit itaque Alcæus. E varijs poculorum generibus aſſidebant hæc pocula, ὄνυξ, δῖνος, μάνης. De poculis eleganter dixit παρίζειν aſſidere & iacere vnà. Cur autem horum poculorum præ ceteris meminerit, hæc videtur ratio, quod ὄνυξ καὶ μάνης ſatis capacia ſint pocula: δῖνος verò dicebatur, vt docet Pollux, ἐν ᾧ τὸν ἄκρατος. In eo fragmento, quod è Vindelicianis Excerptis edidit vir ſummus, inter cetera hæc leguntur: ἐχρῶντο δὲ καὶ λιθοκολλήτοις ἐκπώμασι. Μένανδρος δέ που φησὶ καὶ ποτήριον τορνευτὸν καὶ τορευτὸν Ἀντιφάνης.

Ἄλλοι δὲ καὶ δὴ Βακχίου παλαιγενοῦς
† Ἀφρῶ σκιά, καὶ χρυσοκόλλητιν δέπας
Μέσον κύκλῳ χορεύον ἕλκουσι γνάθοις,
Ὀλκοῖς ἀπαύστοις, παντελῶς ἐστραμμένοις,
Τ' ἄνω κάτω δεικνῦντες.

Horum verſuum ſecundum atque tertium legendos & emendandos cenſebamus,

Ἀφρῶ σακία καὶ χρυσοκόλλητον δέπας
Μέσον κύκλῳ τορευτὸν ἕλκουσι γνάθοις.

Priores duę voces ſunt genitiui Dorici, referuntúrque ad præcedentia βακχίου παλαιγενοῦς, & dicuntur de vino vetere, quod ſpumans eſſe hac voce ἀφρῶν ſcribit, quod inter generoſi vini notas eſſe nemo ignorat. Alcæus in Cycno:

Φαιδρὸς δὲ κρατὴρ Θηρίκλειος ἐν μέσῳ
Ἕστηκε λευκοῦ νέκταρος παλαιγενοῦς
Πλήρης ἀφρίζων.

Addit Antiphanes, σακία, colati, defæcati: σακίας pro-

pter metrum, ſiue σακκίας, vinum eſt colatum & defæcatum, de quo Pollux Lib. VI. cap. II. σακκίας δὲ ὁ διϋλισμένος, quod fieri debere, maximè in vinis veteribus nullum eſt dubium: nam τὸ πότιμον ὁ ἀὴρ ἐξάγει καὶ τὸ περιέχον, inquit Theophraſtus Lib. de Cauſſis Plantarum VI. cap. X. ἀπιόντος δὲ τοῦ ὑγροῦ, καταλείπεται τὸ γεῶδες. In tertio verſu ἀντὶ τοῦ χρέσδον reſcripſimus τορευτόν. Ob hanc enim vnam vocem Antiphanes laudabatur.

Literata pocula. cælatura ex Homero. Eubulus emaculatus.

Capvt II.

VBi de *literatis* poculis agit Athenæus Lib. XI. pag. 467. ita ſcribit: μνημονεύει δὲ τοῦ γραμματικοῦ ἐκπώματος, ὡς οὕτως καλουμένου, Εὔβουλος ἐν Νεοττίδι οὕτως. μισῶ κάκιστον γραμματικὸν ἔκπωμα † εἶατ' ἄρ' ὡς ὅμοιον ὑμὸς υἱὸς ᾤχετ' ἔχων φιάλιον, τῶν δὲ πολλὰ τῶν δ' ὅμοια. Locum hunc malè affectum non ſanarunt præſtantiſſimi medici. nos animam agenti aquam ſuffundemus, &, quà poterimus erigemus. Literatorum huiuſmodi poculorum celaturæ argumentum, vt plurimùm, erat petitum ex Homericis verſibus: atque huiuſmodi poculum narrat Athenæus Capuæ viſum ſibi Dianæ conſecratum, ἐκ τῶν Ὁμηρικῶν ἐπῶν κατεσκευασμένον καὶ ἐκτετυπωμένον. Neroque *duos ſcyphos gratiſſimi vſus, quos Homericos à cælatura carminum Homeri vocabat*, habuit, & *ſolo illiſit*. Inde quoque pe-

Digitized by Google

titum fuiſſe argumentum cælaturæ huius noſtri Eubulei poculi, nullus dubito : idque, niſi valde fallimur, ex Homeri verſibus Iliad. I. vbi τὴν Ἄτην deſcribit, & comitem ταῖς λιταῖς addit : quæ igitur ab Homero dicuntur de Ate, argumentum erat cælaturæ huius poculi cum inſcriptione A T H. Non enim omnino improbabat omnia *literata* pocula ille, cuius verba hæc ſunt apud Eubulum, ſed illud tantùm, cuius inſcriptionem, quæ hactenus in corruptis Eubuli verbis latuit, addit, quæ ſibi filioque omen fecit. Verſus itaque Eubuli in ſenarios Iambicos diſtinguimus & reſcribimus,

Μισῶ κάκιστον Γραμματικὸν ἔκπομα, αἲ, Α
Τ', ἄρ' ὡς ὅμοιον ἐμὸς υἱὸς ὤχετο ἔχων
Φιάλιον, τῷ δ' ἦ πολλὰ γὰρ ὅμοια.

Senſus eſt : Odi peſſimum illud *literatum* poculum, hei mihi ! cuius inſcriptio eſt A T H. Omen enim mihi malum fecit huiuſmodi *literatum* poculum: Cũ enim peregrè proficiſceretur filius meus, in apparatu ſuo viali, vt moris erat habere pocula, habuit poculum hac inſcriptione, miſerque mala illa, quæ viſebantur in poculi cælatura, multa eſt expertus, pro argumento cælaturæ huius poculi, quod erat ATH πᾶσαν ἐπ' αἶαν βλάπτουσ' ἀνθρώπους.

Thracia gens Καρνοί. περὶ πόλιν. ἔφηβοι. *Stephanus Comicus emendatus.*

Capvt III.

Male acceptus eſt à librarijs Stephani Comici locus apud Athenæum Libro XI. pag. 469. vbi agit de poculo, quod dicebatur Ἔφηβος, Στέφανος δ' ὁ Κωμικὸς ἐν Φιλολάκωνι φησὶν,

Τούτῳ προέπιεν ὁ βασιλεὺς κώμην τινὰ
Καρνόν. τί νῦν τοῦτο γέγονε νῦν ποτήριον;
Κώμη μὲν οὖν τίς ἐστι περὶ τὴν Θουρίαν.
Εἰς τὰς δ' ὁ διδαχὸς ὅλος ἀπηνέχθην ἐγώ,
Καὶ τοὺς Ἐφήβους, Σωσία, τοὺς δυσχερεῖς.

Finguntur hæc geſta belli Peloponneſiaci temporibus, vt nobis videtur, cùm vniuerſi penè Græci nominis populi eſſent in armis; ducibus hinc Athenienſibus, illinc Lacedæmonijs : Quare inſcriptio huius dramatis eſt Φιλολάκων, ab ijs qui Lacedæmoniorum res auctas volebant, & ſtabant ab illorum partibus. Sed neque Thurij arma mouerunt & intulerunt Lacedæmonijs, aut illorum ſocijs, vel contra; neque geſtum eſt bellũ apud Thurios hac de cauſſa : Quare valde ſuſpecta nobis ſunt hæc verba verſu tertio περὶ τὴν Θουρίαν. Præterea ὁ Βασιλεὺς eſt magnus Perſarum Rex; ita enim à Græcis ſcriptoribus dicitur κατ' ἐξοχὴν, cuius imperium non tam latè patuit, vt vicum Thuriorum inter pocula daret : Italia namque illi non parebat. Adde quod nauci non eſt iſtud κώμην

τινὰ καινόν. At contra Καινοὶ gens erat Thraciæ, vt ex Apollodori Chronicorum Libro IV. docet Stephanus: Καινοὶ, ἔθνος Θράκιον. & Ptolemæus Geographiæ Libro III. cap. XI. inter Thraciæ Præfecturas πρὸς τῇ Μακεδονίᾳ καὶ τῷ Αἰγαίῳ πελάγει, qua Græcis videlicet patet Thraciæ aditus, recenſet ςρατηγίαν Καινικήν. Atque in Thracia ab Athenienſibus & Lacedæmonijs, belli Peloponneſiaci temporibus, ſæpius, vt videre eſt apud Thucydidem, Xenophontem, alios, dimicatum eſt, & his, & illis eam ſibi totam aſſerere atque vindicare tentãtibus; cùm vtrinque magni eſſet ad illud bellum momenti. Itaque in Thracia alij erant Lacedæmoniorum ſocij: alij à partibus Athenienſium ſtabant; non defuerunt quoque, qui illîc Perſarum imperio ſubijcerentur. Quare ὁ Βασιλεὺς, id eſt, Perſarum Rex, qui in huius Peloponneſiaci belli partem & ſocietatem venit, & modò hos, modò illos, copijs auxiliaribus iuuit, non potuit illis, quibus fauebat, non eſſe præſto, & vrbes Thraciæ conciliare, aut vltrò dare, quod hîc factum legimus inter pocula. Quare Stephani verba reſcribimus, atque perſonis diſtinguimus ad hunc modum,

A. Τούτῳ προσέπιεν ὁ Βασιλεὺς κώμην τινὰ
Καινῶν. B. τί νῦν τοῦτο γέγονε νῦν ποτήριον;
A. Κώμη μὲν οὖν τίς ἐστι περὶ τὴν Θρᾳκίαν.
Εἰς τὰς δὲ ὁ περίπολος ἀπηνέχθην ἐγώ,
Καὶ τοὺς Ἐφήβους, Σωσία, τοὺς δυσχερεῖς.

id eſt, Huic (an Lyſandrum intelligit, & Regis nomine Cyrum, apud quem gratiâ plurimum valebat Lyſander?) inter pocula dedit Rex vicum aliquem

Canorum. Petit is, qui hæc audiebat, ludens in germana vocis περιέπειν ſignificatione, an de vico factũ ſit poculum. Reſpondet alter vicum illum eſſe in Thracia: Quod ita eſt: Nam, vt diximus, *Cani*, quorum eſt hic vicus, inter Thraciæ populos numerantur, & in Thracia pugnatum eſt vtrinque à Lacedæmonijs atque Athenienſibus, magno animo, vt illã totam occuparent: Quare aduerſus hoſtium incurſus & irruptiones ſtatuebantur præſidia in munitis regionis, quæ parebat illorum imperio, locis; itaque addit Stephanus, vt emendamus,

Εἰς τὰς δὲ ὁ περίπολος ἀπηνέχθην ἐγώ,
Καὶ τοὺς Ἐφήβους, Σωσία, τοὺς δυσχερεῖς.

Petita hæc ſunt ex Athenienſium moribus & patrijs inſtitutis. Adoleſcentulus atque Ephebus videtur eſſe, qui hæc loquitur. Adoleſcentuli autem & Ephebi in munitis regionis ſuæ præſidijs aduerſus hoſtium irruptiones excubabant biennium, atque Περίπολοι dicebantur. Pollux Libro VIII. cap. IX. Περίπολοι ἔφηβοι, περιήεσαν τὴν χώραν περιφυλάττοντες, ὥσπερ ἤδη μελετῶντες τὰ στρατιωτικά. καὶ εἰς μὲν τοὺς ἐφήβους εἰσῄεσαν ὀκτωκαίδεκα ἔτη γενόμενοι, δύο δ' εἰς Περιπόλους ἠριθμοῦντο. Ariſtoteles de Athenienſium Republica: Ἔφηβοι λαβόντες ἀσπίδα καὶ δόρυ παρὰ τοῦ δήμου περιπολοῦσι τὴν χώραν καὶ διατρίβουσιν ἐν τοῖς φυλακτηρίοις. Itaque ſequitur apud Stephanum:

Καὶ τοὺς Ἐφήβους, Σωσία, τοὺς δυσχερεῖς.

Ablegatus ſum, inquit, ὁ Περίπολος ad pręſidia, & ad ceteros Ephebos: Nam, vt à nobis eſt iam dictum,

Digitized by Google

Ephebi erant, qui in illis præſidijs excubias agebant. Ludit præterea in ambiguo huius vocis Ἐφήβου ſenſu; quæ etiam de poculo dicitur, vt obſeruatū eſt Atheneo. Ephebi enim illi, qui in huiuſmodi pręſidijs cuſtodes erant publicè, cuſtode remoto, ſolutius viuebant, atque paullo larguis ſe inuitabant, quàm ab illis factum domi, dum ætas, metus, magiſter prohibebant. Qua de cauſſa poculum Ἔφηβος nomen ab illis accepit. Totam autem iſtam compotationem oderat bonus hic adoleſcens priſcorum morum, frugaliter domi eductus: quare etiam dixit Ἐφήβοις δυσχερεῖς, ſibi ſcilicet: ſed Thracum præcipuè, qui vt ſcribit Theopompus Hiſtoriarum Libro XXII. εἰσὶ πάντες πολυπόται. quamque in voce προσέπεμεν vſurpauerat metaphoram, eandem continuauit dicens, εἰς τοὺς Ἐφήβους. Cùm igitur hic videretur eſſe ſenſus horum verborum, quæ iam emendauimus. Cùm Rex ei (Lyſandro, ſi forte, & Lacedæmonijs) inter pocula *Cænorum* quendam vicum dediſſet in Thracia, ne hac occaſione, eoque vico tanquam ὁρμητηρίῳ ſiue ſede belli vtentes hoſtes, in fines noſtros irruptionem facerent, ego in præſidia cum ceteris Ephebis Περιπόλοις miſſus ſum, vt tutarer fines aduerſus hoſtium incurſus, cum ijs qui iam tum ibi περιπόλοιν, quos appellat Ἐφήβοις δυσχερεῖς, quia cùm eſſent militiæ, non tam molliter habebantur, vt Regi Antiocho curari ſolebant hoſpites: Cùm hic, inquam, videretur eſſe verborum ſenſus ὑποκείμενος, alius planè eſt δηλούμενος, miſſus, inquit, ſum ad tutanda præſidia, &

dia, & ad ſiccandos calices capaciores, quos hac voce, Εφήβοις, δηλοῖ.

Thericlea pocula. Prouerbium σπινθὴρ τ' ἀγέας σπείρει. φιλοτησία. *Theopompus emendatus.*

Capvt IV.

THeopompvm laudat de *Thericleis* agens poculis Athenæus Lib. XI. pag. 470. Sed librariorum incuriâ, an iniuriâ, deprauatiſſimus legitur locus in hæc verba: μνημονεύει δὲ τῆς κύλικος Θεόπομπος μὲν ἐν Νεμέα οὕτως,

> Χώρει σὺ δεῦρο Θηρικλέους πιστὸν τέκνον,
> Γενναῖον εἶδος ὀνόμα σοι τὶ ἐσθ' ὥμεθα
> Αρ' εἶ κάτοπτρον φύσεως ἦν πλῆρες δοθῇς
> Οὐδέν ποτ' ἄλλο δεῦρο δή γε μισῶ σ' ἐγώ
> Γραῦ Θεολύτη. γραῦ τί με καλεῖς σὺ φιλτάτη.
> Τίν' ἀσπάσωμαι; δεῦρο παρ' ἐμὲ Θεολύτη,
> Παρὰ τὸν νέον ξυνδοῦλον οὑτωσὶ καλῶς
> Σπινθὴρ τ' ἄλλα † περαίνεσθαι τοιοῦτό τι
> Φιλοτησίαν δέ σοι προπίομαι δεξιάν.
> Πιοῦσα δ' ὁπόσον ἄν σοι θυμὸς, ἢ ἐμοὶ
> Πάροδος τὸ πρῶτον.

Sed corrupta hæc verba primùm, vt legenda videntur, repræſentabimus, deinde ſingula quęque diligenter excutiemus:

> A. Χώρει σὺ δεῦρο Θηρικλέους πιστὸν τέκνον,
> Γενναῖον εἶδος, ὄνομά σοι τί ἐσθ' ὥμεθα;
> Αρ' εἶ κάτοπτρον φύσεως; ἦν πλῆρες δοθῇς

Οὐδέν ποτ' ἄλλο δεῖ, ρ' ἄδλω γέ μοι· σῶσ' ἐγώ.
B. Γραῦ Θεολύτη, γραῦ. A. τί με καλεῖς σύ; B. φιλτάτη.
A. Τίν' ἀσπάζομαι; B. δεῦρο πρὸς ἐμὲ Θεολύτη,
Παρὰ τὸ νέον ξυνώδουλον. A. οὕτωσι καλῶς
Σπινθῆρ τ' ὀξέαν ἀπείρα. B. μύωμαι. A. Τοιοῦτό τί;
B. Φιλοτησίαν δέ σοι προπίομαι δεξιάν,
Πιοῦ σὺ δ' ὁπόσον ἄν σοι θυμός. A. ἢ ἤ, ἐμοὶ
Παράδος τὸ πρότερον.

Verba ſunt multibibæ anus, ſenarijs Iambicis, quibus comprobat elegans illud & verum nimis Poëtæ Comici dictum,

Ποτήρει ἡ γραῦς, ἄλλο δ' οὐδὲ ἓν βλέπει.

verè *anus ad armillum*, vt eſt in veteri Prouerbio. Senſus verborum eſt. Adeſdum, ô germana Thericlis proles, (ô Thericleum poculum) ô elegans, quo te compellabo nomine? Eſne naturæ ſpeculum? Si plenum datum ſis, nulla alia re opus eſt; ſatis eſt mihi, ſalua ſum. In ſecundo verſu ex emendatione Viri Incomparabilis reſcripſimus, οἰνώομά σοι τί θάλιθα; In ſequenti ſibi reſpondet ipſa per interrogationem, quæ affirmationis eſt vicem: itaque reſcripſimus, ἆρ' εἶ κάτοπτρον φύσεως; Eſne tu naturæ ſpeculum? Ita florem vini vocat ſubleſta anus, cui prę vino cetera ſordebant omnia. Vinum illi eorum omnium, quæ in rerum natura ſunt, imaginem reddit, ita vt ceteris omnibus facile careat, dummodo vini potiatur: parilis eſt ſententia illius anus lenæ apud Plautum Curculione,

Nam omnium vnguentûm odor præ tuo nautea eſt.
Tu mihi ſtacte, tu cinnamomum, tu roſa,

Digitized by Google

Tu crocinum & caſia es, tu bdellium.

Sed noſtra hæc Theopompea anus præ gaudio, mitto innatum ſenibus morem, πολυλογίαν, non vno verbo, quod volebat, expreſſit: dicit namque,

—ἢν πλήρης δοθῇς,

Οὐδὲν ποτ' ἄλλο δεῖ, ῥ' ἄδην γέ μοι· σῶσ' ἐγώ.

Si me pleno proluam poculo, cetera omnia valere iubeo, nulla alia re opus eſt; hoc vno abundè eſt mihi. Salua ſum. Elegantiſſime dixit vini cupidiſſima hæc anus, ſe ſaluam fore, σῶσ' ἐγώ, ſi vino ſe ingurgitet. Eadem venuſtas in laudato Plauti loco: cùm enim ſcreantem, ſiccam, ſemisomnam lenam anum ſaluere iubet Phædromus adoleſcens, reſpondet illa,

------*Egon' ſalua ſim, quæ ſiti ſicca ſum:*

Hos noſtræ Theopompeæ anus ſermones excipit conſeruus, qui interpellat his verbis, γραῦ Θεολύτη, γραῦ. interpellanti reſpondet anus, τί με καλεῖς σύ. & poſt commutata ſæpiuſculè verba dicit hic, ſe Theolytes conſeruum eſſe; quibus verbis ſeruitutem ſibi exprobrari cùm ægrè, vt par erat,

Omnes enim liberi lubentius ſumus, quàm ſeruimus,

ægrè, inquam, ferret, & ſeruitio nominis onus addi doleret, abituriens non ſine ſtomacho dixit anus, οὑτωσὶ καλῶς· σπινθὴρ τ' ἀλέαν σπείρει. Benè, inquit, eſt. Scintilla calorem ſiue ignem ſpargit: Prouerbium videtur eſſe, σπινθὴρ τ' ἀλέαν σπείρει, & de eo dici, qui pro vitæ ſuæ inſtituto & naturæ genio facit: Ita certè vſurpatur hoc loco. Dicit enim anus, οὑτωσὶ καλῶς, benè eſt quod tu dicis; vel ὁποσὶ καλῶς. belle hic quidem

dixit, ſeruitutem mihi exprobrando; quid mirum? nimirum facit pro ingenio, συνθὴρ τ' ἀγέαν σπείρει.

Naturam expellàs furcâ, tamen vſque recurret.

Scintilla flammas excitat, atque incendia miſcet: vnuſquiſque prudens imprudens eò fertur, quò inclinat naturæ ingenium ſuæ, vitæque ratio & inſtitutum. Dixit hic mihi malè, quia malus eſt & nequam: vno verbo omnia complectar, ſeruus eſt: nam ὁ δοῦλος, inquit Ariſtoteles, ὅλως φαῦλόν ἐστι, οὐδ' ἔχει τὸ βουλευτικόν. Cùm iſta ſtomachabũda dixiſſet anus Theolyte, abibat, quare illam reprehendit ſeruus, & dixit, μεῖναι, maneto. Quid iſtud rei eſt? inquit Theolyte: Cui ſeruus, non ignarus artium illarum, quibus conciliari poſſet iterum ſceleſta hæc anus, ineundæ ergò illius gratiæ, ad pocula vocat, & φιλοτησίαν illi propinat: Quid ſit autem φιλοτησία, paucis eſt dicendum, quia facem ſequentibus præferet. Igitur φιλοτησία eſt, vt obſeruant Grammaticorum filij, φιλία, δεξίωσις ἀπὸ τῆς φιάλης· ἡ κύλιξ ἡ κατὰ φιλίαν προύπινον τοῖς φίλοις, οὕτως ἐκαλεῖτο· ἡ φιλοτησίαν προπίνειν ἐστιν, ὁπόταν τις ἐν ἀρίστῳ ἀπὸ τῆς δοθείσης αὐτῷ φιάλης πιὼν μέρος, τὸ λοιπὸν παράσχῃ φίλῳ, χαρισάμενος αὐτῷ καὶ τὴν φιάλην. Ex hoc igitur more ſeruus τὴν φιλοτησίαν propinat Theolytæ, additque, vt nos emendamus,

Πιοῦ σὺ δ' ὁπόσον ἄν σοι θυμός.

id eſt, bibito vero tu, ô Theolyte, quantum animo tuo volupe erit. Qui φιλοτησίαν propinabat, non totam educebat pateram, ſed delibabat tantùm, quod reliquum erat vini, ei, cui propinauerat, hauriendũ

dabat. Videntur autem ὀλιγοποτοῦντες fuiſſe, ſiue potionem hanc leuiter ac ſummo tenus ore libaſſe atque guſtaſſe, ij qui φιλοτησίαν propinabant, & quibus propinabatur. Sed vetulæ huic multibibæ gratiam facit ſeruus totam educendi, ſi lubuerit, pateram. Verùm Theolyte anus vini cupidiſſima, vt tota & illibata hac patera ſe prolueret, primæ ſibi dari poculum petit,

—ἢ ἢ ἐμοὶ
Γαρρίδος τὸ πρῶτον.

Claudicabat verſus, fulciuimus repetita particula ἢ, qua voce alium reprimimus, & deſiſtere iubemus. Senſus igitur eſt: Heus tu, ô bone, ne id facito, id eſt, poculum illud φιλοτησίας ne delibato, ſed mihi primę educendum dato.

Theorus Poëta. Scolia. eorum argumentum. Ex Ephippo Comico ſublatum mendum.

CAPVT V.

QVI leguntur Ephippi ἐν Ὀβελιαφόροις ἢ Ὁμοίοις verſus apud Athenæum Lib. XI. pag. 482. mendoſi ſunt, ita enim vulgo eduntur,

Διονυσίου δὲ δράματ' ἐκμαθεῖν δέοι,
Καὶ Δημοφῶντος ἄτ' ἐποίησεν εἰς κοτύλην,
Ῥήσεις τε κατὰ τὸ δεῖπνον θεωρὸς μοι λέγοι,
Λητοῖ τι κύσαιμι τὴν ἐξῆς θύραν.
Κυμβία τε περιέλθοιμ' ἑστιῶν Εὐελπίδης..

Quatuor primi verſus docent, quibus is, qui hæc lo-

quitur, acroamatibus inter cenandum delectetur, & quorum Poëtarum eclogas ſibi, vt moris erat, cenãti recitari velit. Dionyſij itaque Tyranni dramata in hoc ſunt albo. Sequitur de Demophoonte verſu ſecundo, in quo rectum eſt, εἰς κοτύλην. Nam idem de Demophoonte Poëta ſentiebat Ephippus Comicus, quod de Æſchylo ſcribebat Chamæleon, ὅτι μεθύων ἔγραφε τὰς τραγῳδίας, & de Alcæo atque Ariſtophane refert Athenæus, ὅτι Ἀλκαῖος ὁ μελοποιὸς καὶ Ἀριστοφάνης ὁ κωμῳδοποιὸς, μεθύοντες ἔγραφον τὰ ποιήματα. Cùm igitur de carminibus Demophoontis dixit Ephippus, ἃ τὸ ἐποίησεν εἰς κοτύλην, intelligi volebat à Demophoonte ſobrio non fuiſſe ſcripta hęc carmina ad lucernam, ſed potius à temulento, & inter pocula. Ceterùm, ne quis de metro cauſetur, conſtat huic Senario Iambico & in hac voce ſua Lex: Eſt enim pes Anapæſtus. Verſus tertius & quartus maiorem habent difficultatem; Quanquam in tertio nihil eſt mutandum: Eſt enim Θεωρὸς Poëtæ nomen, cuius ῥήσεις ſe inter cenandum libenter audire profitetur, qui hęc loquitur. Reſcribimus itaque,

Ῥήσεις τε κατὰ δεῖπνον Θεώρου μοι λέγοι.

Huius Poëtæ *Theori* meminit Ariſtophanes in Equitibus,

Ὥστ' ἔφθη Θέωρος, εἰπεῖν καρκίνον Κορίνθιον
Δεινά γ' ὦ Πόσειδον, εἰ μήτ' ἐν βυθῷ δυνήσομαι,
Μήτ' ἐν γῇ, μήτ' ἐν θαλάττῃ διαφυγεῖν τοὺς ἱππέας.

Scholia. ὁ ποιητὴς Θέωρος. Quare illius nomen hic reponi debere nullum, mihi quidem, eſt dubiũ. Quemadmodum autem inter cenandum recitabantur ex-

cerptę è Poëtis exlogę & ῥήσεις, ita etiam, cùm cibi iam eſſet ſatias, quædam canebantur carmina, quæ *Scolia* dicebantur. Athenæus Lib. X V. τὸ δὲ Σκολιὸν ᾔδετο, ὁπότε τὰ κοινὰ καὶ πᾶσιν ἀναγκαῖα τέλος λάβοιεν. *Scoliorum* argumenta erant, vel vitæ præcepta παραινέσεις τε τινὲς καὶ γνώμη χρησίμη τε εἰς τὸν βίον, cuiuſmodi aliquot exempla adferuntur; vel Heroum laudes, cuius generis aliquot *Scolia* ibidem leguntur, eáque etiam ſunt βιωφελῆ, faciunt enim ad inſtituendam vitam Heroum illorum, qui laudantur, exemplo. Fuerunt quoque *Scolia* in Deorum honorem, quę à *Pæanibus* differebant hoc vno, quod *Scolia* οὐκ ἔχει τὸ Παιανικὸν ἐπίῤῥημα, quod erat ἰὴ Παιάν. Nam *Pæanum* & horum *Scoliorum* idem alioquin erat argumentum, Deorum laudes, & ad illos preces, votáque: Recitat aliquot exempla huiuſmodi *Scoliorũ* Athenæus, quæ prorſus, διὰ τὴν ἀρχαιότητα καὶ ἀφέλειαν τῶν ποιησάντων, digniſſima erant, quæ non aboleret vetuſtas. Inter cetera *Scolia* laudatur & illud, quod honori Apollinis & Dianę erat ſcriptum, cuius principium tantùm legitur iſtud;

Ἐν Δήλῳ ποτ' ἔτικτε τέκνα Λατώ,
Φοῖβον χρυσοκόμαν ἄνακτα Ἀπόλλωνα,
Ἐλαφηβόλον τ' ἀγροτέραν Ἄρτεμιν,
Ἃ γυναικῶν μέγ' ἔχει κράτος.

Scolia hæc recitabantur, canebantúrque ad poculũ, quod dicebatur ᾠδὸς, vt ex Antiphane docet Athenæus hoc Lib. XI. ex quo diſces ſcripta fuiſſe hæc *Scolia* non tantùm in Heroum laudes, ſed etiam Deorum, inter ceteros Deos, Apollinis honori: ᾠδὸς.

οὕτως ἐκαλεῖτο ποτήριον φησὶ Τρύφων ἐν τοῖς Ονομαστικοῖς τὸ ἐπὶ τῶν Σκολιῶν διδόμενον, ὡς Αντιφάνης παρίστησιν ἐν Διπλασίοις,

> Τί οὖν ἔνεσται τοῖς θεοῖσιν· οὐδὲ ἕν,
> Εαν μὴ κεράσῃ τις· ἴσχε, τὸ ᾠδὸν λάμβανε.
> Επειτα μηδὲν τῶν ἀπηρχαιωμένων
> Τούτων περάνῃς, τόν τε Τελαμῶνα, μηδὲ τὸν
> Παιῶνα, μηδ᾽ Αρμόδιον.

Ex hoc more, quę ſcripſit Ephippus Comicus verſu quarto, exponi debent. Poſtquam enim de acroamatis dixit, quorum Poëtarum ῥήσεις ſibi in cena recitari vellet; addit & de *Scolio*, quodnam ſibi quoque cani iubeat; indicat itaque illius *Scolij*, quod cani volebat, argumentum verſu quarto, ſed verſus admodum peſſimè deſcriptus eſt, ita enim vulgo editur,

> Λητοῖ τοι κύσαμμι τὴν ἑξῆς θύραν.

Repetenda hîc eſt ἀπὸ τοῦ κοινοῦ è proximè præcedẽti verſu vox λέγοι. Dicat, inquit Ephippus, ῥῆσιν è *Theoro* Poëta, dicat quoque

> Λητὼ τεκοῦσαν, ἴτην ἑξῆς θηρί.

id eſt, Dicat Latonam peperiſſe, & irruentem poſtea belluam. Vides eſſe *Scolion* eiuſdem cum eo argumenti, quod iam deſcripſimus ex Athenæi Libro XV. honori Apollinis & Dianæ dictum, quos vno partu in Delo Inſula edidit Latona: Quare dixit Ephippus, cantet ille Λητὼ τεκοῦσαν, neque hoc ſolum, ſed etiam ἴτην ἑξῆς θηρί, id eſt, immiſſam à Iunone, & in recens effuſum partum irruentem belluam Pythonem, quam ſagittis in illa ipſa infantia prima

Apollo confecerit. Sed miſſis acroamatis & *Scolijs* hoc Ephippeum προ͂ς τοῖς addit verſu quinto, quonam potiſſimum poculorum genere delectetur, atque ſibi miniſtrari velit; cymbijs ſcilicet. Verſus ita reſcribendus eſt;

Κυμβία τε πρ᾽έχει μ᾽ ἑςιῶν Εὐειπίδης.

id eſt, conuiuij magiſter Euripides cymbijs mihi miniſtrari faciat.

Cupedinarijs honores habiti à Perſarum Rege. Διὸς καὶ Βασιλέως ἐγκέφαλος *cibus. Clearchus emendatus.*

CAPVT VI.

LVCVLENTISSIMVS eſt de Regum Perſarum luxu Clearchi Solenſis ἐν τετάρτῳ βίων locus apud Athenæum Lib. XII. pag. 514. Sed ita male acceptus eſt ab imperitiſſimis hominibus, vt vix intelligatur: ita vulgo editur, τοῖς γοῦν ποριοῦσί τι αὐτῷ ἡδὺ βρῶμα, διδοὺς ἆθλα τῷ ποριοῦντος; οὐχ ἑτέροις ἡδυνῶν ταῦτα ὑμεῖς περιέπετε, πολὺ δὲ μᾶλλον αὐτὸς ἀπολαύειν αὐτῶν νοῦν ἔχων. τοῦτο μὲν γάρ ἐστιν ὁ λεγόμενος, οἶμαι, καὶ Διὸς ἅμα καὶ Βασιλέως ἐγκέφαλος. Hoc Libro pag. 529. hic Clearchi locus iterum tangitur ab Athenæo, ſed nihil admodum iuuat: Κλέαρχος δὲ περὶ τοῦ Περσῶν Βασιλέως διηγούμενος, ὅτι τοῖς αὐτῷ ποριοῦσιν ἡδύ τι βρῶμα, ἆθλα ἐπίθη νοῦν οὐκ ἔχων, τοῦτο γάρ ἐστιν, ὁ λεγόμενος, οἶμαι, Διὸς ἅμα καὶ Βασιλέως ἐγκέφαλος. Priora illa Clearchi, quæ deſcripſimus, ita reſcribenda eſſe ſuſpicabamur:

Digitized by Google

τοῖς γοῦν ποιήσασί τι αὐτῷ ἡδὺ βρῶμα, διδοὺς ἆθλα τοῦ ποιηθέντος, οὐχ ἑτέραις ἢ δυναστῶν ταῦτα τιμῆς προτιθείς, πολὺ δὲ μᾶλλον αὐτὸς ἀπολαύειν αὐτῶν οὐκ ἔχων· τοῦτο μὲν γάρ ἐστιν ὁ λεγόμενος, οἶμαι, καὶ Διὸς ἅμα καὶ Βασιλέως ἐγκέφαλος. Ita luxui & gulæ dediti erant Perſarum Reges, vt propoſitum eſſet certamen, & ingens præmium, ei qui lautiores cibos & ſapidiores Regi paraſſet: τοῖς γοῦν ποιήσασί τι αὐτῷ ἡδὺ βρῶμα, διδοὺς ἆθλα τοῦ ποιηθέντος. Quibus verbis commentarij vicem erunt ea quæ refert Theophraſtus ἐν τῷ πρὸς Κάσανδρον περὶ Βασιλείας· τοὺς Περσῶν Βασιλεῖς ὑπὸ τρυφῆς περικηρύττειν τοῖς ἐφευρίσκουσί τινα ἡδονὴν ἀργυρίου πλῆθος. Addit Clearchus honore mactos fuiſſe iſtos gulæ proceres à Rege; verba ita emendauimus; οὐχ ἑτέραις ἢ Δυναστῶν ταῦτα τιμῆς προτιθείς. id eſt, iſtis eundem, quē Proceribus ſuis, honorem habuit: parem illo ſui regni Procerum, honorem in cupedinarios ob ſcitè inuentas cupedias contulit: quod notat & culpat Clearchus ſequentibus verbis, quæ non ſunt vulgaris elegantiæ: πολὺ δὲ μᾶλλον αὐτὸς ἀπολαύειν αὐτῶν οὐκ ἔχων. Senſus eſt: ſatius bonæ famæ ſuæ diſpendio illi erat his cupedijs frui, lautéque viuere: malebat ſibi lautioribus cibis benè eſſe, quàm ſapere; nimirū qui tam prodigus erat honorum in cupedinarios, non poterat non malè audire, quaſi nihil in eo eſſet iudicij ſinceri, aut ſanæ mentis. Sed elegantia horum verborum ſpectatur præcipuè in collatione cum ſequentibus: ludit enim nos Clearchus. Quid mirum, inquit, ſi Perſarum Rex ſibi cupedias has atque lautiores cibos it comparatum iactura ſuæ famæ, & τὸ

Digitized by Google

ἀπολαύειν, his cupedijs frui & ſatiari habet πολὺ μᾶλλον αὐτῶν νοῦν, potius recta omni iudicij norma, ac ſana mente, cuius ne guttam quidem habet qui hæc facit: quid mirum? inquam. Sunt nempe illi mentis vicem & cerebri hæ cupediæ lautioreſque cibi, qui Regis & Iouis ipſius cerebrum appellantur. τοῦτο μὲν γάρ ἐστιν ὁ λεγόμενος, οἶμαι, καὶ Διὸς ἅμα καὶ Βασιλέως ἐγκέφαλος. Non hęc peculiaris alicuius cibi appellatio, ſed lautiorum omniũ & cupediarũ. Parœmiographi ex hoc Clearchi loco: Κλέαρχος δ' ἐν τῷ πέμπτῳ περὶ Βίων φησί, τὰ πολυτελῆ βρώματα παρὰ τοῖς Πέρσαις Διὸς καὶ Βασιλέως ἐγκέφαλος καλεῖσθαι. Suidas: Διὸς ἐγκέφαλος, τὸ κάλλιστον βρῶμα. οὕτω λέγουσιν οἱ Πέρσαι ἐπὶ τῶν ἡδυπαθούντων, ἢ Βασιλέως ἐγκέφαλος.

Artemo pathicus. Petauriſta. Anacreo emendatus.

Capvt VII.

Non obſcurum inter antiqui æui molles τρυφητὰς Artemo ille nomen habet, quem ex Anacreonte potiſſimum nobis deſcribunt veteres: atque Anacreontis ipſius canticum tranſtulit Athenæus in Librum ſuum XII. pag. 533. ſed ita miſerè à librarijs eſt acceptum, vt vix mentem agnoſcas Poëtæ: ita vulgo editur: καὶ γὰρ Ανακρέων αὐτὸν ἐκ πενίας εἰς τρυφὴν ὁρμῆσαι φησὶν ἐν τούτοις,

Γεὶν μὲν ἔχων βερβέριον καλύμματα
Εσφηκωμένα, καὶ ξυλίνους ἀστραγάλους ἐν ὠσὶ,
Καὶ ψιλὸν περὶ πλευρῇσι βοὸς νεόπλυτον

Εἴλημα κακῆς ἀσπίδος,
Ἀρτοπώλησιν καὶ ἐθελοπόρνοισιν
Ὁμιλέων ὁ πονηρὸς Ἀρτέμων
Κίβδηλον εὑρίσκων βίον,
Πολλὰ μὲν ἐν δουρὶ τιθεὶς αὐχένα,
Πολλὰ δ' ἐν τροχῷ,
Πολλὰ δ' ἐν νώτῳ σκυτίνᾳ
Μάστιγι θωμιχθεὶς, κόμην,
Πώγωνά τ' ἐκτετιλμένος.
Νῦν δ' ἐπιβαίνει σατινέων, χρύσεα
Φορέων καθέρματα, παῖς Κύκης,
Καὶ σκιαδίσκην ἐλεφαντίνην
Φορεῖ γυναιξὶν αὔτως.

Artemon ſcitus & elegans fuerat puer, atque corpore quæſtum faciebat in pueritia, non tam inopia, quanquam & valde inops erat, quàm animi impuritia coactus; hunc amatorum plerique ob pulcritudinem rapiebant, vnde περιφόρητος dictus eſt. Veteres ad Ariſtophanis Acharnenſes Magiſtri: ὡσεὶ ἐλέγετο ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων ἀπὸ τῆς παροιμίας, ἧς μέμνηται καὶ Ἀνακρέων ταχθείσης ἐπὶ καλοῦ καὶ ἁρπαζομένου πρὸς πάντων παιδός. vel ipſe potius Artemon ad amatores ventitabat ſuos: id palam eſt, liquetque ex hoc Anacreontis cantico, in quo deſcribit Artemonis paupertatē, & artes impuras, quibus diuitias tandem ad luxum ſibi comparauit: Primi verſus ita nobis reſcribendi videbantur,

Πρὶν μὲν ἔχων βαρβαρικά τ' αὐλήματα
Ἐσφηκωμένα, καὶ ξυλίνους ἀστραγάλους ἐν ὠσί.

Patiebatur hic puer muliebria, vt notum eſt omni-

bus, & ventitabat ad illos, qui habere vellent, cùm autem boni illi viri, qui fratrem conducebant, etiam tibicines aduocare ſoliti eſſent, miſer hic Artemo, quo maius perciperet lucrum, non tantum pro culcitella erat, ſed etiam apud fratres ſuos tibias inflabat, quanquam nonniſi modos aliquos barbaricos doctus eſſet, veſparum ſuſurro non abſimiles: id ſignificatur voce ἐσφηκωμένα. Eſt enim σφηκισμός, teſte Heſychio, εἶδος αὐλήσεως, εἰρημένος ἀπὸ τῆς ἐμφερείας τῶν βομβῶν: præ paupertate igitúr vtrumque munus & pathici & tibicinis præſtabat: addit & de talis, quos miniſtrabat ſuis amatoribus Artemo: talorum enim in his lubentijs vſus, cùm plures vnius amatores conuenerant: amoribus enim fruebatur, cui fauiſſet talorum iactus: vnde dixit Anacreon,

—καὶ ξυλίνους ἀστραγάλους ἐνώτοις.

habebat ille aſtragalos, quorum iactu amatores tranſigerent, quis illorum Artemone frueretur: is eſt ſẽſus vocis ἐνώτοις. eſt enim Heſychio ἔνωσις, μῖξις. Tam pauper autem erat Artemo, vt talos non haberet niſi ligneos, quibus vtebantur pauperes & de vulgo homines: atque hi forte ſunt, quos σφονίους ἀστραγάλους vocabat Strabo Libro X. διὰ τὴν εὐτέλειαν. Addit Anacreon de Artemonis veſtitu, eiuſdemque cum impuriſſimis quibuſuis congreſſu. Verſus octauus & nonus difficultate non carent,

Πολλὰ μὲν ἐν δουρὶ τιθεὶς αὐχένα,

Πολλὰ δ' ἐν τροχῷ.

Exiſtimant viri maximi Artemonem ſeruum fuiſſe, eundemque furciferum, & radijs rotarum diſtrictum

pependiſſe. Sed in libertatem aſſerendus eſt Artemo. Serui ſui non ſunt iuris, ſed in poteſtate dominorum, ita vt non poſſint ad illos quos velint ſe applicare, ſed pro arbitrio domini: vt videre eſt in Comœdijs apud lenones fieri. Quare ſi Artemo ſeruus erat, ab eius Domino proſtitutum fuiſſe par eſt credere, cuius rei augendæ cederet captura, quam ob proſtitutum pudorem ferebat Artemo: At contra Artemo pro ſuo iure & arbitrio ad illos, quos velit, ſe applicat, ἀρτοπώλησιν καὶ ἐθελοπόρνοισιν ὁμιλέων, & hinc ſibi, non cuiquam alteri, diuitias comparauit. Præterea ſcribit Athenæus ex Anacreonte Artemonem è paupere factum eſſe & diuitem & luxurioſum: καὶ γὰρ Ἀνακρέων αὐτὸν ἐκ πενίας εἰς τρυφὴν ὁρμῆσαι φησίν. Quid autem mirum ſi ſeruus pauper erat, & ſeruo vnde poterant tantæ obuenire diuitiæ? Non ignoramus ſeruos potuiſſe peculium aliquod comparare, ſed quantillum illud erat! atque id omne fere auferebant varijs de cauſſis heri: adde illud quod pro capite numerabant, vt ſeruitutem exuerent; vnde ſæpiſſime nouis libertis opus erat, quod papparent. Verum, inquies, in illum ſæuitur ſupplicijs, quæ ſeruorum erant peculiaria & propria,

Πολλὰ μὲν ἐν δουρὶ δεθεὶς αὐχένα,
Πολλὰ δ' ἐν τροχῷ.

Patibulum tulit ille furcifer, idque non ſemel, & in rotam ſæpius aſcendit. Sed alia planè horum verborum mens eſt. Artemo namque, vt iam diximus, ſeruus non erat: quare ita torqueri pro ſeruorum more non potuit: præterea quis credat tam patientem in-

Digitized by Google

iuriarum fuiſſe Artemonem, (demus ſeruum fuiſſe.) vt toties torqueri ſuſtinuerit? Græcorum, apud quos ſolutiora multo ſeruorum iura, Legibus conceſſa erat ſeruis aduerſus dominos iniquos actio, qua poterant πρᾶσιν αἰτεῖν. Hoc ſuo iure vſus fuiſſet Artemo, dominumque iniquum adegiſſet, vt ſe venderet: non enim in mollem & pathicum cadit tam fortis animus, vt Spartana nobilitate tot tormenta concoquat: Adde, quod vix puto vſurpatum fuiſſe Græcis iſtud in ſeruos pœnæ genus, vt collo furcæ inſerto, & manibus ad patibulum diſtrictis, per vrbem circumducerentur. Sed ſenſus eſt, Artemonem non tantùm muliebria eſſe paſſum, ſed etiam, quod meritoriam illam eius artem forte gratiorem reddebat, certè non dedecebat, flexu corporis ſchemata multa edidiſſe, &, vt vno abſoluam verbo, petauriſtam fuiſſe. Quid autem ſignificet Anacreon his verbis,

Πολλὰ μὲν ἐν δουρὶ τιθεὶς αὐχένα.

& quænam lubentiæ, ſiue luſus fuerint, vnus optimè explicabit Petronius, cuius verba deſcribemus, ſi præmiſerimus, ἐν δουρὶ idem eſſe ac ἐν δορίδι. δορίδες autem ſunt apud Heſychium μάχαιραι μαγειρικαί, cuiuſmodi cultro inſtructus Artemo, quemadmodum apud Arbitrum Encolpij pullus Gnytho nouaculâ, fabulam ludit & mortem imitatur. Verba Petronij, quæ hûc faciant, iſta ſunt. *Hæc locutus, mercenario Eumolpi nouaculam rapit, & ſemel iterumque ceruice percuſſa, ante pedes collabitur noſtros. Exclamo ego attonitus, ſecutuſque labentem, eodem ferramento ad mortem viam*

quæro. Sed neque Gnython vlla erat ſuſpicione vulneris læſus, neque ego vllum ſentiebam dolorem. Rudis enim nouacula, & in hoc retuſa, vt pueris diſcentibus audaciam tonſoris daret, inſtruxerat thecam. Ideoque nec mercenarius ad raptum ferrum expauerat, nec Eumolpus interpellauerat mortem mimicam. Aliquid huiuſmodi faciebat pathicus Artemo, Quæ ſequuntur,

Πολλὰ δ' ἐν τροχῷ,

de petauriſta dicuntur, qui cernulet, & in machina vel rota traijciat ſeſe. Addit Anacreon de verberibus, quæ Artemoni inflicta fuerint, non à domino, ſeruus enim non erat, ſed ab amantibus, qui cum nimium ſint ſuſpicioſi atque iracundi, facile pulſant & verberant ſua μελετήματα, vt Encolpius Gnythona verberibus excitat , & Ouidius Corinnani ſuam pulſat.

At nunc ſuſtinui, raptis à fronte capillis,
Ferreus ingenuas vngue notare genas.

cuiuſmodi aliquid paſſum fuiſſe Artemonem, liceat ſuſpicari è ſequentibus verbis, κόμην, πώγωνά τ' ἐκτετιλμένος. Quanquam malim ad pathicorum mores referre: pathici enim vellebant corpori ſuo pilos, eamque ad rem reſina vtebantur. Verſu decimoquarto optimè Vir Incomparabilis ex Heſychio reſcripſit, χρύσεα φορέων καθέματα.

Vrania

Vrania Venus Corinthi. eius hierodulæ meretrices ξυνάορω *Pindarus emaculatus.*

CAPVT VIII.

SCOLION illud Pindari, quod Xenophonti ſcripſit cantandum inter ſacra νικητήρια, admodum vitioſe deſcriptum eſt in codicibus Athenæi, qui pauca illius fragmenta nobis cõſeruauit Libro XIII. pag. 573. Γίνδαρος δὲ καὶ Σκολιὸν ἔγραψεν τὸ παρὰ τὴν θυσίαν ἀσθὲν, ἐν ᾧ τὴν ἀρχὴν εὐθέως πεποίηται πρὸς τὰς ἑταίρας, αἳ παραγινομένου τοῦ Ξενοφῶντος καὶ θύοντος τῇ Ἀφροδίτῃ συνέθυσαν. διόπερ ἔφη. ὦ Κύπρου δέσποινα τεὸν δεῦτε ἐς ἄλσος φορβάδων, κορᾶν ἀγέλαν ἑκατόγγυιον Ξενοφῶν τελείαις ἐπήγαγε εὐχωλαῖς, ἰανθεὶς ἤρξατο δὲ οὕτως τοῦ τέλους, πολύξεναι νεάνιδες ἀμφίπολοι πειθοῦσ' ἐν ἀφνειῷ Κορίνθῳ, διά τε τὰς χεῖρας λιβάνου ξανθὰ δάκρυά τε ἱμῖν πολλάκις ματέρας ἐρώτων Οὐρανίαν ἱπτάμεναι νοήματι, ποτὶ τὰν Ἀφροδίταν ὑμῖν ἄνωθεν ἀπαγρείας ἔπορεν ὦ παῖδες ἐρατειναῖς εὐναῖς μαλθακώρας ἀπὸ καρπὸν δρέπεσθαι, σὺν δ' ἀνάγκᾳ πᾶν καλόν. ἀρξάμενος δ' οὕτως, ἑξῆς φησὶν, ἀλλὰ θαυμάζω τί με λέξοντι ὁμοῦ δεσπόται, τοιόνδε μελίφρονος ἀρχὴν εὑράμενον Σκολιοῦ ξυνάορον ξυναῖς γυναιξί. δῆλον γὰρ ὅτι πρὸς τὰς ἑταίρας διαλεγόμενος, ἠγωνία ποῖόν τι φανήσεται τοῖς Κορινθίοις τὸ πρᾶγμα. πιστεύων δὲ ὡς ἔοικεν αὐτὸς αὐτῷ πεποίηκεν εὐθέως, ἐδιδάξαμεν χρυσὸν καθαρᾷ βασάνῳ. Prima illa, quæ deſcripſit Athenæus, *Scolij* verba ita emendauit Vir ſummus, ὦ Κύπρου δέσποινα τεὸν δεῦτ' ἐς ἄλσος φορβάδων κορᾶν ἐς ἀγέλαν, ἑκατόγγυιον, Ξενοφῶν τελείαις ἐπήγαγεν εὐχωλαῖς ἰαν-

θεὺς. iungendúmque eſt ἄλσος ἑκατόγγυον, nemus centum iugerum, id eſt, amplum. Scribendum etiam monuit, ἤρξατο δ' οὕτως τοῦ μέλους. Nos verò pauca addamus. Vbi ſcribitur, πολυξέναι νεάνιδες ἀμφίπολοι πειθοῦς ἐν ἀφνειῷ Κορίνθῳ, cùm de meretricibus, & ad illas dicantur, (toto enim hoc *Scolio*, ad illa vſque verba, ἀλλὰ θαυμάζω, &c. meretrices nominatim compellabat, vt conſtat ex Athenæo.) ἀμφίπολοι intelliguntur, quæ Veneri miniſtrabant, & erant ſacræ in vrbe Corintho: Nam Strabo Lib. XII. Corinthi fuiſſe narrat πλῆθος τῶν ἑταιρίδων, αἳ τῆς Ἀφροδίτης ἦσαν ἱεραί. illas Heſychius κατακλείστους vocat: κατάκλειστοι, ἐν Κορίνθῳ ἑταῖραι τινές. tota autem periodus his finitur verbis, ποτὶ Ἀφροδίτην. itaque poſt hæc verba eſt interpungendum, & noua incipit periodus ab his ὑμῖν ἄνωθεν, &c. Compellans autem has meretrices, ſcripſit πείθουσαι ἁμῖν πολλάκις ματέρ' ἐρώτων οὐρανίαν, id eſt, quæ ſæpius nobis propitiam feciſtis Cœleſtem Venerem. Solebant Corinthi, cùm ciuitas Veneri ſupplicaret, in concipiendis votis frequentes adeſſe meretrices, quæ etiam poſtea ſacris intererãt, quæ voti ſui rei Corinthij Deæ reddebant. Chamæleon Heracleotes in Commentario περὶ Πινδάρου. νόμιμον ἀρχαῖόν ἐστιν ἐν Κορίνθῳ, ὅταν ἡ πόλις εὔχηται περὶ μεγάλων τῇ Ἀφροδίτῃ συμπαραλαμβάνεσθαι πρὸς τὴν ἱκετείαν τὰς ἑταίρας ὡς πλείστας, καὶ ταύτας προσεύχεσθαι τῇ θεῷ, καὶ ὕστερον ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς παρεῖναι. Colebatur autem Corinthi Venus *Vraniæ* cognomine. Pauſanias Corinthiacis: πλησίον δὲ τοῦ Διονύσου καὶ Ἀφροδίτης ναός ἐστιν Οὐρανίας. Addit Pindarus: ὑμῖν ἄνωθεν ἀπαγορείας ἔπορεν

ὦ παῖδες ἐρατειναῖς εὐναῖς μαλθακώρας ἀπὸ καρπὸν δρέπεσθαι, σὺν δὲ ἀνάγκᾳ πάγκαλον. Reſcribo : ὑμῖν ἄνωθὸ ἀπαγόρευσα ἔπορεν ὦ παῖδες ἐρατειναῖς εὐναῖς μαλθακώρας ἀπὸ καρπὸν δρέπεσθαι, σὺν δ᾽ ἀνάγκᾳ πάγκαλον. Horum verborum duæ poſſunt eſſe interpretationes. Prior petitur è ſolenni ſupplicationum more: Non enim fiebat ſupplicatio ſine lectiſternio : itaque ex hoc more explico. Vobis quidem, ô meretrices, iam ante ſæpe Venus volens, precibus veſtris obſequens, propitiaque adfuit: & dedit fructum decerpere, pro ſupplicationum veſtrarum & lectiſterniorum merito: longè verò maximum, vberrimum & honeſtiſſimum fructum decerpere dedit, imminente acerbiſſimo tempore. Altera interpretatio, quæ nobis quidem videtur commodior, hæc eſt, & his nititur rationibus. Pudorem ſuum proſtituebant hæ Veneris hierodulæ, atque hac ratione Deam ſe demereri putabant. Honorem itaque & gratiam ſuarum hierodularum χάριν habuiſſe Venerem, & rependiſſe dicit Pindarus, vt quæ votorum ſuorum compotes fecerit. Vobis itaque, inquit, iam quidē ante ſæpius, ô meretrices, propitia adfuit inuocata Venus, & veſtris, quibus eam demeremini, nequitijs mercedem rependit: longè verò ampliſſimam & pulcerrimam afflictiſſimis temporibus. Vox πάγκαλον refertur ad καρπόν. σὺν ἀνάγκᾳ ſunt χρήσεως Doricæ. Opponitque Pindarus quæ præceſſerant tempora, τὰ ἄνω, quibus temporibus votorum ſuorum reas fecit Venus meretrices, quæ vota in totius ciuitatis ſupplicatione nuncupauerat, quod erat illis ſo-

lenne, ſi quid ſibi metuerent Corinthij, aut factum vellent. Verùm totum illud, quod ſuarum hierodularum precibus hucuſque conceſſerat Venus, meras nugas dixeris, præ illo, quod largita eſt præſtantiſſimum & honeſtiſſimum, σὺν ἀνάγκᾳ, afflictiſſimis temporibus. Intelligit autem illa tempora, quibus mouit Perſarum Rex in Græciam: tunc enim pro libertate Græciæ meretrices Veneri vota nuncuparunt Corinthi, vt referunt Timæus & Theopompus. apud Athenæum. Venus preces illarum ſupplices non eſt dedignata:

> Οὐ γὰρ τοξοφόροισιν ἐμήσατο δῖ' Ἀφροδίτα,
> Πέρσαις Ελλάνων ἀκρόπολιν προδόμεν.

inquit Simonides in Inſcriptione, quæ legebatur in Veneris Templo Corinthi. Quid ſi reſcribamus ex emendatione viri, quo maiorem hic Sol non vidit, orbis non habet, Hugonis Grotij, σὺν δ' ἀνάγκᾳ πᾶν καλόν. Prouerbium eſt, quo it excuſatum Pindarus bonas illas merces, quæ ſui copiam faciebant, quia neceſſitatis curſum auertere non potuerunt: neceſſitas autem non tantum excuſat, ſed etiam illaudata præſtat honeſta. Addit Pindarus, qui toto hoc *Scolio* meretrices nominatim compellauerat: ἀλλὰ θαυμάζω τί με λέξοντι ὁμοῦ δεσπόται, τοιόνδε μελιφρόνος ἀρχὰν εὑρόμενον Σκολιοῦ ξυνάορον ξυναῖς γυναιξί. Legendum ſuſpicabamur: ἀλλὰ θαυμάζω τί με λέξοντι. ὁ μῶ, δεσπόται, &c. Sed miror, inquit, quid dicent Corinthij de me, quid moliar, qui huius *Scolij* principium à laudibus meretricum deſumpſerim. μῶ ſignificat ζητεῖν καὶ τεχνάζειν, & optimè conuenit menti Pinda-

ri. Nam Corinthij dicuntur ab eo ἰδιῶται meretricum, quas toto iam *Scolio* compellauerat, & illarum laudes celebrauerat: Corinthij autem dicuntur harum meretricum, Veneris hierodularum, domini, quia illæ conditione erant ſeruæ, & à Corinthiorum pleriſque ære emptæ, Venerique dicatæ illi miniſtrabant. Athenæus hoc Libro καὶ οἱ ἰδιῶται δ᾽ κατεύχονται τῇ θεῷ, τελεσθέντων περὶ ὧν ἂν ποιῶνται τὴν δέησιν, ἀπάξειν αὐτῇ καὶ ἑταίρας. ὑπάρχοντος οὖν τοιούτου νομίμου περὶ τὴν θεὸν, Ξενοφῶν ὁ Κορίνθιος ἐξιὼν εἰς Ὀλυμπίαν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα, καὶ αὐτὸς ἀπάξειν ἑταίρας εὔξατο τῇ θεῷ νικήσας. Atque ob hanc Xenophontis victoriam *Scolion* iſtud ſcripſit Pindarus. Qui confidit fore vt ſibi ignoſcant Corinthij, quia ἐδιδάξαμεν χρυσὸν κιθάρᾳ βασάνῳ, Alio opere, inquit, Corinthiorum laudes, id appellat χρυσὸν, prædicauimus: nimirum Ode Olympionicarum XIII. quam non tam Xenophontis Corinthij, quàm omnium Corinthiorum honori ſcripſit, & cuius quaſi appendix fuit iſtud *Scolion.*

Artificium celandæ ventris amplitudini. Ventrale. Virgæ ſalignæ. Tabulæ Tiliaceæ. Alexis correctus.

CAPVT IX.

ALEXIDIS Comici è dramate, cui titulum fecit Ἰσοστάσιον, apud Athenæum Libro XIII.

pag. 568. miſerę corrupti ſunt verſus in hæc verba:

—κοιλίαν ἁδρὰν ἔχει τίς; ὑπτείαις
Ταυταισὶ τούτων, ὧν ἔχουσ' οἱ Κωμικοὶ
Ορθὰ προσραφεῖσαι, τοιαῦτα γοῦν αὐτῶν τῆς κοιλίας
Ὡσπερεὶ κοντοῖσι τούτοις εἰς τὸ πρόσθ' ἀπήγαγον.

Iidemque corruptiores leguntur apud Clementem Alexandrinum Pædagogi Libro III. cap. II. His autem declarat Poëta artificium mulierum, quo celabant ventris amplitudinem: idque fiebat ventrali, quo venter obligabatur & comprimebatur; Gloſſæ *Ventrale*, κοιλιόδεσμος. mendoſaque eſt apud Alexim vox ὑπτείαις. Non enim *ſtrophium* hîc intelligitur, ſiue ταινία καὶ ταινίδιον, τὸ τῶν μαστῶν τῶν γυναικείων ζῶσμα, id eſt, *faſcia breuis*, vt loquitur Nonius, *quę virginalem papillarum tumorem cohibet.* Quid enim faceret ad celandam ventris amplitudinem, & cohibendum illius tumorem *ſtrophium*? Reſcribimus itaque,

—κοιλίαν ἁδρὰν ἔχει τίς; τ' ἰτέαις
Ταυταισὶ, τούτων ὧν ἔχουσ' οἱ Κωμικοὶ,
Ορθὰ προσραφεῖσαι τοιαῦτα γοῦν, αὐτῶν τὰς κοιλίας
Ὡσπερεὶ κοντοῖσι τούτοις εἰς τὸ πρόσθ' ἀπήγαγον.

Habetne aliqua earum ventrem amplum? Virgis ſalignis, quales habent Comici, ventris tumorem cōprimet & cohibebit. Refert Capitolinus de Antonino Pio in eius vita, illum ſolitum faſciari tiliaceis tabulis in pectore poſitis, vt rectus incederet. Eundem vſum præſtant bonis iſtis mercibus virgæ ſalignæ, quas rectas ventri appoſitas faſciabant, vt illius tumorem cohiberent: & bene eſt, quod in hanc rem

virgis ſalignis vtuntur, bonæ enim illæ ſunt flecti. Theophraſtus Hiſtoriæ plantarum Libro III. cap. XIII. καλλίους δ' ἔχει τὰς ῥάβδους καὶ χρησιμωτέρους εἰς τὸ πλέκειν αἱ μέλαιναι ἰτέαι. Quare hæ virgæ minus impediebant corporis curuaturam & vſum; non tamen minus ventris tumorem comprimebant. Quáquam autem ἰτέας, id eſt, ſalices dixerit Alexis, virgas tamen è ſalice intelligit. Quod ſatis ſignificat, cùm dicit eſſe ſalices, quales habent Comici: Comicis autem virgas adtribuit antiquitas, quas ἀρεσκὲς, vel ἀρέσκον dixerunt. Heſychius: ἀρεσκὲς, ἡ διδομένη ῥάβδος τοῖς Κωμικοῖς. Sed quod Comicis adſcribit Heſychius, lenonibus, quos in ſuis dramatibus inducebant Comici, adtribuit Pollux Libro IV. cap. XVIII. πορνοβόσκοι ῥάβδον εὐθεῖαν φέρουσιν, ἀρέσκον καλεῖται ἤδη ἡ ῥάβδος. Eratque hic baculus, ſiue virga è ſalice, vt conſtat ex his Alexidis: an in ſymbolum τῆς ἀρεσκείας, quemadmodum ſalix flecti hûc illûc facilis eſt; ita vt admonerentur lenones hoc ſuo ἀρέσκῳ, ἀρεσκοι eſſe, & morigerari adoleſcentibus, quo facilius rem ſuam facerent, atque illos ineſcarent.

Harpalus Pythionicę Templum conſecrauit. χῶμα. ἄορες. *Satyricum drama* Agen *emendatum.*

Capvt X.

TRadvcebantvr Harpalus, atque Athenienſes, dramate Satyrico, cui titulus eſt *Agen*: quia cùm hi Glyceram ſcortum ad Harpalum

miſiſſent, donati ab illo fuerant neſcio quot modiorum tritici millibus, nec multò poſt fugientem cum regia gaza, Alexandri M. ingratijs exceperunt. Athenæus Lib. XIII. pag. 595. ἐδιδάχθη δὲ τὸ δρᾶμα ἤδη φυγόντος τοῦ Ἁρπάλου ἐπὶ θαλάττης, καὶ ἀποστάντος. καὶ τῆς μὲν Πυθιονίκης, ὡς τεθνηκύας, μέμνηται, τῆς δὲ Γλυκέρας, ὡς οὔσης παρ᾽ αὐτῷ, καὶ τοῖς Ἀθηναίοις αἰτίας γινομένης τοῦ δωρεὰς λαμβάνειν παρ᾽ Ἁρπάλου, λέγων ὧδε. ἔστι δ᾽ ὅπου μὲν ὁ κάλαμος πέφυκεν, ὁ δ᾽ ἐφέτωμα † ὄρνον ἐξ ἀριστερὰς δ᾽ ὅδε,

Πόρνης ὁ κλεινὸς ναός.

Pythionicæ Harpalus vt è Theopompo in Epiſtola ad Alexandrum refert Athenæus paulò ante, monumentum Babylone ingenti ſumptu fecerat, atque Templum conſecrauerat: idem docebatur his verſibus, quos ita reſtituendos eſſe cenſemus,

Ἐστι δ᾽ ὅπου μὲν ὁ κάλαμος πέφυκεν, ὧδ᾽
Ἐστι χῶμ᾽ ἄορος ἐξ ἀριστερὰς τόδε
Πόρνης, ὁ κλεινὸς ναός.

Vox χῶμα vſurpata eſt veteribus in ſignificatione τάφου. conſtat è Polluce Lib. III. cap. XVIII. ὄρνον quid ſignificet neſcio, nos ſubſtituimus ἄορος, quam vocem coniungimus cum πόρνης. ἄορες apud Heſychium γυναῖκες λέγονται.

Cygnus.

Cygnus. Comus. Tibię. Hyporchema Pratinę emaculatum.

CAPVT XI.

ELEGANTISSIMVM eſt Pratinæ Phliaſij Poetę Tragici hyporchema, ſed ita miſerè à librarijs acceptum, & tam fœdè corruptum, vt pro ſuo vix ſit agniturus ſi reuiuiſcat Pratinas: Huic verò emendando faciet eius argumentum, quod illi præſcripſit Athenæus Libro XIV. pag. 617. Πρατίνας δ' ὁ Φλιάσιος, αὐλητῶν καὶ χορευτῶν μισθοφόρων κατεχόντων τὰς ὀρχήστρας, ἀγανακτεῖν τινὰς ἐπὶ τῷ τοὺς αὐλητὰς μὴ συναυλεῖν τοῖς χοροῖς, καθάπερ ἦν πάτριον, ἀλλὰ τοὺς χοροὺς συνᾴδειν τοῖς αὐληταῖς. ὃν οὖν εἶχε θυμὸν κατὰ τῶν ταῦτα ποιούντων ὁ Πρατίνας ἐμφανίζει διὰ τοῦδε τοῦ ὑπορχήματος,

Τίς ὁ θόρυβος ὅδε;
Τί τάδε τὰ χορεύματα;
Τίς ὕβρις ἔμολεν
Ἐπὶ Διονυσιάδα
Πολυπάταγα θυμέλαν;
Ἐμὸς ἐμὸς ὁ Βρόμιος.
Ἐμὲ δεῖ κελαδεῖν.
Ἐμὲ δεῖ παταγεῖν
Ἀν' ὄρεα ἐσσύμενον
Μετὰ Ναϊάδων,
Οἷά τε κύκνον ἄγοντα
Ποικιλόπτερον μέλος
Ταῖ ἀοιδῶν.

Κατεᾶς † ἐπιερφὲς βασίλεια.
Ὁ δ' αὐλὸς ὕστερον χορευέτω.
Καὶ γάρ ἐσθ' ὑπηρέτης κώμων μόνον
Πυραμάχοις τε πυγμαχίαισιν
Εων † θέα, εἰς παροίνων ἔμμεναι στρατηλάτας.
Παῖε τὸν Φρυναίου ποικίλου προσανέχοντα,
Φλέγε τὸν ὀλεσιαλοκάλαμον
Λαλοβαρυοπαραμελορυθμοβάταν
Θυπατρυπάνῳ δέμας πεπλασμένον † ἤνιδοὺ
Δέ σοι δεξιά, καὶ πόδος διαρριφά †
Θριαμβοδιθύραμβε κισσοχαῖτ' ἄναξ
Ακουε τὰν ἐμὰν Δώριον χορείαν.

Inuehitur Pratinas primis verſibus quinque in illos tibicines, qui modos facerent, ad quos ſua melica caneret & temperaret Chorus: at contra factum volebat Pratinas, vt nimirū præcineret ſua melica Chorus, atque ad ea modos facerent & temperarent tibicines, vt & prius ſolitum: quare hunc præpoſterum ordinem carpit: Addit quibus ſe commendat, & ſibi vni inter Poëtas Tragicos palmam adtribuit, ab hoc nempe verſu,

Εμὸς ἐμὸς ὁ Βρόμιος,

ad iſtum vſque,

Ο δ' αὐλὸς ὕστερον χορευέτω.

In his autem Vir Incomparabilis putat legendum Doricè κελαδεῖν, παταγεῖν. mauult item κύκνον ἄδοντα. Quanquam etiam poteſt ferri τὸ κύκνον ἄγοντα, idque forte conſultius eſt: Nam hoc vult, ſe præcenturum, vt ad ſuum melos & canticum modos faciant tibicines, ὡς τοὺς αὐλητὰς συναυλεῖν τῷ χορῷ, quod fieri vole-

bat è veteri inſtituto. Comparationem autem inſtituit inter ſe & cygnum, non ἐν τῷ ἄγειν τὸ μέλος, id enim non faciunt cygni, ſed propter ſuauitatem τοῦ μέλους. atque hac ratione præſtantes Poëtæ cygnis comparantur, itaque dicuntur: in hoc verſu

Καπεᾶς † ἐπιερεῖς βασίλεια.

vox βασίλεια coniunctim ſcripta locum non habet, feminam enim nullam compellat, ſiue ea Dêa ſit, Pratinas, ſed Bacchum tantum: Reſcribendum ſuſpicabar,

Οἷά τε κύκνον ἄγοντα
Ποικιλόπτερον μέλος
Τᾶν ἀοιδᾶν,
Καὶ πέως ἐπὶ ἱερεῦς, βάσι λείᾳ.

id eſt, oportet me inſtar cygni præcinere dulce variumque cantici melos, etiam inter ceteros Poëtas, æquabili rhythmo & ordinata connexione. Ad Bacchum dirigitur hæc oratio: quare debere dicit ſe inſtar cygni præcinere, καὶ πέως ἐπὶ ἱερεῦς, etiam inter eos, qui tibi, ô Bacche, ſunt ſacri: intelligit autem Poëtas Tragicos & Dithyrambicos, quibus ſe præfert: quid enim contendant hirundines cygno? Vocem, quæ ſequebatur, in duas diſtinximus, βάσι, id eſt, *rhythmo*, & λείᾳ, *æquabili:* ſignificat enim λεῖος, teſte Heſychio, ὁμαλόν. Quibus verbis denotat melici ſui cantici compoſitionem ad aliquem æquabilem habitum ordinemque connexam fuiſſe. Verſum ſequentem optimè reſtituit Dalecampius,

Ο δ' αὐλὸς ὕστερον χορευέτω.

nam in ordinem cogi tibicines vult Pratinas. Qui

ſubijciuntur verſus per contemptum de tibijs dicũ-tur, & peſſimè accepti ſunt: parum enim æquus Pratinas tibicinibus, in comeſſationibus tantum aliquẽ tibiarum vſum eſſe docet his verſibus, quos emendandos eſſe ad hunc modum putabamus,

> Καὶ γὰρ ἔαθ' ὑπηρέτης κώμων μόνον
> Πυρσμάχοις τε πυγμαχίαισί τε
> Ἔωθεν ἀοῖς παροίνων ἔμμεναι στρατηλάτας.

In compotationibus illis & laſciuijs, quæ Κῶμος dicebantur, maximus fuit tibiarum vſus. *Comus* autẽ eſt conuiuantium laſciuia foras è triclinio prodeuntium: de his dicit,

> Πυρσμάχοις τε πυγμαχίαισί τε
> Ἔωθεν ἀοῖς παροίνων ἔμμεναι στρατηλάτας.

Præit tibia & agmen ducit illorum, qui liberius ſe inuitauerant, iuuenum comiſſantium: ἔωθεν Æolicè ἀντὶ τοῦ εἴωθεν, *conſueuit.* ἀοὶ, νέοι dicuntur, teſte Heſychio. Nunquam comiſſatum prodibant niſi præcinente tibicine vel tibicina, faces manibus præferentes: nam ſi poſt pulſatas fores ab amicis ſuis, quas inuiſebant, non admitterentur, ſolebant λαμπάδας ἐπάγειν. quare eos appellat Pratinas πυρσμάχους. addit πυγμαχίαισι, id eſt, πυγμάχοις. cùm enim incaluiſſent plus ſatis mero, vel leuiſſima de cauſſa pugnam inuadebant, eſt enim, vt dicebat Epicharmus, ἐκ μὲν θυσίας θοίνη· ἐκ δὲ θοίνης πόσις ἐγένετο. χαρίεν ὥς γέ μοι· ἐκ δὲ πόσιος κῶμος· ἐκ κώμου δ', ἐγένετο θυανία. Quæ ſequuntur dicuntur aduerſus illos tibicines, qui præcinebant Choro, & modos faciebant, antequam melica ſua cantaret Chorus, illos igitur diris deuouet, & Bac-

chum iratum imprecatur, quem compellat,

Παῖε τὸν Φρυναίου ποικίλου προσαέχοντα.

deturba, inquit, ô Bacche, de ſcena: addit,

Φλέγε τὸν ὀλοσιαλοκάλαμον.

perde tibiam, quæ nullius eſt pretij, nempe arundo ſputo plena: de tibia enim agi, fidem facit, quod appellat,

Λαλοβαρυοπαραμελορυθμοβάταν.

dicitur tibia impudenter garrula, (*βαρὺ* hic eſt, quod exponit Heſychius *ἀναιδής.*) & quæ præter rationem ante Chori melica modos faciat: ſequentes duos verſus ita emendo,

Γατητρυπάνῳ δέμας πεπλασμένον ἀνάδονον
Ἄσον δεξιά, καὶ πόλως διαφέρραγε.

quibus partim adhuc deſcribitur tibia; quam dicit eſſe rem terebro efformatam: *πατηταί*, auctore Heſychio, ſunt *οἱ τρυπηταί*, qui inter *αὐλοποιοὺς* recenſentur à Polluce Libro IV. cap. IX. addit *ἀνάδονον*, iniucundam & ingratam animo: *ἄσον δεξιά*, cantaturum parum læta, triſtia & funebria. *δεξιά*, hic idem eſt, ac *ὀξέα*. nam internodium radici proximum excidebant ad læuam tibiam, quod ſubeſſet cacumini, ad dextram. Quo læuarum ſonum grauem agnoſcas, dextrarum acutum. *ὀξὺ* autem *ᾄδειν*, acutum canere ſolebant rebus triſtibus: vnde Pollux coniungit *αὔλημα θρηνητικὸν, γοῶδες καὶ ὀξὺ*, & *θρηνῳδοῖς ἥρμοστον ὀξὺ καὶ νωθές.* ſequens hemiſtichium,

—καὶ πόλως διαφέρραγε.

longè acerbiſſimas diras imprecatur: *πόλως* accuſatiuus eſt pluralis Doricus: *πόλως* autem ſignificat, vt

docet Pollux Libro II. cap. IV. illud quod eſt μετὰ βρόγχον, poſt gulam; pro gula verò accepit Pratinas: καὶ πόλος διάρραγε. & gulam frange. Poſtremis duobus verſibus voto concludit, vt Bacchus, cui has preces allegabat, ita faxit.

Συναυλία. Canticum ἴουλος. τερετισμός. Antiphanes emendatus.

CAPVT XII.

MENDOSISSIMI ſunt Antiphanis verſus apud Athenæum Lib. XIV. pag. 618. de *συναυλίᾳ* agit: ἀστείως δ' αὐτὴν Ἀντιφάνης φανερὰν ποιεῖ ἐν τῷ Αὐλητῇ λέγων,

Ποίαν φράσον γὰρ ἤδε τὴν συναυλίαν
Ταύτην ἐπίσταται γὰρ ἀλλ' ηὔλουν ἔτι.
Μαθόντες ὥστε τοὺς αὐλοὺς, σύ τε αὐτὴ τελετῇ.

Τεθεῖσθαι τὴν συντυγχάνεις αὐλῶν πέραινε. δείξεται δὲ τ' ἄλλα σοι λιδυλικὸν ἐστιν, οὗ χωρὶς πάλιν συνθήματ' οὐ προβλημάτοις σημαίνεται ἕκαστα. Vt commodius hic locus intelligatur, videndum eſt, quid ſit *συναυλία*. Eam definit Pollux Lib. IV. cap. X. tibicinum concentum, vt fieri ſolebat Athenis Panathenæorum feſto. Peculiariter Ariſtophanis Interpreti Græco ad Equites eſt, quando duo tibicines ſimul eoſdem modos faciunt, & eandem tibiarum cantionem canunt: vel quando tibicen & cithariſta eandem cantionem accinebant: atque iſtæ tibiæ, quibus citharæ accinebant, peculiariter ad hos vſus erant defi-

gnatæ & adtributæ, vnde *citharistriæ* dicebantur, vt eſt apud Pollucem: meminit Ephippus in *Empolo* huiuſmodi συναυλίας. Sed lyra præſtat citharæ vicem. Verùm Semus Delius Lib. V. Deliados, apud Athenęum hoc Libro, à quo habet Euſtathius, definit συναυλίαν, quando alternis tibicen & cantor canebant, & concentum efficiebant; ita tamen vt ſolos carminis rhythmos & ſonos, ad quos modos ſuos faciebat tibicen, accineret & ſaltaret cantor, non autem ipſa carminis verba: ἀγνοουμένης δὲ παρὰ πολλοῖς τῆς ξυναυλίας λεκτέον τὴν τῆς ἀγὼν συμφωνίας ἀμοιβαῖος αὐλοῦ καὶ ῥυθμοῦ χωρὶς λόγου τοῦ προσμελῳδοῦντος. atque ita accepit Antiphanes, cuius verſus ita legendi, interpungendi, & perſonis diſtinguendi nobis videntur:

A. Ποίαν, φράσον γὰρ, ἠδέτην συναυλίαν;
Ταύτην ἐπίστασθαι γάρ. B. ἀλλ' ἠύλουν ἔτι
Μαθόντες, ὥστε τοὺς ἰούλους. A. σὺ δέ; B. αὐ-
τῇ περετῇ ἐψελλισάμην. A. συντυχόνης
Αὐλαῖν παρ; B. αἰνῆς· δέχεται δὲ τ' ἄλλα σοι,
Ηδυντικὸν γάρ ἐστι σίχου χωρὶς πάλη
Συνθυμεῖν, προβλήμαθ' οἷς σημαίνεται
Εκαστα.

Senarij ſunt Iambici, quorum ſenſus è ſuperioribus pendet: In primo verſu è duabus vocibus, ἦδε τὴν, vnam fecimus ἠδέτην dualis numeri ab ἄδω. Nam συναυλία erat duorum, vt diximus. id eſt; Quam, age tu dicito, cecinerunt illi *Synauliam*? addit Ταύτην ἐπίστασθαι γάρ. hoc eſt: quod enim ad præfectos attinet, qui ceteros in hac arte inſtituunt, noui quam

cecinerint *ſynauliam.* Reſpondet alter, ἀλλ' ηὔλουν ἔτι μαθόντες. alia fuit *ſynaulia* eorum qui huius artis tyrocinium ponunt: additque exemplum cantici, quod accinebant, ſed corruptum eſt illius nomen: nam vox αὐλοῖς non eſt huius loci, neque eam lex Iambici metri admittit: quare reſcribebamus ὥσπε τοὺς ἰούλους, id eſt, inter ceteras cantiones, & has accinebant, quæ ἴουλοι dicuntur, quarum meminit Athenæus hoc ipſo Libro, paulo poſt: vbi enim recenſuit varia illa αὐλήσεων genera, quę πάντα μετ' ὀρχήσεως ηὐλεῖτο, addit è Tryphone, ᾠδῆς ὀνομασίας inter ceteras ἰούλων. Hanc igitur cantionem accinerunt & modos fecerunt tyrones, vt quæ eſſet fortè facilis admodum, certè vulgata, & in ore omnium. Qui prior interrogauerat, addit, σὺ δέ; tu verò quid faciebas? quid accinebas? Erat enim is qui interrogatur inter eos qui *ſynauliam* canebant tyrones, vt ex eius reſponſione patet; dicit enim, αὐτῇ τερετῇ ἐψελλιζόμην, ad hos tibiarum modos ego accinebam, ſiue potius balbutiebam & inconditum aliquem ſonum proferebam: τερετὴ dixit, vt puto, pro τερετισμὸς, ἢ τερέτισμα, ita enim apud Pollucem vocantur μέλη αὐλημάτων. Adhuc alter συντυγχάνης αὐλῶν τῷ; aſſequebariſne tua voce tibiarum modos, vt ita poſſes æquabiliter concentum efficere? quærenti reſpondet, αἰνῇς, laudares, inquit, ſi interfuiſſes, & me audiuiſſes: quin & alia tibi forent oblectamento. δεῖξαι δὲ τ' ἄλλα σοι, ſi & ceteros noſtros cantus audiuiſſes, cuius rei cauſſas aperit verſibus ſequentibus,

Ἡδυντικὸν γὰρ ἐστὶ στίχου χωρὶς πάλιν

Συνωδημάτων,

Συναυλιῶν, προβλήμαθ' οἷς σημαίνεται
Ἕκαστα.

Suaue namque eſt, carminis verbis verſibuſque non cantatis, ſed illius tantum rhythmo & numeris, ac tibiarum modis, nihilo tamen minus per vocis tranſitum, id eſt, quando cantilena tranſducitur ex vna ſoni figura in alteram, per hunc, inquam, vocis tranſitum & melodiam, carmen ipſum dignoſcere & intelligere : Dixit autem, πάλη συναυλιῶν. erat enim συναυλία, ἀγὼν συμφωνίας ἀμοιβαῖος, inter tibicinem, qui modos faciebat, & illum, qui aſſa voce accinebat. συνεύματα ſunt tibiarum modi, & numeri cantilenæ per varias ſoni figuras tranſducti, tota denique melodia.

Cottabiſſare. Manes. Æſchyli drama ὀστολόγοι. *Eius argumentum. Emendatur.*

CAPVT XIII.

De *Cottabis* ſcribens Athenæus Lib. XV. pag. 667. eclogam ex Æſchylo deſcribit : corruptiſſimè librariorum culpa ita editur, καὶ Αἰσχύλος δ' ἐν Ὀστολόγοις ἀγκυλητοὺς λέγει κοττάβους διὰ τούτων,

Εὐρύμαχος οὐκ ἄλλος, οὐδὲν ἥσσονας
Ὕβριζ' ὑβρισμοὺς, οὐκ αἰνεσίους ἐμοί.
Ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ κότταβος ἀεὶ τοὐμὸν κάρα.
Τοῦ δ' ἀγκυλητοῦ κόσσαβός ἐστι σκοπὸς
† Ἐκτεμὼν ἡβῶσα χεὶρ ἐφίετο.

Dicebat de ſuis Tragœdijs Æſchylus eas eſſe *μικρὰ τινὰ τεμάχια τῶν μεγάλων δείπνων Ὁμήρου.* nimirum ſolebat ille *τοὺς μύθους φέρειν κατ᾿ ἴχνος τοῦ ποιητοῦ.* id factũ & in iſto dramate, cuius epigraphe Ὀστολόγοι. eóque nos manu quaſi ducit Eurymachi mentio, de cuius inſolentia conqueritur quiſquis eſt, qui iſta Athenæo deſcripta loquitur. Vlyſſem illum eſſe cenſemus, non leuibus moti rationibus, à quo etiam Tragœdiæ nomen, cùm mendicum apud procos ſimularet, & ſtipem à ſingulis peteret. Videbatur enim quaſi oſſa legere, qui ſtipem emendicabat, quod factum ab Vlyſſe, eoque non ſolo, ſed etiã ab Iro: (vnde Tragœdiæ nomen in plurali Ὀστολόγοι.) inter quem & Vlyſſem pugnatum eſt hac de cauſſa, vt refert Homerus. Cùm igitur iſto habitu eſſet Vlyſſes, iniuriã paſſus eſt non ab vno, inter ceteros verò ab Eurymacho, de quo etiam queritur his, quæ laudat Athenæus, verbis: in quibus hoc obſeruandum venit, quod notat Athenæus Libro I. Æſchylum in ſcenam induxiſſe procos longè petulantiores, quàm fecerat Homerus, apud quem contumelijs ſuis ponunt modum proci: in Æſchyleo verò dramate in Vlyſſem mendicum ſimulantem impotenter peccant, & contumelioſiſſimas inferunt iniurias. His igitur Æſchyli verbis illatæ Vlyſſi contumeliæ genus grauius quoddam continetur, quam referat Homerus: Æſchyli verſus ita reſcribendos ſuſpicabar,

Εὐρύμαχος οὔτω τις ἄλλος οὐδὲν ἥσσονας
Ὕβριζ᾿ ὑβρισμοὺς, οὐκ ἀναιτίους ἐμοί..

Ἦν μὲν γὰρ αὐτοῦ κότταβος· αἲ αἴ, τοὐμὸν κάρα
Τοῦ δὴ ἀγκυλητοῦ κοττάβου ἐστὶ σκοπός.
Ἐκτρεμόμενον ἡβῶσα χεὶρ ἀφίετο.

Iam verò Eurymachus non minore, id eſt, maiore contumelia me affecit, de qua porro non deſinam queri: ita enim ſcripſimus & vertimus, οὐκ ἀναιτίοις ἐμοί. addit contumeliæ genus. Cottabiſſabant boni iſti proci: inter ludi huius genera iſtud recenſetur. Simulacrum quoddam ſenis, *Manes* appellatur, deſtituebatur, lanceſque appendebant, in quas vinum mittebant, vt allidèrent *Manis* caput: vide Athenæum hoc loco, itemque Libro XI. Pollucem, & Scholiaſtem Ariſtophanis non ſemel. Cùm igitur proci cottabiſſarent, Eurymachus vt Vlyſſem maiore contumelia afficeret, eum *Manis* vicem deſtituit, qui perfunderetur vino; nam in eum cottabiſſantes vina iaculabantur: itaque dixit noſter Æſchyleus Vlyſſes,

Ἦν μὲν γὰρ αὐτοῦ κότταβος· αἲ αἴ τοὐμὸν κάρα
Τοῦ δὴ ἀγκυλητοῦ κοττάβου ἐστὶ σκοπός.

Cottabiſſare ille volebat, iamque ad manum erat cottabus: hei mihi! me ſtatuit *Manis* vicem, vt ſuper caput meum cottabiſſarent. *Manis* igitur vicem præſtitit Vlyſſes, cuius caput repræſentabat χαλκεῖον illud κάρα *Manis*, qui vetulus (cuius ætatis eſſe videbatur Vlyſſes mendicum mentitus.) efformabatur, vt docet Euripides Oeneo. Itaque dicit Vlyſſes caput ſuum fuiſſe σκοπὸν κοττάβου, ἀγκυλητοῦ,

inquit, quia manum anculabant in mittendo cot-
tabo. addit

Ἐκτρέμων ἠβῶσα χερ' ἀφίετο.

Vox ἀφεῖναι peculiaris de cottabiſſantibus, qui vinum mittebant in lances: atque iſtud voluit: Vinum tremens manu temulenta (id ſignificat ἠβῶσα, teſte Heſychio) in lances miſit.

Hilarotragœdiæ argumentum & cataſtrophe.
Alexander Ætolus emendatus.

Capvt XIV.

ELEGIACOS Alexandri Ætoli Poëtæ Tragici verſus laudat Athenæus Libro XV. pag. *699.* quos emendauit Vir Incomparabilis vnico diſticho excepto: Ijs Agathoclem Syracuſanis acceptiſſimum laudabat Alexander, vt qui etiam inter *Parodos* præſtantiſſimos nomen aliquod eſſet conſecutus: recenſetur autem, puto, hoc corruptiſſimo diſticho,

Πιασυγάση φωραδοδμ ἀἴδίας, ἤ ἵνα χλουύω
Φλοίων ἀθήρῃ σιῶ κακοδαιμονίῃ.

genus ſcriptionis, in quo Agathocles Homeri ſententias in diuerſiſſimum ſenſum detorſerit. Parodijs vſus eſt Epicharmus in quibuſdam ſuis dramatibus, & Cratinus, itemque Hermippus veteris Comœdiæ Poëtæ: quin & Hegemon integra dramata

parodijs conſcripſit: inter eos autem qui parodijs vſi ſunt non dubitem referre Hilarotragœdos huius diſtichi auctoritate motus, quod ita reſcribendum eſſe conijciebam,

> Γῆ πυγίσαι 'Φώρησεν ἀίδεα, ἢ τίνα χλουνίω
> Φλοίαξ, ἀθύρη σιὼ κακοδαιμονίη.

Φλοίακες ἢ Φλύακες Hilarotragœdi dicebantur, vt & Hilarotragœdiæ ipſæ, quæ tragica argumenta in iocos commutabant. Stephanus: καὶ Ῥίνθων Ταραντῖνος φλύαξ, τὰ τραγικὰ μεταρυθμίζων εἰς τὸ γελοῖον. itaque huius Poëſeos argumentum erant vt plurimum, *cinædi.* Suidas de Sotade ἔγραψε Φλύακας, ἤτοι κιναίδους, vel *fures.* Athenæus Libro XIV. μιμοῦνται κλέπτοντας οἱ Φλύακες, ὡς Ἰταλοὶ αὐτοὺς καλοῦσιν. atque hæc omnia complexus eſt Alexander hoc diſticho:

> Γῆ πυγίσαι 'Φώρησεν ἀίδεα, ἢ τίνα χλουνίω
> Φλοίαξ.

id eſt: hic φλοιακογράφος repræſentauit iſthîc pædiconem depræhenſum inhoneſtè, id eſt, ἐπ' αὐτοφώρῳ. alibi verò furem & graſſatorem (ſignificat enim χλουνὴς λωποδύτην auctoribus Heſychio & Suida.) Addit Alexander de peripeteia & cataſtrophe Hilarotragœdiarum,

> — ἀθύρη σιὼ κακοδαιμονίη.

Habebat Hilarotragœdia ſuas connexiones & ſolutiones, ſuas agnitiones & peripeteias, vt conſtat ex hoc Alexandri diſticho: nam repræſentabantur, vel aliquid furto ſurripere tentantes, vel illud face-

Digitized by Google

re, quod non eſt noſtri pudoris dicere, qui vel re peracta agnoſcebantur, vel ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehendebantur, atque ita pœnas dabant, verùm pœnas, non pœnas, ſed ludicrum aliquid. Nam Hilarotragœdia eſt, ne putes duros cruciatus interminari: Quare dixit Alexander, illos quidem ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehenſos σὺν κακοδαιμονίῃ, ſed ἀθύρῃ, ſuo malo & infortunio, ſed ludicro & iocoſo.

Digitized by Google

SAMVELIS PETITI

MISCELLANEORVM

LIBER VIII.

ECLOGÆ CHRONOLOGICÆ.

LIBER I.

DE ANNO ATTICO.

CAPVT I.

ANNI Græcorum modus fuit dierum trecentorum ſexaginta, non plurium, non pauciorum; neque audiendi ſunt viri ſummi, in his, quæ pronuntiant, de duabus ἀνάρχοις ἡμέραις, quæ ſingulis annis appendebantur: Nam Herodotus teſtis eſt, annum fuiſſe dierum tantum tercentûm ſexaginta: meminit quidem embolimi menſis, ἵνα δὴ αἱ ὧραι συμβαίνωσι παραγινόμεναι ἐς τὸ δέον, ſed nullius diei meminit, qui quotannis interkalaretur: ἐς γὰρ ἑβδομήκοντα ἔτεα οὖρον τῆς ζόης ἀνθρώπῳ προτίθημι, οὗτοι ἐόντες ἐνι-

αὐτοὶ ἑβδομήκοντα, περιέχονται ἡμέρας διηκοσίας καὶ πεντακισχιλίας καὶ διομυρίας, ἐμβολίμου μηνὸς μὴ γινομένου. Sed perſpicuè Plinius annum Græcorum facit ſine vllis appendicibus: *Nullique arbitror plures ſtatuas dicatas, quàm Demetrio Phalereo Athenis. Siquidem trecentas ſexaginta ſtatuere, quas mox lacerauerunt, nondum anno hunc numerum dierum excedente.* Vides annum non exceſſiſſe numerum dierum trecentorum ſexaginta: ergo nullas habuit bidui appendices: annúmque trecentis ſexaginta diebus abſolui teſtis eſt Varro in Hebdomadibus apud Nonium, vbi de hoc Demetrio agit, ex emendatione Illuſtriſſimi Herois,

Hic Demetrius æneus tot aptu' ſt,
Quot lucis habet annus abſolutus.

Non plures igitur trecentis ſexaginta dies habuit annus veterum Græcorum, erántque omnes duodecim menſes τριακονθήμεροι, ſine vllis bidui appendicibus: Atque id adeo verum eſt, vt cùm æquatio omnino eſſet neceſſaria, qua conciliandæ erant rationes Solis cum rationibus Lunæ, diligentiſſimè cauerent τῆς ἐξαιρέσεως beneficio, ne annus excederet dierum trecentorum ſexaginta numerum, vt in ſequentibus, Deo dante, dicemus. Inueſtigato anni modo, eiuſdem caput eſt indicandum. Veteres Græci Solſtitium committi putarunt, & pòſteris perſuaſerunt, die octauo Iulij: fuítque hic dies politica Solſtitij ſedes. A Solſtitio autem veteres Græcos annum fuiſſe auſpicatos, tam certum eſt, quàm quod certiſſimum: Exiſtimarunt viri maximi caput anni fuiſſe poſtridie Solſtitij, ſed falſos fuiſſe, rebus manifeſtis proba-

probabimus. Obſeruant enim illi ex Ariſtotele eiuſque diſcipulo Theophraſto, Solſtitium Hecatombæoni, qui princeps eſt menſium, adtributum fuiſſe. Atqui, ſi ſemper Hecatombæonis Neomenia poſterior fuiſſet die, qui ſedes erat politica Solſtitij, profecto nunquam Solſtitium adtributum fuiſſet Hecatombæoni; quod dictum volumus de anno, qui Lunaris non eſt; nam quod ad Lunarem annum attinet, nemini dubium eſſe poteſt, Neomeniam Hecatombæonis, modò anteuertiſſe, modò poſteriorem fuiſſe ταῖς τροπαῖς θεριναῖς. Sed quid verba facimus? Neomeniam Hecatombæonis non Lunaris anteuertiſſe Solſtitium probamus illuſtri exemplo apud Plutarchum in Romulo; de Tarrutio Mathematico: ἀνδρείως ἀπεφήνατο τὴν μὲν ἐν τῇ μητρὶ τοῦ Ῥωμύλου γεγονέναι σύλληψιν ἔτει πρώτῳ τῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος, ἐν μηνὶ κατ᾽ Αἰγυπτίους Χοϊὰκ, τρίτῃ καὶ εἰκάδι, τρίτης ὥρας καθ᾽ ἣν ὁ ἥλιος ἐξέλιπε παντελῶς. Dies menſis Choïac viceſimus tertius cadit in viceſimum quartum diem Iunij: iamque ceperat annus primus Olympiadis ſecundæ, nec eſt, quod quiſquam exiſtimet annum primum fuiſſe deſinentem. Nam quod obſeruat Tarrutius hoc die Solem defeciſſe, non ſinit nos dubitare annum primum Olympiadis ſecundæ tunc primùm incipere, non deſinere. Erat enim annus ab Orbe condito, (Sethum Caluiſium in huius Epochæ annis ſequimur, quod ſemel dictum volumus.) ter milleſimus centeſimus ſeptuageſimus octauus, litera Dominicali A. Cyclo Solis viceſimo ſecundo, Lunæ nono. Quo anno die viceſimo quarto Iunij, qui erat viceſimus

Digitized by Google

tertius menſis Choïac, Eclipſis Solis repræſentatur è Tabulis Friſicis à viris magnis; nec alij negant eo die Nouilunium inueniri, & latitudinem etiam Lunarem, quæ poſſet eſſe Ecliptica. Quicquid tamen huius rei ſit, de quo iam non diſputamus, certum eſt, iſta referenda eſſe ad hunc ab Orbe condito annum MMM CLXXVIII. à cuius anni diebus æſtiuis cepit Olympias ſecunda, quæ cùm iam cepiſſet die viceſimo quarto Iunij, vt è Tarrutij affirmatione conſtat, omnino ſequitur in Hecatombæonem cadere Solſtitium, & falſos eſſe viros magnos, qui exiſtimant ſemper primum Olympici ſiue Attici anni menſem μετὰ τὰς τροπὰς θερινὰς cepiſſe, poſt octauum Iulij diem.

Obijcient Platonis verba è Lib. VI. de Legibus ἐπειδὰν μέλλῃ νέος ἐνιαυτὸς μετὰ θερινὰς τροπὰς τῷ ἐπιόντι μηνὶ γίγνεσθαι, ταύτης τῆς ἡμέρας τῇ πρόσθεν πάντας χρὴ τοὺς ἄρχοντας συνελθεῖν εἰς ἓν ἱερόν. Sed cùm de Magiſtratibus agat Plato, nemo non videt loqui de anno Lunari, qui Magiſtratuum erat, & alludit ad annos πρυτανείας, quorum modus ex Enneadecaëteride Metonis obſeruabatur; nulluſque dubito alludi ad tempora, quibus à Platone ſcriptus eſt hic Liber, eratque nonus annus Metonicus incepturus decimo Iulij die: ita vt vltimus præcedentis anni dies, quo Magiſtratus, qui Rempublicam gerere debebant anno imminente, iuſiurandum erant concepturi, caderet in diem nonum Iulij, poſtridie Solſtitij.

Solſtitij verò dies, hoc eſt, dies octauus Iulij, fuit caput anni Græcorum, qui Lunaris non erat, idque manifeſtò colligere licet è Dionyſij, ſiue potius Epho-

ri apud Dionyſium verbis: περιτταὶ δὲ ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἐκπληρώσουσαι μετὰ τὴν ἑορτὴν εἴκοσι ἡμέραι. Non iam diſputamus, an viginti fuerint περιτταὶ ἡμέραι, fiet à nobis, cum bono Deo, in ſequentibus: hoc verò aſſerimus, ab Ephoro caput ſtatui, à quo numerandæ ſunt περιτταὶ ἡμέραι, Solſtitij diem. Fuit igitur Solſtitium anni Græcorum caput.

Adde, quod Hecatombæonis Neomenia, quæ verè Lunaris eſt, primi anni Olympici fuit die octauo Iulij. Nam prima Olympias, à qua Græci ſua numerant tempora, cepit à diebus æſtiuis anni ab Orbe condito termilleſimi centeſimi ſeptuageſimi quarti, Nouilunium fuit die octauo Iulij.

	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉	☽.
3174.							
3116							
58.	81.	3.	17.	6.	56.	10.	5.
	9.	6.	23.	41.	37.	20.	
	71.	3.	17.	25.	19.	18.	5.
	118.	6.	2.	56.	3.		
	189.	2.	20.	21.	32.		

Commiſſum igitur eſt Nouilunium ipſo Solſtitij die, octauo Iulij, feriâ ſecundâ, anno ab Orbe condito termilleſimo centeſimo ſeptuageſimo quarto, atque exinde Olympiades numerant Græci: & caput anni Græcorum fuit Solſtitium: ne verò Hecatombæon anteuerteret Solſtitium, menſem interkalarunt Græci, de quo Herodotus, ἵνα δὴ αἱ ὧραι συμβαίνωσι περιγινόμεναι ἐς τὸ δέον, μῆνες ἐμβόλιμοι γίνονται, iſque annus, cui menſis interkalabatur, diebus trecentis nonagin-

Digitized by Google

ta explicabatur.

Cùm verò Græci etiam rationes Lunæ vellent conciliare cum anno quem obſeruabant, Periodum inſtituerunt annorum quatuor, quam *Tetraëteridem* appellant, de qua paullo poſt, θεοῦ διδόντος, ſumus dicturi. Non exiſtimamus autem primis illis temporibus vſurpatam fuiſſe Periodum, ſiue Olympicam, ſiue Atticam, quam conſtruxerunt viri magni. Nam illa tota nititur ratiocinijs & demonſtrationibus Calippi, qui adeo inferior eſt prima Olympiade, vt σύγχρονος ſit Alexandri Magni. Non igitur habuerunt Græci ſuas Periodos & Tetraëteridas ad modum, qui ex Calippi rationibus, & calculo, ab eodem longè poſtea excogitatus eſt. Adde, quod exempla, quæ in medium adferuntur à ſummis viris, vt ſuas adſtruant Periodos, nihil ad eas faciant, quod iam à nobis, cum bono Deo, demonſtrandum eſt.

CAPVT II.

PRIMVM exemplum eſt petitum ex Ephoro apud Dionyſium, de Ilij excidio: Ἴλιον μὲν γὰρ ἥλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ θέρους, ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι. περιτταὶ δὲ ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἐκπληροῦσαι μετὰ τὴν τροπὴν εἴκοσι ἡμέραι. Sed non conſtat dierum numerus ex Periodo Attica. Quod verò dicitur, diem capti Ilij eſſe viceſimum tertium

Thargelionis, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι, oſtendit iſta referenda eſſe ad modum anni, qui obtinebat publicè, quando iſta ſcribebat Ephorus: atqui is annus erat Metonicus, qui fingitur tunc fuiſſe: erátque annus decimus Metonis, qui annus cepit die Iulij ſeptimo, éſtque Embolimæus, ac proinde dies viceſimus tertius Thargelionis cadit in diem decimumoctauum Iunij, à quo ſi numeres ad diem octauum Iulij, dies ſunt viginti. Rurſum anno abſoluendo ſuperſunt à Solſtitio, ſiue die octauo Iulij, eó numerato, dies ſeptemdecim: Nam cepit annus vndecimus Metonicus die viceſimoquinto Iulij. Quare reſcribẽdum eſt apud Dionyſium: Ἴλιον μὲν γὰρ ἥλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ ἔαρος, εἴκοσι πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι. περιτταὶ δὲ ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἐκπληροῦσαι μετὰ τὴν τροπὴν ἑπτακαίδεκα ἡμέραι. Dies περιτταὶ non numerabantur à poſtero Solſtitij die, quanquam non dicantur περιτταὶ niſi quæ poſt Solſtitium annum abſoluunt, & dixit Ephorus annum ἐκπληροῦσθαι μετὰ τὴν τροπὴν, ſed numerabantur αἱ περιτταὶ ἡμέραι ab ipſo Solſtitij die, qui caput erat anni non Lunaris, & intelligunt annum Lunarem, vt plurimum, veterum rerum Scriptores, ex quo annus ille obtinuit, & in Faſtis vſurpari cepit, niſi diſtinguant. Annum autem Lunarem ſiue Metonicũ intelligi probat, quod mẽſem hunc Thargelionẽ cauum pronũtient fuiſſe; Nam quod alij conferũt Ilij excidiũ in ὀγδόην φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος. Plutarchus habet ex Ephoro & alijs in Camillo, ἑβδόμῃ φθίνοντος Θαργηλιῶνος, vbi agit de memorabili Carthaginenſium cla-

inquit, quia manum anculabant in mittendo cottabo. addit

Ἐκπρέμων ἡβώσα, χερ᾽ ἀφίετο.

Vox ἀφεῖναι peculiaris de cottabiſſantibus, qui vinum mittebant in lances: atque iſtud voluit: Vinum tremens manu temulenta (id ſignificat ἡβώσα, teſte Heſychio) in lances miſit.

Hilarotragœdiæ argumentum & cataſtrophe. Alexander Ætolus emendatus.

Capvt XIV.

Elegiacos Alexandri Ætoli Poëtæ Tragici verſus laudat Athenæus Libro XV. pag. 699. quos emendauit Vir Incomparabilis vnico diſticho excepto: Ijs Agathoclem Syracuſanis acceptiſſimum laudabat Alexander, vt qui etiam inter *Parodos* præſtantiſſimos nomen aliquod eſſet conſecutus: recenſetur autem, puto, hoc corruptiſſimo diſticho,

Πιασυγάσῃ φωραδόσῳ ἀφδέας, ἢ ἵνα χλοιώδω
Φλοίων ἀθήρῃ σιωὶ κακοδαιμονίῃ.

genus ſcriptionis, in quo Agathocles Homeri ſententias in diuerſiſſimum ſenſum detorſerit. Parodijs vſus eſt Epicharmus in quibuſdam ſuis dramatibus, & Cratinus, itemque Hermippus veteris Comœdiæ Poëtæ: quin & Hegemon integra dramata

parodijs conſcripſit: inter eos autem qui parodijs vſi ſunt non dubitem referre Hilarotragœdos huius diſtichi auctoritate motus, quod ita reſcribendum eſſe conijciebam,

> Γῆ πυγίσαι 'Φώρησεν ἀἐδέα, ἢ τίνα χλουνὴν
> Φλυίαξ, ἀθύρη σεῦ κακοδαιμονίη.

Φλυίακες ἢ Φλύακες Hilarotragœdi dicebantur, vt & Hilarotragœdiæ ipſæ, quæ tragica argumenta in iocos commutabant. Stephanus: καὶ Ρίνθων Ταραντῖνος φλύαξ, τὰ τραγικὰ μεταρυθμίζων εἰς τὸ γελοῖον. itaque huius Poëſeos argumentum erant vt plurimum, *cinædi.* Suidas de Sotade ἔγραψε Φλύακας, ἤτοι κιναίδους, vel *fures.* Athenæus Libro XIV. μιμοῦνται κλέπτοντας οἱ Φλύακες, ὡς Ιταλοὶ αὐτοὺς καλοῦσιν. atque hæc omnia complexus eſt Alexander hoc diſticho:

> Γῆ πυγίσαι 'Φώρησεν ἀἐδέα, ἢ τίνα χλουνὴν
> Φλυίαξ.

id eſt: hic φλυακογράφος repræſentauit iſthîc pædiconem depræhenſum inhoneſtè, id eſt, ἐπ' αὐτοφώρῳ. alibi verò furem & graſſatorem (ſignificat enim χλουνὴς λωποδύτην auctoribus Heſychio & Suida.) Addit Alexander de peripeteia & cataſtrophe Hilarotragœdiarum,

> —ἀθύρη σεῦ κακοδαιμονίη.

Habebat Hilarotragœdia ſuas connexiones & ſolutiones, ſuas agnitiones & peripeteias, vt conſtat ex hoc Alexandri diſticho: nam repræſentabantur, vel aliquid furto ſurripere tentantes, vel illud face-

re, quod non eſt noſtri pudoris dicere, qui vel re peracta agnoſcebantur, vel ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehendebantur, atque ita pœnas dabant, verùm pœnas, non pœnas, ſed ludicrum aliquid. Nam Hilarotragœdia eſt, ne putes duros cruciatus interminari: Quare dixit Alexander, illos quidem ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehenſos σὺν κακοδαιμονίῃ, ſed ἀθύρῃ, ſuo malo & infortunio, ſed ludicro & iocoſo.

SAMVELIS PETITI MISCELLANEORVM

LIBER VIII.

ECLOGÆ CHRONOLOGICÆ.

LIBER I.

DE ANNO ATTICO.

CAPVT I.

ANNI Græcorum modus fuit dierum trecentorum ſexaginta, non plurium, non pauciorum; neque audiendi ſunt viri ſummi, in his, quæ pronuntiant, de duabus ἀνάρχοις ἡμέραις, quæ ſingulis annis appendebantur: Nam Herodotus teſtis eſt, annum fuiſſe dierum tantum tercentûm ſexaginta: meminit quidem embolimi menſis, ἵνα δὴ αἱ ὧραι συμβαίνωσι παραγινόμεναι ἐς τὸ δέον, ſed nullius diei meminit, qui quotannis interkalaretur: ἐς γὰρ ἑβδομήκοντα ἔτεα οὖρον τῆς ζόης ἀνθρώπῳ προτίθημι, οὗτοι ἐόντες ἐνι-

αὐτοὶ ἑβδομήκοντα, περιέχονται ἡμέρας διηκοσίας καὶ πεντακισχιλίας καὶ δισμυρίας, ἐμβολίμου μηνὸς μὴ γινομένου. Sed perſpicuè Plinius annum Græcorum facit ſine vllis appendicibus: *Nullique arbitror plures ſtatuas dicatas, quàm Demetrio Phalereo Athenis. Siquidem trecentas ſexaginta ſtatuere, quas mox lacerauerunt, nondum anno hunc numerum dierum excedente.* Vides annum non exceſſiſſe numerum dierum trecentorum ſexaginta: ergo nullas habuit bidui appendices: annúmque trecentis ſexaginta diebus abſolui teſtis eſt Varro in Hebdomadibus apud Nonium, vbi de hoc Demetrio agit, ex emendatione Illuſtriſſimi Herois,

Hic Demetrius æneus tot aptu'ſt,
Quot lucis habet annus abſolutus.

Non plures igitur trecentis ſexaginta dies habuit annus veterum Græcorum, erántque omnes duodecim menſes τριακονθήμεροι, ſine vllis bidui appendicibus: Atque id adeo verum eſt, vt cùm æquatio omnino eſſet neceſſaria, qua conciliandæ erant rationes Solis cum rationibus Lunæ, diligentiſſimè cauerent τῆς ἐξαιρέσεως beneficio, ne annus excederet dierum trecentorum ſexaginta numerum, vt in ſequentibus, Deo dante, dicemus. Inueſtigato anni modo, eiuſdem caput eſt indicandum. Veteres Græci Solſtitium committi putarunt, & poſteris perſuaſerunt, die octauo Iulij: fuítque hic dies politica Solſtitij ſedes. A Solſtitio autem veteres Græcos annum fuiſſe auſpicatos, tam certum eſt, quàm quod certiſſimum: Exiſtimarunt viri maximi caput anni fuiſſe poſtridie Solſtitij, ſed falſos fuiſſe, rebus manifeſtis proba-

probabimus. Obſeruant enim illi ex Ariſtotele eiuſque diſcipulo Theophraſto, Solſtitium Hecatombæoni, qui princeps eſt menſium, adtributum fuiſſe. Atqui, ſi ſemper Hecatombæonis Neomenia poſterior fuiſſet die, qui ſedes erat politica Solſtitij, profecto nunquam Solſtitium adtributum fuiſſet Hecatombæoni; quod dictum volumus de anno, qui Lunaris non eſt; nam quod ad Lunarem annum attinet, nemini dubium eſſe poteſt, Neomeniam Hecatombæonis, modò anteuertiſſe, modò poſteriorem fuiſſe ταῖς ἑσπαῖς θερειναῖς. Sed quid verba facimus? Neomeniam Hecatombæonis non Lunaris anteuertiſſe Solſtitium probamus illuſtri exemplo apud Plutarchum in Romulo; de Tarrutio Mathematico: *ἀνδρείως ἀπεφήνατο τὴν μὲν ἐν τῇ μητρὶ τοῦ Ῥωμύλου γεγονέναι σύλληψιν ἔτει πρώτῳ τῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος, ἐν μηνὶ κατ' Αἰγυπτίους Χοίακ, τρίτῃ καὶ εἰκάδι, τρίτης ὥρας καθ' ἣν ὁ ἥλιος ἐξέλιπε παντελῶς.* Dies menſis Choïac viceſimus tertius cadit in viceſimum quartum diem Iunij: iamque ceperat annus primus Olympiadis ſecundæ, nec eſt, quod quiſquam exiſtimet annum primum fuiſſe deſinentem. Nam quod obſeruat Tarrutius hoc die Solem defeciſſe, non ſinit nos dubitare annum primum Olympiadis ſecundæ tunc primùm incipere, non deſinere. Erat enim annus ab Orbe condito, (Sethum Caluiſium in huius Epochæ annis ſequimur, quod ſemel dictum volumus.) ter milleſimus centeſimus ſeptuageſimus octauus, litera Dominicali A. Cyclo Solis viceſimo ſecundo, Lunæ nono. Quo anno die viceſimo quarto Iunij, qui erat viceſimus

Bbbbb

tertius menſis Choïac, Eclipſis Solis repræſentatur è Tabulis Friſicis à viris magnis; nec alij negant eo die Nouilunium inueniri,& latitudinem etiam Lunarem, quæ poſſet eſſe Ecliptica. Quicquid tamen huius rei ſit, de quo iam non diſputamus, certum eſt, iſta referenda eſſe ad hunc ab Orbe condito annum MMM CLXXVIII. à cuius anni diebus æſtiuis cepit Olympias ſecunda,quæ cùm iam cepiſſet die viceſimo quarto Iunij, vt è Tarrutij affirmatione conſtat, omnino ſequitur in Hecatombæonem cadere Solſtitium, & falſos eſſe viros magnos, qui exiſtimant ſemper primum Olympici ſiue Attici anni menſem μετὰ τὰς τροπὰς θερινὰς cepiſſe, poſt octauum Iulij diem.

Obiicient Platonis verba è Lib. VI. de Legibus ἐπειδὰν μέλλῃ νέος ἐνιαυτὸς μετὰ θερινὰς τροπὰς τῷ ἐπιόντι μηνὶ γίγνεσθαι, ταύτης τῆς ἡμέρας τῇ πρόσθεν πάντας χρὴ τοὺς ἄρχοντας συνελθεῖν εἰς ἓν ἱερόν. Sed cùm de Magiſtratibus agat Plato, nemo non videt loqui de anno Lunari, qui Magiſtratuum erat, & alludit ad annos πρυτανείας, quorum modus ex Enneadecaëteride Metonis obſeruabatur; nulluſque dubito alludi ad tempora, quibus à Platone ſcriptus eſt hic Liber, eratque nonus annus Metonicus incepturus decimo Iulij die: ita vt vltimus præcedentis anni dies, quo Magiſtratus, qui Rempublicam gerere debebant anno imminente, iuſiurandum erant concepturi, caderet in diem nonum Iulij, poſtridie Solſtitij.

Solſtitij verò dies, hoc eſt, dies octauus Iulij, fuit caput anni Græcorum, qui Lunaris non erat, idque manifeſtò colligere licet è Dionyſij,ſiue potius Epho-

Digitized by Google

ri apud Dionyſium verbis: *προεῖπται δὲ ἧσσον αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἐκπληρῶσαι μετὰ τὰς τροπὰς εἴκοσι ἡμέραι.* Non iam diſputamus, an viginti fuerint *προεῖπται ἡμέραι*, fiet à nobis, cum bono Deo, in ſequentibus: hoc verò aſſerimus, ab Ephoro caput ſtatui, à quo numerandæ ſunt *προεῖπται ἡμέραι*, Solſtitij diem. Fuit igitur Solſtitium anni Græcorum caput.

Adde, quod Hecatombæonis Neomenia, quæ verè Lunaris eſt, primi anni Olympici fuit die octauo Iulij. Nam prima Olympias, à qua Græci ſua numerant tempora, cepit à diebus æſtiuis anni ab Orbe condito termilleſimi centeſimi ſeptuageſimi quarti, Nouilunium fuit die octauo Iulij.

3174.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉	☽.
3116							
58.	81.	3.	17.	6.	56.	10.	5.
	9.	6.	23.	41.	37.	20.	
	71.	3.	17.	25.	19.	18.	5.
	118.	6.	2.	56.	3.		
	189.	2.	20.	21.	32.		

Commiſſum igitur eſt Nouilunium ipſo Solſtitij die, octauo Iulij, feriâ ſecundâ, anno ab Orbe condito termilleſimo centeſimo ſeptuageſimo quarto, atque exinde Olympiades numerant Græci: & caput anni Græcorum fuit Solſtitium: ne verò Hecatombæon anteuerteret Solſtitium, menſem interkalarunt Græci, de quo Herodotus, *ἵνα δὴ αἱ ὧραι συμβαίνωσι περιγινόμεναι ἐς τὸ δέον, μῆνες ἐμβόλιμοι γίνονται*, iſque annus, cui menſis interkalabatur, diebus trecentis nonagin-

Thargelionis, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι, oſtendit iſta referenda eſſe ad modum anni, qui obtinebat publicè, quando iſta ſcribebat Ephorus: atqui is annus erat Metonicus, qui fingitur tunc fuiſſe: eratque annus decimus Metonis, qui annus cepit die Iulij ſeptimo, eſtque Embolimæus, ac proinde dies viceſimus tertius Thargelionis cadit in diem decimumoctauum Iunij, à quo ſi numeres ad diem octauum Iulij, dies ſunt viginti. Rurſum anno abſoluendo ſuperſunt à Solſtitio, ſiue die octauo Iulij, eó numerato, dies ſeptemdecim: Nam cepit annus vndecimus Metonicus die viceſimoquinto Iulij. Quare reſcribẽdum eſt apud Dionyſium: Ἴλιον μὲν γὰρ ἥλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ ἔαρος, εἴκοσι πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόη φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι. περιτταὶ δὲ ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἐκπληρώσουσαι μετὰ τὴν τροπὴν ἑπτακαίδεκα ἡμέραι. Dies περιτταὶ non numerabantur à poſtero Solſtitij die, quanquam non dicantur περιτταὶ niſi quæ poſt Solſtitium annum abſoluunt, & dixit Ephorus annum ἐκπληρώσασθαι μετὰ τὴν τροπήν, ſed numerabantur αἱ περιτταὶ ἡμέραι ab ipſo Solſtitij die, qui caput erat anni non Lunaris, & intelligunt annum Lunarem, vt plurimum, veterum rerum Scriptores, ex quo annus ille obtinuit, & in Faſtis vſurpari cepit, niſi diſtinguant. Annum autem Lunarem ſiue Metonicũ intelligi probat, quod mẽſem hunc Thargelionẽ cauum pronũtient fuiſſe; Nam quod alij conferũt Ilij excidiũ in ὀγδόην φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος. Plutarchus habet ex Ephoro & alijs in Camillo, ἑβδόμην φθίνοντος Θαργηλιῶνος, vbi agit de memorabili Carthaginenſium cla-

de in Sicilia: καὶ Καρχηδόνιοι περὶ Σικελίαν ὑπὸ Τιμολέοντος ἡττῶντο τῇ ἑβδόμῃ φθίνοντος, περὶ ἣν δοκεῖ καὶ τὸ Ἴλιον ἁλῶναι, Θαργηλιῶνος, ὡς Ἔφορος, καὶ Καλλισθένης, καὶ Δαμάστης, καὶ Φύλαρχος ἱστορήκασι. Nempe erat πολιτικῶς ἑβδόμη φθίνοντος Θαργηλιῶνος, propter ἐξαίρεσιν τῆς δευτέρας ἱσταμένου Θαργηλιῶνος in menſe Lunari cauo: reuera tamen ὀγδόη φθίνοντος Θαργηλιῶνος ſi ad ἐξαίρεσιν non attendas.

Secundum exemplum eſt anni Iphiti quadringenteſimi primi, ſiue anni primi Olympiadis centeſimæ primæ, quo anno die viceſimo ſexto Boëdromionis, περὶ τὴν πανσέληνον, à Chabria ad Naxum pugnatum volunt, auctore Plutarcho. Sed miror iſta excidiſſe viris magnis. Plutarchi verba ſunt in Camillo: τοῦ δὲ αὖ πάλιν Πέρσαι μηνὸς Βοηδρομιῶνος, ἕκτῃ μὲν ἐν Μαραθῶνι, τρίτῃ δ' ἐν Πλαταιαῖς ἅμα καὶ περὶ Μυκάλην ἡττήθησαν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων. πέμπτῃ δὲ φθίνοντος, ἐν Ἀρβήλοις Ἀθηναῖοι. τὴν περὶ Νάξον ἐνίκων ναυμαχίαν, ἧς Χαβρίας ἐστρατήγει, τοῦ Βοηδρομιῶνος περὶ τὴν πανσέληνον. Impoſuit illis vitioſa interpunctio. Diſtinguo: πέμπτῃ δὲ φθίνοντος ἐν Ἀρβήλοις. Referuntur iſta ad victoriam Alexandri ad Arbela ſiue Gaugamela. Ἀθηναῖοι τὴν περὶ Νάξον ἐνίκων ναυμαχίαν, ἧς Χαβρίας ἐστρατήγει, τοῦ Βοηδρομιῶνος περὶ τὴν πανσέληνον. Non hîc docet Plutarchus, (niſi exciderit numeri nota.) quotus fuerit Boëdromionis dies, ſed alibi obſeruat, fuiſſe diem Boëdromionis ſextumdecimum: locus eſt in Phocione: ἐνίκων δὲ μεγάλοις μυστηρίοις, παρέχεν οἰνοχόημα Χαβρίας Ἀθηναίοις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Βοηδρομιῶνος. Idémque Lib. de Gloria Athenienſium emendan-

Digitized by Google

dus, ſiue potius ſupplendus; nam exciderat numeri nota: clarè item Polyænus Lib. III. Χαβρίας περὶ Νάξον ναυμαχῶν ἐνίκησε Βοηδρομιῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα. Erat hic annus quadringenteſimus primus Iphiti, quinquageſimus ſeptimus Periodi Metonicæ, cuius Hecatombæon cepit die viceſimo ſeptimo Iulij, feriâ tertiâ: Boëdromion die viceſimo quarto Septembris, feriâ ſexta: Boëdromionis dies decimus ſextus fuit dies octauus Octobris, feriâ ſextâ, quia Boëdromion Lunaris cauus eſt & exæreſinæus: Nouilunium commiſſum eſt die viceſimo tertio Septembris, feriâ quintâ.

3574	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉	☽
3572							
2	100.	1.	13.	2.	41.	10.	6.
	11.	5.	10.	46.	14.	12.	
	89.	3.	2.	16.	27.	26.	6.
	177.	2.	4.	24.	19.		
	266.	5.	6.	40.	46.		

Plenilunium igitur commiſſum eſt diè octauo Octobris: cùm ergo ſextus decimus Boëdromionis dies fuerit octauo Octobris die, optimè Plutarchus obſeruat pugnatum fuiſſe περὶ τὴν πανσέληνον. Quæ diximus nos admonent, vt expendamus tempus pugnæ ad Gaugamela. Exiſtimant viri præſtantiſſimi Eclipſim, cuius meminit Plutarchus in Alexandro, & quæ vndecim diebus pugnam præceſſit, contigiſſe die viceſimo Boëdromionis, & tamen pugnatum fuiſſe viceſi-

mo ſexto Boëdromionis die. Sed longè falluntur, nam Eclipſis Lunæ accidit die quintodecimo Boëdromionis, circa initia Myſteriorum, pugnam inuaſit Alexander viceſimo ſexto Boëdromionus. Plutarchus in Alexandro: *ἡ μὲν οὖν Σελήνη τοῦ Βοηδρομιῶνος ἐξέλιπεν, περὶ τὴν τῶν Μυστηρίων τῶν Ἀθήνησιν ἀρχήν. ἑνδεκάτῃ δ' ἀπὸ τῆς ἐκλείψεως νυκτὶ, τῶν στρατοπέδων ἐν ὄψει γενομένων*, &c. Idem in Camillo: *πέμπτῃ δ' φθίνοντος Βοηδρομιῶνος ἐν Ἀρβήλοις*. Iam verò ſi à viceſimo ſexto Boëdromionis die retro numeres vndecim, videbis primum Myſteriorum diem, quo Lunæ Eclipſis contigit, fuiſſe quintum decimum Boëdromionis. Annus erat ſecundus Olympiadis centeſimæ duodecimæ, ſiue annus Iphiteus quadringenteſimus quadrageſimus ſextus, ac proinde viceſimus ſextus Periodi Metonicæ, cuius Hecatombæon cepit die decimo Iulij, Boëdromion die ſeptimo Septembris: ſed Boëdromion Lunaris eſt menſis cauus, in quo fit exæreſis, quare dies quintus deciſimus Boedromionis eſt viceſimus Septembris dies, quo Eclipſis Lunæ accidit.

De pugna ad Salamina, Metoníſque primo Hecatombæone, cuius Neomenia cadit in tertium decimum Scirrhophorionis diem, infrà, *σὺν θεῷ*, ſuo loco dicemus.

CAPVT III.

HACTENVS iſta dicta ſunto aduerſus ea, quæ in exemplum ſuæ Periodi viri Incomparabiles adferunt. Sequitur, vt quæ noſtra ſit de Græcorum

Periodo

Periodo ſententia, doceamus. Tetraëteridem eſſe diximus, intra quam pariant Lunæ rationes cum annorum modo: Sunt tamen Lunæ dies in hoc interuallo ſupra rationes Tetraëteridis, quæ embolimęa non ſit, quinque, ſiue ſpectemus anni Lunaris modum, qui apud antiquos obtinuit ante Cleoſtrati tempora, de quo agemus infrà ſuo loco, θεοῦ διδόντος, ſiue anni Lunaris, vt vulgo vſurpatus fuit poſt illa tempora, ſine triente formam: Nam anni Græcorum ſimplices quatuor dant dies mille quadringentos quadraginta. Antiquiſſimus Græcorum annus Lunaris habuit dies trecentos quadraginta ſeptem, Tetraëteris huiuſmodi Lunaris habuit ſyzygias quinquaginta, ſiue dies mille quadringentos quadraginta quinque: Annus Lunaris vulgatus habuit dies trecentos quinquaginta quatuor, ac proinde Tetraëteris huiuſmodi Lunaris ſyzygias quadraginta nouem, quæ dant dies mille quadringentos quadraginta quinque. In Tetraëteride verò non Lunari, quæ embolimæa erat, dies erant mille quadringenti ſeptuaginta. Lunaris Tetraëteris antiquiſſima ſyzygias habebat quinquaginta & vnam, dieſque faciebat mille quadringentos ſeptuaginta quatuor. Lunaris verò Tetraëteris, quæ ſecuta eſt, habuit ſyzygias quinquaginta, id eſt, dies mille quadringentos ſeptuaginta quinque. Tetraëteridi non Lunari menſis interkalabatur aliquando, τῶν ὡρέων εἵνεκεν, vt loquitur Herodotus, ne ſcilicet Hecatombæon Solſtitium anteuerteret, hoc eſt, ne Solſtitium in Metagitnionem, non autem in Hecatombæonem, incideret, quod vnicè cauebatur in anno non

Lunari. Quod verò attinet dies illos quinque, ſiue quatuor, quibus Lunæ rationes ſuperabant modum Tetraëteridis, ij quidem videbantur Tetraëteridi appendi, (nam reuera non appendebantur, nec fiebat pariatio Tetraëteridis non Lunaris cum annis Lunaribus, niſi intra viginti Tetraëteridas cum annis Lunaribus antiquiſſimis, & intra triginta Tetraëteridas cum annis Lunaribus vulgatis.) id eſt, ſingulis Tetraëteridis annis vnus dies, & vni, ex illis quatuor Tetraëteridis annis, duo: Ne verò anni excederent numerum dierũ trecentorũ ſexaginta, vnus è ſingulis annis, quibus vnus dies appẽdebatur, dies itẽ eximebatur; ex illo autem cui biduum erat appenſum, biduum quoq; eximebatur. Itaq; tres anni Tetraëteridis erant ἐξαιρεσιμαῖοι, vnus verò in ſingulis Tetraëteridibus ſimplicibus erat δισεξαιρεσιμαῖος, itémque in embolimæis Tetraëteridibus, ſi ad vulgati Lunaris anni Tetraëteridem attendas: quod ſi antiquiſſimum Lunaris anni modum ſpectes, omnes Tetraëteridis embolimææ anni quatuor erunt tantùm ἐξαιρεσιμαῖοι. Menſii, cui competebat exæreſis, erat Boedromion; dies exæreſimus erat ἡ δευτέρα ἱσταμένου Βοηδρομιῶνος. Habes apud Plutarchum Lib. IX. Sympoſiacωn. VI. Quæſtione: ἐκεῖνο δέ σε, εἶπεν, ὦ Μενέφυλλε, λέληθεν, ὅτι καὶ τὴν δευτέραν τοῦ Βοηδρομιῶνος ἡμέραν ἐξῃρήκαμεν, οὐ πρὸς τὴν Σελήνην, ἀλλ' ὅτι ταύτῃ δοκοῦσιν ἐρίσαι περὶ τῆς χώρας οἱ θεοί. Idem περὶ φιλαδελφίας Lib. τὴν γὰρ δευτέραν Ἀθηναῖοι ἐξαιροῦσιν ἀεὶ τοῦ Βοηδρομιῶνος, ὡς ἐν ἐκείνῃ τῷ Ποσειδῶνι πρὸς τὴν Ἀθηνᾶν γενομένης τῆς διαφορᾶς. Quibus verbis docemur, exemtum fuiſſe hunc diem, πρὸς τὴν

Σελήνην, propter Lunæ quidem rationes, ſed aliam commentos fuiſſe cauſſam, nempe litem, quæ Neptuno cum Minerua fuit: Vnde licet concludere, diem illum, itémque alterum, ſi duo erant, qui appendebantur, adtributos fuiſſe menſi Poſideoni, cui à Neptuno nomen, & propter hunc embolimum Poſideonis diem, τὴν δευτέραν τοῦ Βοηδρομιῶνος fuiſſe exemtam, quod accidebat quotannis; itaque optimè notat Plutarchus, τὴν γὰρ δευτέραν ἐξαιροῦσιν ἀεὶ τοῦ Βοηδρομιῶνος *ſemper* exemtam fuiſſe: Nam nullus erat in ſingulis Tetraëteridis annis, in quo non eximeretur ἡ δευτέρα τοῦ Βοηδρομιῶνος: erat etiam in ſingulis Tetraeteridibus vnus, in quo biduum eximebatur, & pro δευτέρα Βοηδρομιῶνος, dicebatur τετάρτη Βοηδρομιῶνος. Cum Plutarcho paria facit M. Tullius Lib. II. in Verrem: *Eſt conſuetudo Siculorum, cæterorúmque Græcorum, quod ſuos dies, menſéſque congruere volunt cum Solis, Lunæque ratione: vt nonnunquam, ſi quid diſcrepet, eximant vnum aliquem diem, aut ſummùm, biduum ex menſe; quos illi* ἐξαιρεσίμους *dies nominant: item nonnunquam vno die longiorem menſem faciunt, aut biduo.* Sed diſtinguendæ ſunt voces, *vt nonnunquam*, & *item non nunquam*: éſtque *non nunquam*, quod Plutarchus dixit ἀεί. Semper igitur Poſideonem vno die longiorem faciebant Athenienſes, aliquando etiam, nempe in ſingulis Tetraeteridibus ſemel, biduo; Rurſum è Boedromione ſemper vnũ diem eximebant, etiã aliquando, nempe in ſingulis Tetraëteridibus ſemel, biduum. Inueſtigemus verò cui anno Tetraëteridis competat bidui ἐξαίρεσις. Refert Plutarchus Platæen-

tertius menſis Choïac, Eclipſis Solis repræſentatur è Tabulis Friſicis à viris magnis; nec alij negant eo die Nouilunium inueniri, & latitudinem etiam Lunarem, quæ poſſet eſſe Ecliptica. Quicquid tamen huius rei ſit, de quo iam non diſputamus, certum eſt, iſta referenda eſſe ad hunc ab Orbe condito annum MMM CLXXVIII. à cuius anni diebus æſtiuis cepit Olympias ſecunda, quæ cùm iam cepiſſet die viceſimo quarto Iunij, vt è Tarrutij affirmatione conſtat, omnino ſequitur in Hecatombæonem cadere Solſtitium, & falſos eſſe viros magnos, qui exiſtimant ſemper primum Olympici ſiue Attici anni menſem μετὰ τὰς τροπὰς θερινὰς cepiſſe, poſt octauum Iulij diem.

Obiicient Platonis verba è Lib. VI. de Legibus ἐπειδὰν μέλλῃ νέος ἐνιαυτὸς μετὰ θερινὰς τροπὰς τῷ ἐπιόντι μηνὶ γίγνεσθαι, ταύτης τῆς ἡμέρας τῇ πρόσθεν πάντας χρὴ τοὺς ἄρχοντας συνελθεῖν εἰς ἓν ἱερόν. Sed cùm de Magiſtratibus agat Plato, nemo non videt loqui de anno Lunari, qui Magiſtratuum erat, & alludit ad annos πρυτανείας, quorum modus ex Enneadecaëteride Metonis obſeruabatur; nulluſque dubito alludi ad tempora, quibus à Platone ſcriptus eſt hic Liber, eratque nonus annus Metonicus incepturus decimo Iulij die: ita vt vltimus præcedentis anni dies, quo Magiſtratus, qui Rempublicam gerere debebant anno imminente, iuſiurandum erant concepturi, caderet in diem nonum Iulij, poſtridie Solſtitij.

Solſtitij verò dies, hoc eſt, dies octauus Iulij, fuit caput anni Græcorum, qui Lunaris non erat, idque manifeſtò colligere licet è Dionyſij, ſiue potius Epho-

ri apud Dionyſium verbis: περιτταὶ δὲ ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἐκπληροῦσαι μετὰ τὴν τροπὴν εἴκοσι ἡμέραι. Non iam diſputamus, an viginti fuerint περιτταὶ ἡμέραι, fiet à nobis, cum bono Deo, in ſequentibus: hoc verò aſſerimus, ab Ephoro caput ſtatui, à quo numerandæ ſunt περιτταὶ ἡμέραι, Solſtitij diem. Fuit igitur Solſtitium anni Græcorum caput.

Adde, quod Hecatombæonis Neomenia, quæ verè Lunaris eſt, primi anni Olympici fuit die octauo Iulij. Nam prima Olympias, à qua Græci ſua numerant tempora, cepit à diebus æſtiuis anni ab Orbe condito termilleſimi centeſimi ſeptuageſimi quarti, Nouilunium fuit die octauo Iulij.

3174. 3116	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉	☽.
58.	81.	3.	17.	6.	56.	10.	5.
	9.	6.	23.	41.	37.	20.	
	71.	3.	17.	25.	19.	18.	5.
	118.	6.	2.	56.	3.		
	189.	2.	20.	21.	32.		

Commiſſum igitur eſt Nouilunium ipſo Solſtitij die, octauo Iulij, feriâ ſecundâ, anno ab Orbe condito termilleſimo centeſimo ſeptuageſimo quarto, atque exinde Olympiades numerant Græci: & caput anni Græcorum fuit Solſtitium: ne verò Hecatombæon anteuerteret Solſtitium, menſem interkalarunt Græci, de quo Herodotus, ἵνα δὴ αἱ ὧραι συμβαίνωσι περιγινόμεναι ἐς τὸ δέον, μῆνες ἐμβόλιμοι γίνονται, iſque annus, cui menſis interkalabatur, diebus trecentis nonagin-

Thargelionis, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι, oſtendit iſta referenda eſſe ad modum anni, qui obtinebat publicè, quando iſta ſcribebat Ephorus: atqui is annus erat Metonicus, qui fingitur tunc fuiſſe: erátque annus decimus Metonis, qui annus cepit die Iulij ſeptimo, éſtque Embolimæus, ac proinde dies viceſimus tertius Thargelionis cadit in diem decimumoctauum Iunij, à quo ſi numeres ad diem octauum Iulij, dies ſunt viginti. Rurſum anno abſoluendo ſuperſunt à Solſtitio, ſiue die octauo Iulij, eó numerato, dies ſeptemdecim: Nam cepit annus vndecimus Metonicus die viceſimoquinto Iulij. Quare reſcribẽdum eſt apud Dionyſium: Ἴλιον μὲν γὰρ ἥλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ ἔαρος, εἴκοσι πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι. περιτταὶ δὲ ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἐκπληρώσουσαι μετὰ τὴν τροπὴν ἑπτακαίδεκα ἡμέραι. Dies περιτταὶ non numerabantur à poſtero Solſtitij die, quanquam non dicantur περιτταὶ niſi quæ poſt Solſtitium annum abſoluunt, & dixit Ephorus annum ἐκπληρῶσθαι μετὰ τὴν τροπὴν, ſed numerabantur αἱ περιτταὶ ἡμέραι ab ipſo Solſtitij die, qui caput erat anni non Lunaris, & intelligunt annum Lunarem, vt plurimum, veterum rerum Scriptores, ex quo annus ille obtinuit, & in Faſtis vſurpari cepit, niſi diſtinguant. Annum autem Lunarem ſiue Metonicũ intelligi probat, quod mẽſem hunc Thargelioné cauum pronũtient fuiſſe; Nam quod alij conferũt Ilij excidiũ in ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος. Plutarchus habet ex Ephoro & alijs in Camillo, ἑβδόμῃ φθίνοντος Θαργηλιῶνος, vbi agit de memorabili Carthaginenſium cla-

de in Sicilia: καὶ Καρχηδόνιοι περὶ Σικελίαν ὑπὸ Τιμολέοντος ἡττῶντο τῇ ἑβδόμῃ φθίνοντος, περὶ ἣν δοκεῖ καὶ τὸ Ἴλιον ἁλῶναι, Θαργηλιῶνος, ὡς Ἔφορος, καὶ Καλλισθένης, καὶ Δαμάστης, καὶ Φύλαρχος ἱστορήκασι. Nempe erat πολιτικῶς ἑβδόμη φθίνοντος Θαργηλιῶνος, propter ἐξαίρεσιν τῆς δευτέρας ἱσταμένου Θαργηλιῶνος in menſe Lunari cauo: reuera tamen ὀγδόη φθίνοντος Θαργηλιῶνος ſi ad ἐξαίρεσιν non attendas.

Secundum exemplum eſt anni Iphiti quadringenteſimi primi, ſiue anni primi Olympiadis centeſimæ primæ, quo anno die viceſimo ſexto Boëdromionis, περὶ τὴν πανσέληνον, à Chabria ad Naxum pugnatum volunt, auctore Plutarcho. Sed miror iſta excidiſſe viris magnis. Plutarchi verba ſunt in Camillo: τοῦτο δὲ αὖ πάλιν Πέρσαι μηνὸς Βοηδρομιῶνος, ἕκτῃ μὲν ἐν Μαραθῶνι, τρίτῃ δ' ἐν Πλαταιαῖς ἅμα καὶ περὶ Μυκάλην ἡττήθησαν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων. πέμπτῃ δὲ φθίνοντος, ἐν Ἀρβήλοις Ἀθηναῖοι. τὴν περὶ Νάξον ἐνίκων ναυμαχίαν, ἧς Χαβρίας ἐστρατήγει, τοῦ Βοηδρομιῶνος περὶ τὴν πανσέληνον. Impoſuit illis vitioſa interpunctio. Diſtinguo: πέμπτῃ δὲ φθίνοντος ἐν Ἀρβήλοις. Referuntur iſta ad victoriam Alexandri ad Arbela ſiue Gaugamela. Ἀθηναῖοι τὴν περὶ Νάξον ἐνίκων ναυμαχίαν, ἧς Χαβρίας ἐστρατήγει, τοῦ Βοηδρομιῶνος περὶ τὴν πανσέληνον. Non hîc docet Plutarchus, (niſi exciderit numeri nota.) quotus fuerit Boëdromionis dies, ſed alibi obſeruat, fuiſſe diem Boëdromionis ſextumdecimum: locus eſt in Phocione: ἐνίκων δὲ μεγάλοις μυστηρίοις, παρεῖχεν οἰνοχόημα Χαβρίας Ἀθηναίοις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Βοηδρομιῶνος. Idémque Lib. de Gloria Athenienſium emendan-

Digitized by Google

dus, ſiue potius ſupplendus; nam exciderat numeri nota: clarè item Polyænus Lib. III. Χαβρίας περὶ Νάξον ναυμαχῶν ἐνίκησε Βοηδρομιῶνος ἕκτη ἐπὶ δέκα. Erat hic annus quadringenteſimus primus Iphiti, quinquageſimus ſeptimus Periodi Metonicæ, cuius Hecatombæon cepit die viceſimo ſeptimo Iulij, feriâ tertiâ: Boëdromion die viceſimo quarto Septembris, feriâ ſexta: Boëdromionis dies decimus ſextus fuit dies octauus Octobris, feriâ ſextâ, quia Boëdromion Lunaris cauus eſt & exæreſinæus: Nouilunium commiſſum eſt die viceſimo tertio Septembris, feriâ quintâ.

	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉	☽
3574							
3572							
2	100.	1.	13.	2.	41.	10.	6.
	11.	5.	10.	46.	14.	12.	
	89.	3.	2.	16.	27.	26.	6.
	177.	2.	4.	24.	19.		
	266.	5.	6.	40.	46.		

Plenilunium igitur commiſſum eſt die octauo Octobris: cùm ergo ſextus decimus Boëdromionis dies fuerit octauo Octobris die, optimè Plutarchus obſeruat pugnatum fuiſſe περὶ τὴν πανσέληνον. Quæ diximus nos admonent, vt expendamus tempus pugnæ ad Gaugamela. Exiſtimant viri præſtantiſſimi Eclipſim, cuius meminit Plutarchus in Alexandro, & quæ vndecim diebus pugnam præceſſit, contigiſſe die viceſimo Boëdromionis, & tamen pugnatum fuiſſe viceſi-

Digitized by Google

mo ſexto Boëdromionis die. Sed longè falluntur, nam Eclipſis Lunæ accidit die quintodecimo Boëdromionis, circa initia Myſteriorum, pugnam inuaſit Alexander viceſimo ſexto Boëdromionus. Plutarchus in Alexandro: *ἡ μὲν οὖν Σελήνη τοῦ Βοηδρομιῶνος ἐξέλιπεν, περὶ τὴν τῶν Μυστηρίων τῶν Ἀθήνησιν ἀρχήν. ἑνδεκάτῃ δ' ἀπὸ τῆς ἐκλείψεως νυκτὶ, τῶν στρατοπέδων ἐν ὄψει γενομένων*, &c. Idem in Camillo: *πέμπτῃ δ' φθίνοντος Βοηδρομιῶνος ἐν Ἀρβήλοις*. Iam verò ſi à viceſimo ſexto Boëdromionis die retro numeres vndecim, videbis primum Myſteriorum diem, quo Lunæ Eclipſis contigit, fuiſſe quintum decimum Boëdromionis. Annus erat ſecundus Olympiadis centeſimæ duodecimæ, ſiue annus Iphiteus quadringenteſimus quadrageſimus ſextus, ac proinde viceſimus ſextus Periodi Metonicæ, cuius Hecatombæon cepit die decimo Iulij, Boëdromion die ſeptimo Septembris: ſed Boëdromion Lunaris eſt menſis cauus, in quo fit exæreſis, quare dies quintus deciſimus Boedromionis eſt viceſimus Septembris dies, quo Eclipſis Lunæ accidit.

De pugna ad Salamina, Metoníſque primo Hecatombæone, cuius Neomenia cadit in tertium decimum Scirrhophorionis diem, infrà, *σὺν θεῷ*, ſuo loco dicemus.

Caput III.

Hactenvs iſta dicta ſunto aduerſus ea, quæ in exemplum ſuæ Periodi viri Incomparabiles adferunt. Sequitur, vt quæ noſtra ſit de Græcorum

Periodo ſententia, doceamus. Tetraëteridem eſſe diximus, intra quam pariant Lunæ rationes cum annorum modo: Sunt tamen Lunæ dies in hoc interuallo ſupra rationes Tetraëteridis, quæ embolimęa non ſit, quinque, ſiue ſpectemus anni Lunaris modum, qui apud antiquos obtinuit ante Cleoſtrati tempora, de quo agemus infra ſuo loco, ϑεοῦ διδόντος, ſiue anni Lunaris, vt vulgo vſurpatus fuit poſt illa tempora, ſine triente formam: Nam anni Græcorum ſimplices quatuor dant dies mille quadringentos quadraginta. Antiquiſſimus Græcorum annus Lunaris habuit dies trecentos quadraginta ſeptem, Tetraëteris huiuſmodi Lunaris habuit ſyzygias quinquaginta, ſiue dies mille quadringentos quadraginta quinque: Annus Lunaris vulgatus habuit dies trecentos quinquaginta quatuor, ac proinde Tetraëteris huiuſmodi Lunaris ſyzygias quadraginta nouem, quæ dant dies mille quadringentos quadraginta quinque. In Tetraëteride verò non Lunari, quæ embolimæa erat, dies erant mille quadringenti ſeptuaginta. Lunaris Tetraëteris antiquiſſima ſyzygias habebat quinquaginta & vnam, dieſque faciebat mille quadringentos ſeptuaginta quatuor. Lunaris verò Tetraëteris, quæ ſecuta eſt, habuit ſyzygias quinquaginta, id eſt, dies mille quadringentos ſeptuaginta quinque. Tetraëteridi non Lunari menſis interkalabatur aliquando, τῶν ὡρέων εἵνεκεν, vt loquitur Herodotus, ne ſcilicet Hecatombæon Solſtitium anteuerteret, hoc eſt, ne Solſtitium in Metagitnionem, non autem in Hecatombæonem, incideret, quod vnicè cauebatur in anno non

Σελήνην, propter Lunæ quidem rationes, ſed aliam commentos fuiſſe cauſſam, nempe litem, quæ Neptuno cum Mineruâ fuit: Vnde licet concludere, diem illum, itémque alterum, ſi duo erant, qui appendebantur, adtributos fuiſſe menſi Poſideoni, cui à Neptuno nomen, & propter hunc embolimum Poſideonis diem, τὴν δευτέραν τοῦ Βοηδρομιῶνος fuiſſe exemtam, quod accidebat quotannis; itaque optimè notat Plutarchus, τὴν γὰρ δευτέραν ἐξαιροῦσιν ἀεὶ τοῦ Βοηδρομιῶνος *ſemper* exemtam fuiſſe: Nam nullus erat in ſingulis Tetraëteridis annis, in quo non eximeretur ἡ δευτέρα τοῦ Βοηδρομιῶνος: erat etiam in ſingulis Tetraeteridibus vnus, in quo biduum eximebatur, & pro δευτέρα Βοηδρομιῶνος, dicebatur τετάρτη Βοηδρομιῶνος. Cum Plutarcho paria facit M. Tullius Lib. II. in Verrem: *Eſt conſuetudo Siculorum, cæterorúmque Græcorum, quod ſuos dies, menſéſque congruere volunt cum Solis, Lunæque ratione: vt nonnunquam, ſi quid diſcrepet, eximant vnum aliquem diem, aut ſummùm, biduum ex menſe; quos illi* ἐξαιρεσίμους *dies nominant: item nonnunquam vno die longiorem menſem faciunt, aut biduo.* Sed diſtinguendæ ſunt voces, *vt nonnunquam*, & *item non nunquam*: éſtque *non nunquam*, quod Plutarchus dixit ἀεί. Semper igitur Poſideonem vno die longiorem faciebant Athenienſes, aliquando etiam, nempe in ſingulis Tetraeteridibus ſemel, biduo; Rurſum è Boedromione ſemper vnũ diem eximebant, etiã aliquando, nempe in ſingulis Tetraëteridibus ſemel, biduum. Inueſtigemus verò cui anno Tetraëteridis competat bidui ἐξαίρεσις. Refert Plutarchus Platæen-

ſem pugnam contigiſſe Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου τετράδι. Eandem verò pugnam confert in Camillo in τρίτην Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου. Iam verò è Plutarchi ſententia nullus erat Boëdromion non ἐξαιρεσιμαῖος, ac proinde quæ τρίτη nuncupatur, erat reuera ἡ δευτέρα. Plutarchus verò de Platæenſi pugna obſeruat, contigiſſe die exæreſimo, hoc eſt, τῇ δευτέρᾳ Βοηδρομιῶνος, quæ in anno exæreſimæo τρίτη Βοηδρομιῶνος appellabatur: in anno verò ἀνεξαιρεσιμαίῳ, cuiuſmodi fuit annus, quo ad Platæas pugnatum eſt cum Perſis, dicebatur τετάρτη Βοηδρομιῶνος. Annus hic erat ſecundus Olympiadis ſeptuageſimæ quintæ, id eſt, annus Iphiti ducenteſimus nonageſimus octauus: fuit ergo decimus octauus noſtræ Periodi, ſiue annus ſecundus Tetraëteridis. Vnde concludimus annum Tetraëteridis ſecundum fuiſſe ἀνεξαιρεσιμαῖον. atque ita intra hoc quatuor annorum interuallum videbantur conciliari rationes Lunæ cum modo anni Græcorum.

Vt verò præterea rationes Solis pariarent, atque in orbem redirent, opus fuit Periodo annorum quadraginta, ſiue decem Tetraëteridum. Primæ autem Tetraëteridis primus annus numeratur cum prima Olympiade, & cœpit à Nouilunio, ipſo Solſtitij die, Iulij octauo, anno ab Orbe condito ter milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quarto.

3174.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	Θ	☽.
3116.							
58.	81.	3.	17.	6.	56.	10.	5.
	9.	6.	23.	41.	37.	20.	
	71.	3.	17.	25.	19.	18.	
	118.	6.	2.	56.	13.		
	189.	2.	20.	21.	32.		

Commiſſum igitur eſt Nouilunium die octauo Iulij, anno ab Orbe condito termilleſimo centeſimo ſeptuageſimo quarto, feriâ ſecundâ, Cyclo Solis decimo octauo, literâ Dominicali F. Cyclo Lunæ quinto. Primuſque hic fuit dies & caput Tetraeteridis Athenienſium, quam deſcribemus ſequenti Tabula, init quidem cum prima Olympiade, at longè tamen differt à Tetraeteride Olympica, vt exemplis manifeſtum fiet.

PERIODVS. ATTICA. ANNORVM. XL.

	ANNI PE- riodi.	DIES A QVO incipiunt.		ANNI PE- riodi.	DIES A QVO incipiunt.
	I.	8. Iulij.		XXI.	23. Iunij.
	II.	3. Iulij.		XXII.	18. Iunij.
	III.	28. Iunij.	ἐμϐ.	XXIII.	13. Iunij.
	IV.	22. Iunij.		XXIV.	7. Iulij.
	V.	17. Iunij.		XXV.	2. Iulij.
ἐμϐολ.	VI.	12. Iunij.		XXVI.	27. Iunij.
	VII.	7. Iulij.		XXVII.	22. Iunij.
	VIII.	1. Iulij.		XXVIII.	16. Iunij.

	IX.	26. Iunij.	ἐμϐ.	XXIX.	11. Iunij.
	X.	21. Iunij.		XXX.	6. Iulij.
	XI.	16. Iunij.		XXXI.	1. Iulij.
ἐμϐολ.	XII.	10. Iunij.		XXXII.	25. Iunij.
	XIII.	5. Iulij.		XXXIII.	20. Iunij.
	XIV.	30. Iunij.		XXXIV.	15. Iunij.
	XV.	25. Iunij.	ἐμϐ.	XXXV.	10. Iunij.
	XVI.	19. Iunij.		XXXVI.	4. Iulij.
	XVII.	14. Iunij.		XXXVII.	29. Iunij.
ἐμϐ.	XVIII.	9. Iunij.		XXXVIII.	24. Iunij.
	XIX.	4. Iulij.		XXXIX.	19. Iunij.
	XX.	28. Iunij.	ἐμϐολ.	XL.	13. Iunij.

CAPVT IV.

CONFIRMANDA eſt hæc noſtra Periodus exemplis. Legitur in Oratione Demoſthenis περὶ στεφάνου iſtud pſephiſma: ἐπὶ Χαιρωνίδου Ἡγεμόνος Ἄρχοντος, Γαμηλιῶνος ἕκτῃ ἀπιόντος, φυλῆς πρυτανευούσης Λεοντίδος, Ἀριστόνικος Φρεάρριος εἶπεν. ἐπειδὴ Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεὺς, &c. Chæronides Archon fuit anno tertio Olympiadis centeſimæ decimæ. Erat igitur annus Iphiti quadringenteſimus triceſimus nonus. Quo anno vertente, Gamelionis die viceſimo quinto, habita eſt κυρία ἐκκλησία, vna ex tribu quæ ſingulis anni Lunaris menſibus cogebantur, καὶ ἐγίνετο ἡ.

πρώτῃ, ἑνδεκάτῃ τοῦ μηνός, ἡ δὲ δευτέρα, περὶ τὴν εἰκοστήν. ἡ δὲ τρίτη, περὶ τὴν τριακοστήν. Atque inter has νομίμας κυρίας ἐκκλησίας, ἡ δευτέρα ἀνεῖται τοῖς βουλομένοις ἱκετηρίας θεμένοις, λέγειν ἀδεῶς περί τε τῶν ἰδίων, καὶ τῶν δημοσίων. Hanc δευτέραν ἐκκλησίαν fuiſſe concionem, de qua Demoſthenes, in qua verba fecit Ariſtonicus Phrearrhius, vt ſuſpicemur facit, quod Ariſtonicus verba fecerit περὶ τῶν ἰδίων, nempe de donando coronâ Demoſthene: fuit igitur hæc concio δευτέρα, quæ habebatur τῇ εἰκάδι τοῦ μηνὸς anni Lunaris, ſiue Prytaneias. Annus Iphiti quadringenteſimus triceſimus nonus, eſt triceſimus nonus noſtræ Periodi, cuius Hecatombæon cepit die decimonono Iunij: Gamelion cepit die ſextodecimo Decembris: dies viceſimus quintus Gamelionis cadit in diem nonum Ianuarij. Idem annus Iphiti quadringenteſimus triceſimus nonus, erat annus Metonicus decimus nonus, cuius Hecatombæon cepit die viceſimo ſeptimo Iulij: Poſideonis dies viceſimus (quo cogebatur ἡ δευτέρα ἐκκλησία κυρία) cadit in diem nonum Ianuarij.

439				
420	FERIÆ.	DIES.	☉	☽
19	4.	208.	16.	6.
420	4.		20.	
	0.	208.	24.	6.
		147		
Adde dies		355		

Ergo Poſideon cepit viceſimo primo Decembris die, quia vero menſis Lunaris plenus eſt, cadit viceſi-

mus Poſideonis dies, in nonum Ianuarij.

Sequitur aliud exemplum illuſtre: Exiſtimant viri magni anno ſecundo Olympiadis ſeptuageſimæ quintæ pugnatum fuiſſe à Græcis aduerſus Barbaros nauali certamine ad Salamina, die ſextodecimo Munychionis plenilunio: Eos in errorem induxit Plutarchus Lib. de Gloria Athenienſium: τὴν δ' ἕκτην ἐπὶ δέκα τοῦ Μουνυχιῶνος, Ἀρτέμιδι καθιέρωσαν, ἐν ᾗ τοῖς Ἕλλησι περὶ Σαλαμῖνα νικῶσιν ἐπέλαμψεν ἡ θεὸς πανσέληνος. Sed anno præcedenti, qui erat primus Olympiadis ſeptuageſimæ quintæ, pugnatum fuiſſe ad Salamina, teſtis eſt Herodotus, & pugnæ diem confert Plutarchus in Camillo in diem viceſimum Boedromionis: ἐν δὲ Σαλαμῖνι περὶ τὰς εἰκάδας Βοηδρομιῶνος. Non igitur die ſextodecimo Munychionis. Sed confundit Plutarchus pugnam, qua inſulam Salamina ſibi aſſeruerunt Athenienſes, auctore Solone, aduerſus Megarenſes: cum pugna, quam pugnarunt omnes terræ Græciæ populi aduerſus Barbaros ad Salamina: Ad Salamina igitur pugnatum eſt aduerſus Perſas à Græcis die viceſimo Boedromionis. De Salamine pugnatum eſt ab Athenienſibus aduerſus Megarenſes die ſextodecimo Munychionis, plenilunio. Confert Anonymus in Deſcriptione Olympiadum hanc pugnam in annum primum Olympiadis quadrageſimæ nonæ. Sed toto errat cœlo, meo iudicio: Nam antequam Leges conderet Solon, Salamina ſuis vindicauerat Athenienſibus, vt conſtat è Plutarchi narratione: Leges autem tulit, cùm Archon eſſet, anno tertio Olympiadis quadrageſimæ ſextæ, vt

conſtat è Soſicrate apud Diogenem Laertium, & ex ipſo Anonymo. Aliquot annis poſt victoriam de Salamine, Salaminij rebellarunt, & ad Megarenſes defecerunt, Athenienſium ciuitate in partes acta, ob Cylonium piaculum. Quare arceſsitur Epimenides, qui vrbem luſtraret, vt conſtat è Plutarcho in Solone: Luſtratam vrbem ab Epimenide volunt anno primo Olympiadis quadrageſimæ ſextæ, vt habet Anonymus in Deſcriptione Olympiadum. Habet prætereà obſeruatum ad annum primum Olympiadis quadrageſimæ quintæ de Cylonio piaculo, & Salaminis inſulæ defectione: Quod tamen non anno primo Olympiadis quadrageſimæ quintæ accidiſſe puto, ſed potiùs intra Olympiadem quadrageſimam quintam: Nullus tamen dubito, victoriam de Megarenſibus reportatam, & Salamina vindicatam fuiſſe ab Athenienſibus, auctore Solone, qui hoc facinore ſibi magnum peperit nomen, anno quarto Olympiadis quadrageſimæ quartæ, cùm verteret annus ab Orbe condito termilleſimus tercenteſimus quinquageſimus, Cyclo Solis viceſimo ſexto, literâ Dominicali C. Munychionis die ſextodecimo. Annus erat Iphiti centeſimus ſeptuageſimus ſextus, ſiue ſextus decimus noſtræ Periodi, cuius Hecatombæon cepit die decimo nono Iunij, dies ſextus decimus Munychionis cadit in diem triceſimum primum Martij: Nouilunium commiſſum eſt die ſextodecimo Martij:

3350 3344	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	⊙
6.	86.	6.	13.	2.	15.	14.
3344.	10.	2.	17.	13.	56.	16.
	75.	3.	19.	48.	19.	26.

Fuit igitur ἡ πανσέληνος ſexto decimo Munychionis die, ſiue triceſimo primo Martij, vt Plutarchus habet.

Annus natalis Alexandri Magni confertur in Olympiadem centeſimam ſextam ineuntem, ſub ipſum ludicri tempus: Plutarchus: ἐγεννήθη δ' οὖν Ἀλέξανδρος ἱσταμένου μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος ἕκτῃ καθ' ἣν ἡμέραν ὁ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἐνεπρήσθη νεώς. Addit, Φιλίππῳ δὲ ἄρτι Ποτίδαιαν ᾑρηκότι τρεῖς ἧκον ἀγγελίαι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἡ μὲν Ἰλλυριοὺς ἡττῆσθαι μάχῃ μεγάλῃ διὰ Παρμενίωνος· ἡ δ' Ὀλυμπιάσιν ἵππῳ κέλητι νενικηκέναι· τρίτη δὲ περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου γενέσεως. Annus erat Iphiteus quadringenteſimus viceſimus primus, ſiue viceſimus primus noſtræ Periodi, cuius Hecatombæon cœpit die viceſimo tertio Iunij: ſextus Hecatombæonis dies cadit in viceſimum octauum Iunij, pridie ludicri Olympici. Nam Nonilunium Olympicum commiſſum eſt die quintodecimo Iunij: vertebátque annus ab Orbe condito ter milleſimus quingenteſimus nonageſimus quartus, Cyclo Solis decimo octauo, Lunæ ſeptimo, litera Dominicali F.

Digitized by Google

3594	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉	☽
3572							
22	98.	1.	14.	23.	38.	2.	7.
3572	11.	5.	10.	46.	14.	12.	
	78.	3.	3.	37.	24.	18.	
	88.	4.	14.	12.	10.		
	266.	7.	17.	49.	34.		

Fuit igitur Nouilunium quinto decimo Iunij die, feriâ ſeptimâ: Agon Olympicus celebratus eſt viceſimo nono Iunij die: pridie Agonis Olympici natus eſt Alexander: Vnde colliges, cùm pridie Agonis Olympici ſit ſextus Hecatombæonis dies, differre Tetraëteridem Olympicam ab hac noſtra Attica; facile tamen poſſe deprehendi ex Hecatombæone Attico, & Nouilunij obſeruatione. Sed ad Alexandri natalem redeamus: non defuerunt, qui Alexandrum natum dicerent anno quarto Olympiadis centeſimæ quintæ, Agathocle Athenis Prætore: alij ad annum primum Olympiadis centeſimæ ſextæ, Elpino Archonte, referebant, vt videre eſt apud Anonymum in Deſcriptione Olympiadum: Sed vnde hæc varietas? Nempe quia natus eſt Alexander Olympiade centeſimâ ſextâ ineunte, cùm adhuc Athenis Prætor Agathocles Faſtos ſignaret: nam annus Metonicus, qui Magiſtratuum erat, atque ab eo Magiſtratum inibant, cepit tantùm quintodecimo Iulij die, feriâ ſecundâ:

Digitized by Google

421	DIES.	FERIÆ.	☉	☽
420				
1	196.	5.	26.	7.
420		4.	20.	
	196.	2.	18.	

Ergo quia natus eſt, Agathocle adhuc Archonte, contulerunt nonnulli natalem Alexandri in annum quartum Olympiadis centeſimæ quintæ: Rurſum quia natus eſt Olympiade centeſima ſexta ineunte, Elpinum iam tum Faſtos ſignaſſe, & Prætorem Athenis fuiſſe, alij ſunt ſuſpicati: Cùm tamen certiſſimum ſit, natum eſſe Olympiade ſexta ineunte, pridie Agonis Olympici, ſexto Hecatombæonis non Lunaris die, cùm adhuc Agathocles Athenis eſſet in Magiſtratu, decimo ſeptimo die antequam Magiſtratum iniret Archon Elpinus, & inciperet Hecatombæon Metonicus, qui die Iulij quintodecimo cepit. Atque hinc lux præferenda eſt Plutarcho ſcribenti, ἐγεννήθη δ' οὖν Ἀλέξανδρος ἱσταμένου μηνὸς Εκατομβαιῶνος, ὃν Μακεδόνες Λῷον καλοῦσιν, ἕκτῃ. Quanquam culpâ non vacat, ſed miſerè anni typos & tempora, tanquam iura coquus, confundit. Diximus iam, quomodo intelligendum ſit, quod habet de ſexto Hecatombæonis die, ſi quis conferat cum eo, quod paullo poſt addit Plutarchus, Alexandrum natum eſſe Olympiade centeſima ſexta ineunte, ſub ipſum Agonis Olympici tempus: Verùm cum hoc Hecatombæone non Lunari conferri non poteſt Lous Macedonum. Iam ve-

Digitized by Google

rò non defuerunt, qui, vt diximus, exiſtimarent natum eſſe Elpino iam Archonte: Is annus erat primus Enneadecaëteridis Metonicæ, cepítque Idibus Iulijs Hecatombæon Metonicus. Rurſum fingamus, quod fingit Plutarchus, vſurpatam iam tum fuiſſe Periodum Calippicam Autũnalem: Vertebat igitur annus triceſimus ſecundus Periodi Calippicæ, cuius Hyperberetæus cepit die ducenteſimo ſexageſimo ſexto à Kalendis Ianuarijs, ſiue nono Kalendas Octobreis anni ab Orbe cõdito termilleſimi quingẽteſimi tertij: Adde mẽſes Lunares decem: Ergo Lous cepit die centeſimo nonageſimo ſexto à Kal. Ianuarijs, ſiue Idibus Iulijs anni termilleſimi quingẽteſimi nonageſimi quarti: atque ita paria facit Lous Macedonum huius anni cum Hecatombæone Athenienſium Metonico. At iſta non præſtabunt Periodi Olympicæ & Atticæ magnorum virorum, ſed potius turbas dabunt: nam hic annus Olympicus, ex illorum ſententia, cepit die decimo ſeptimo Iulij, biduo poſtquàm Hecatombæon Metonicus ceperat: Olympicus Agon celebratus eſt pridie Kalendas Auguſti: quo die cepit Hecatombæon Periodi Atticæ illorum: caditque dies Hecatombæonis illius ſextus in quintum diem Auguſti.

CAPVT V.

OBIICIT Vir Illuſtris, quod maximè aduerſaretur noſtræ Periodo, Hecatombæonem Metonicum incidiſſe aliquando in Scirrhophorionem Tetraëteridis, quod verum eſſe non poteſt in noſtra

Periodo, imò potius Hecatombæon noſtræ Periodi incidit in Scirrhophorionem Metonicum : Sententiam tuetur vir magnus auctore Demoſthene Oratione πρὸς Τιμόθεον, καὶ οὗτοι οἱ χρόνοι ἦσαν περὶ Θαργηλιῶνα μῆνα ἐπ' Ἀστείου Ἄρχοντος. τῷ δ' ὑστέρῳ ἔτει ἀφικομένου Φιλώνδου. Si Thargelion Tetraëteridis erat vltimus menſis anni Prytaneias, ergo ὕστερον illud ἔτος incipiebat à Scirrhophorione, in quem incurrebat Hecatombæon Metonicus. Et reuera Scirrhophorion Metonicus incidebat in XIII. Thargelionis Tetraëteridis, Hecatombæon autem Metonicus in XII. Scirrhophorionis Tetraëteridis. Idem Orator ἐν τῷ κατὰ Μειδίου, τὴν τελευταίαν τοῦ Θαργηλιῶνος ait fuiſſe in negotio Διαιτητῶν vltimam anni, ſcilicet Prytaneias. φυλάξας τὴν τελευταίαν ἡμέραν τῶν Διαιτητῶν, τὴν τοῦ Θαργηλιῶνος ἢ τοῦ Σκιρροφοριῶνος γινομένην. Quem locum non aſſequitur Interpres: Nam Orator diſertè indicat, Metonicum menſem Prytaneias, nunc in Scirrhophorionem popularem, nunc in Thargelionem incidere, ac conſequenter Hecatombæonem Metonicum nunc in Scirrhophorionem Tetraëteridis, nunc in Hecatombæonem ipſum.

Sed vir magnus δουλεύων τῇ ὑποθέσει loca, quæ laudat è Demoſthene, penetrare noluit: Nam quod ad locum attinet ex Oratione πρὸς Τιμόθεον, non dixit Demoſthenes Thargelionem fuiſſe vltimum menſem, ſed Timotheum ad Regem profectum fuiſſe menſe Thargelione, ἐπ' Ἀστείου Ἄρχοντος. Philondam verò veniſſe anno ſequenti. Quod verò locum è Midiana ſpectat, videtur maioris eſſe difficultatis, cùm

tamen facillimè poſſit expediri. Arbitri affecto anno, non abſoluto, rationes reddebant. Vlpianus in Midianam: ἐξιόντος δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ οἱ Διαιτηταὶ τὰς εὐθύνας ἐδίδοσαν. menſe nempe vndecimo. Vlpianus ibidem: οἱ Διαιτηταὶ ἐν τῷ Σκιῤῥοφοριῶνι τὰς εὐθύνας ἐδίδοσαν, ὅς ἦν ἑνδέκατος μὴν παρ' Ἀθηναίοις. Sed error eſt calami, ἐν τῷ Σκιῤῥοφοριῶνι, omnino enim legendum eſt, ἐν τῷ Θαργηλιῶνι. Thargelione igitur menſe, qui vndecimus menſis erat Lunaris & Prytaneias, (neque enim hîc alij menſes intelligendi ſunt) rationes reddebant Arbitri, & quæ poſtrema erat in negotio τοῦ Διαιτητοῦ, vltima quoque erat menſis Thargelionis: nam rationes ſuas referebant ἐν ἡμέραις τριάκοντα, ὅταν τὰς ἀρχὰς ἀποθῶνται. Dixit autem Demoſthenes, φυλάξας τὴν τελευταίαν ἡμέραν τῶν Διαιτητῶν, τὴν τοῦ Θαργηλιῶνος ἢ τοῦ Σκιῤῥοφοριῶνος γινομένην, eandem diem eſſe Thargelionis aut Scirrhophorionis. Erat nempe ἡ τριακὰς Thargelionis, quæ cùm ſit ἔνη καὶ νέα, etiam ad ſequentis menſis νουμηνίας pertinet. Optimè Vlpianus, ſi αὐτὴ τοῦ, τὴν τοῦ Σκιῤῥοφοριῶνος, τὴν τοῦ Θαργηλιῶνος ſubſtituas: Μειδίας οὕτω κακούργως ἐφύλαξε τὴν τελευταίαν ἡμέραν, τὴν τοῦ Θαργηλιῶνος, ἣν τινες ἔνην καὶ νέαν, τινὲς δὲ νουμηνίαν νομίζουσι. καὶ διὰ τοῦτο ἔνιοι τῶν Διαιτητῶν οὐκ ἀπήντων ἐπὶ τὰς εὐθύνας, νομίζοντες ἐκβεβηκέναι τὸν μῆνα. Ex his vides, quare dixerit Orator illum diem fuiſſe aut Thargelionis, aut Scirrhophorionis, quia nempe ἡ τριακὰς ſiue ἔνη καὶ νέα etiam ad ſequentis menſis νουμηνίας pertinere putabatur, itaque Θαργηλιῶνος ἔνη καὶ νέα τοῦ Σκιῤῥοφοριῶνος γίγνεσθαι cenſebatur. Erant ergo hi duo menſes continui. Scirrhophorion Thargelio-

nem excipiebat, & ad eundem anni modum, Lunarem ſcilicet, vterque pertinebat, non autem vnus anni Tetraëteridis, alter anni Lunaris & Prytaneias erat.

Expendendus quoque eſt locus eximius apud Diogenem Laertium in Zenonis Cittiei vita: Refert pſephiſma Athenienſium de Zenone: ἐπ' Ἀῤῥενίδου Ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς Ἀκαμαντίδος, πέμπτης πρυτανείας, Μαιμακτηριῶνος δεκάτῃ ὑστέρᾳ, τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας ἐκκλησία κυρία τῶν Προέδρων ἐψήφισεν, &c. Non iniuria poſſet aliquis ſuſpicari, Mæmacterionem, cuius hic mentio, eſſe Tetraëteridis, & anteuerti à Mæmacterione Lunari ſiue Prytaneias pæne menſe vno: ita vt Mæmacterion Tetraëteridis cadat in Poſideonem Lunarem, quod rationes noſtræ Periodi funditus euerteret. Sed dicendum eſt Mæmacterionem hunc eſſe Lunarem: nam huius Mæmacterionis die viceſima, (id eſt μαιμακτηριῶνος δεκάτῃ ὑστέρᾳ) habetur κυρία ἐκκλησία, quæ cogebatur non die viceſima menſis Tetraëteridis, ſed tantùm die viceſima menſis Lunaris. Dices vertere quintum orbem Prytaneias: & diem viceſimum Mæmacterionis, eſſe diem centeſimum ſexageſimum tertium anni Lunaris: at verò dies Mæmacterionis Lunaris viceſimus, eſt centeſimus triceſimus ſeptimus anni Lunaris: Ego verò iſthuc ibam; aſſeróque non vertiſſe quintum orbem Prytaneias, (Prytaneiæ ſingulæ habent dies triginta quinque.) ſed quartum: diémque viceſimum Mæmacterionis fuiſſe diem triceſimum ſecundum quarti Prytaneias orbis vertentis, cùm Acamantis, quæ quinta ordine imperabat hoc

hoc anno, regnum huius diei obtineret; iamque vndecies Tribus omnes, quæ tunc temporis duodecim erant, imperaſſent, & duodecimam iam vicem inſtaurarent. Quare reſcribo: ἐπ' Ἀῤῥενίδου Ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς Ἀκαμαντίδος, τετάρτης πρυτανείας, (niſi quis malit πέμπτης πρυτανείας referre ad Acamantidem, quæ quinta ordine erat πρυτανεύουσα) Μαιμακτηριῶνος δεκάτῃ ὑστέρᾳ, δευτέρᾳ καὶ τεσσαρακοστῇ τῆς πρυτανείας.

DE ANNO SOLARI GRÆCORVM.

CAPVT VI.

NVLLVM alium ab Athenienſibus obſeruatum fuiſſe annum Solarem, præter Iulianum, poſtquàm Auguſti Edicto imperatus eſt, ſuſpicantur ſummi viri, nullo argumento, imò potius, audebo dicere, præter rei veritatem, vt in ſequentibus, Deo dante, palàm faciemus: nunc enim excutienda ſunt, ὡς ἐν παρεκβάσεως μέρει, quæ ab Illuſtri Heroë dicuntur, Diatribâ, *De anno Iuliano Athenienſium.* Interpres, inquit, Demoſthenis Vlpianus non conſtat ſibi, cùm menſes Atticos apud Demoſthenem cum Romanis comparat: Nam in ea περὶ ςεφάνου vbi Orator dicit, μηνὸς Ἐλαφηβολιῶνος ἕκτῃ φθίνοντος, Vlpianus exponit, Σεπτεμβρίου εἰκοστετάρτῃ, quaſi Hecatombæon ſit Ianuarius: Item μέχρι τοῦ Θαργηλιῶνος μηνὸς, ille Ἀπριλίου. Ergo non iam Hecatómbæon, ſed Antheſterion erit Ianuarius. Denique Μουνυχιῶνος ἕνῃ καὶ νέᾳ,

ipſe interpretatur, Ἰανουαρίου τελευτῆ. En tres Ianuarios Vlpiani Sophiſtæ, Hecatombæonem, Antheſterionem, Munychionem. Ac malè quidem iſta Vlpianus ad Demoſthenis ætatem, ſi excipias quod Thargelionem comparat cum Aprili, quod omnino verum eſt è modo anni Græcorum non Lunaris: Nam quia Neomeniam menſis Hecatombæonis in Iunium Iulianum incidiſſe, vt plurimùm, conſtat ex ijs quæ in ſuperioribus diſputauimus: Noemenia enim Hecatombæonis nunquam remotior fuit die octauo Iulij; verè Thargelion cum Aprili poteſt comparari: ſed quod Elaphebolionem cum Septembri, Munychionem cum Ianuario comparat, fallitur, ſi ad Demoſthenis ætatem referat: poſteriora enim longè ſunt, atque aliunde petenda: Nos ita cenſemus. Vndecumque Athenienſes anni caput deduxerint, ſemper Hecatombęonem principem menſium conſtituerunt, & menſium ordinem ita inuerterunt, quod etiam ex ijs, quæ infrà, σὺν θεῷ δ' εἰπεῖν, ſumus dicturi, clarius & illuſtrius demonſtrabitur. Cùm igitur admiſerunt annum Iulianum, cuius primus menſis eſt Ianuarius, è ſede ſua Hecatombæonem deturbarunt, & in Ianuario principem menſem ſtatuerunt: atque ita, quod ſcribit Vlpianus, eſt factum, vt Elaphebolion comparetur cum Septembri. Rurſum cùm menſis Aprilis conſtitutus eſt à Chriſtianis princeps menſium anni propter ſolenne Paſchalis, Hecatombæon quoque ab Athenienſibus Chriſtianis collocatus eſt in Aprilis ſede: vnde Munychion cum Ianuario comparatur.

His expoſitis, accedamus ad hoc argumentum de Solari anno Athenienſium. Liquidò conſtat è Plinij verbis Lib. XXXIV. cap. XVI. Athenienſes poſt Demetrij Phalerei tempora vſurpaſſe anni Solaris modum: *Nullíque arbitror*, inquit, *plures ſtatuas dicatas, quàm Demetrio Phalereo Athenis. Siquidem trecentas ſexaginta ſtatuêre, quas mox lacerauerunt, nondum anno hunc numerum dierum excedente.* Vides Demetrij Phalerei ætate annum fuiſſe tantùm dierum trecentûm ſexaginta: at verò poſt hæc tempora numerum hunc dierum exceſſit, factúſque eſt Solaris, id eſt, dierum trecentorum ſexaginta quinque: cùm enim *nondum exceſſiſſe* dicat Plinius *numerum dierum trecentûm ſexaginta*, Demetrio Phalereo Athenis rerum potiente, ſubindicat poſteà exceſſiſſe, & factum eſſe Solarem, ſiue dierum trecentorum ſexaginta quinque: ſed modum huius anni excutiamus.

Nullus dubito, nihil ab Athenienſibus immutatum fuiſſe in menſium contextu, quos habuerunt πεντακονθημέρους, vt prius, cùm annus eſſet tantùm dierum trecentûm ſexaginta: ſed tamen vt annus fieret Solaris, extra ordinem menſium, explendis anni ſpatijs dies quinque, quæ Επαγόμεναι dicuntur, appendebantur menſi vltimo Scirrhophorioni; atque ita annus fiebat dierum trecentorum ſexaginta quinque; fuitque hic iuſtus & legitimus anni modus.

Caput verò anni à Solſtitio ad Æquinoctium Autumnale traductum eſt, id eſt, à die octauo Iulij, ad diem ſeptimum Octobris, quo Æquinoctium committi putarunt: idque acceperunt Athenienſes ab

Alexandri Magni ſucceſſoribus, in quorum poteſtatem venerunt: eſtque traducta Hecatombæonis ſedes à Solſtitio ad Æquinoctium Autumnale: cæteri menſes eum excipiunt eadem ſerie atque ordine.

Quanquam autem annus explicaretur diebus trecentis ſexaginta quinque, ignorare tamen non poterant illi anno ad perfectionem, & vt paria cum rationibus Solis faceret, quadrantem diurni temporis deeſſe, quo neglecto in centum viginti annis per menſem integrum recedit caput anni ab Epocha Solari. Huic rei vt medicina fieret, Athenienſes anno centeſimo viceſimo interkalarem menſem dierum triginta inſeruerunt, fuitque annus centeſimus & viceſimus dierum trecentorum nonaginta quinque: atque ita anni caput rediit in gratiam & in orbem cum Epocha Solari. Fuit igitur Periodus annorum centum & viginti, cuius hoc eſt Diagramma.

PERIODVS. ANNORVM. CXX.

ANNI PERIODI.	NEOMENIA HECAtombæonis.	DIES ANNI.
I	7. Octobris.	365
II	7. Octobris.	365
III	7. Octobris.	365
IV	7. Octobris.	365
V	6. Octobris.	365
VI	6. Octobris.	365

ANNI PERIODI.	NEOMENIA HECATOMBÆONIS.	DIES anni.
VII	6. Octobris.	365
VIII	6. Octobris.	365
IX	5. Octobris.	365
X	5. Octobris	365
XI	5. Octobris.	365
XII	5. Octobris.	365
XIII	4. Octobris.	365
XIV	4. Octobris.	365
XV	4. Octobris.	365
XVI	4. Octobris.	365
XVII	3. Octobris.	365
XVIII	3. Octobris.	365
XIX	3. Octobris.	365
XX	3. Octobris.	365
XXI	2. Octobris.	365
XXII	2. Octobris.	365
XXIII	2. Octobris.	365
XXIV	2. Octobris.	365
XXV	1. Octobris.	365
XXVI	1. Octobris,	365
XXVII	1. Octobris.	365
XXVIII	1. Octobris.	365

Digitized by Google

		Neomenia Hecatombæonis.	Dies anni.
	[illegible]	0. Septembris.	365
	[illegible]	0. Septembris.	365
	3[illegible]	0. Septembris.	365
	3[illegible]	0. Septembris.	365
	[illegible]	[illegible] Septembris.	365
	[illegible]	[illegible] Septembris.	365
	2[illegible]	[illegible] Septembris.	365
	2[illegible]	[illegible] Septembris.	365
VII	2[illegible]	[illegible] Septembris.	365
VIII	2[illegible]	[illegible] Septembris.	365
IX	2[illegible]	[illegible] Septembris.	365
[illegible]	2[illegible]	[illegible] Septembris.	365
[illegible]	27	[illegible] Septembris.	365
[illegible]	27	[illegible] Septembris.	365
[illegible]	27	[illegible] Septembris.	365
[illegible]	27	[illegible] Septembris.	365
	26.	[illegible] Septembris.	365
	26.	[illegible] Septembris.	365
	26.	[illegible] Septembris.	365
	26.	[illegible] Septembris.	365
	25.	[illegible] Septembris.	365
	25.	[illegible] Septembris.	365

ANNI PERIODI.	NEOMENIA HEcatombæonis.	DIES anni.
LI	25. Septembris.	365
LII	25. Septembris.	365
LIII	24. Septembris.	365
LIV	24. Septembris.	365
LV	24. Septembris.	365
LVI	24. Septembris.	365
LVII	23. Septembris.	365
LVIII	23. Septembris.	365
LIX	23. Septembris.	365
LX	23. Septembris.	365
LXI	22. Septembris.	365
LXII	22. Septembris.	365
LXIII	22. Septembris.	365
LXIV	22. Septembris.	365
LXV	21. Septembris.	365
LXVI	21. Septembris.	365
LXVII	21. Septembris.	365
LXVIII.	21. Septembris.	365
LXIX	20. Septembris.	365
LXX	20. Septembris.	365
LXXI	20. Septembris.	365
LXXII	20. Septembris.	365

Digitized by Google

ANNI PERIODI.	NEOMBNIA HEcatombæonis.	DIES anni.
LXXIII	19. Septembris.	365
LXXIV	19. Septembris.	365
LXXV	19. Septembris.	365
LXXVI	19. Septembris.	365
LXXVII	18. Septembris.	365
LXXVIII	18. Septembris.	365
LXXIX	18. Septembris.	365
LXXX	18. Septembris.	365
LXXXI	17. Septembris.	365
LXXXII	17. Septembris.	365
LXXXIII	17. Septembris.	365
LXXXIV	17. Septembris.	365
LXXXV	16. Septembris.	365
LXXXVI	16. Septembris.	365
LXXXVII	16. Septembris.	365
LXXXVIII	16. Septembris.	365
LXXXIX	15. Septembris.	365
XC	15. Septembris.	365
XCI	15. Septembris.	365
XCII	15. Septembris.	365
XCIII	14. Septembris.	365
XCIV	14. Septembris.	365

XCV

ANNI PERIODI.	NEOMENIA HEcatombæonis.	DIES anni.
XCV	14. Septembris.	365
XCVI	14. Septembris.	365
XCVII	13. Septembris.	365
XCVIII	13. Septembris.	365
XCIX	13. Septembris.	365
C	13. Septembris.	365
CI	12. Septembris.	365
CII	12. Septembris.	365
CIII	12. Septembris.	365
CIV	12. Septembris.	365
CV	11. Septembris.	365
CVI	11. Septembris.	365
CVII	11. Septembris.	365
CVIII	11. Septembris.	365
CIX	10. Septembris.	365
CX	10. Septembris.	365
CXI	10. Septembris.	365
CXII	10. Septembris.	365
CXIII	9. Septembris.	365
CXIV	9. Septembris.	365
CXV	9. Septembris.	365
CXVI	9. Septembris.	365

Digitized by Google

ANNI. PERIODI.	NEOMENIA HEcatombæonis.	DIES anni.
CXVII	8. Septembris.	365
CXVIII	8. Septembris.	365
CXIX	8. Septembris.	365
CXX	8. Septembris.	365

Peracta centum atque viginti annorum Periodo, quorum ſinguli diebus trecentis ſexaginta quinque explicantur, excepto centeſimo viceſimo, qui eſt dierum trecentûm nonaginta quinque, eôdem redit, vnde ceperat primus Periodi annus, nempe in ſeptimum Octobris diem: cuius rei nullum quidem veterum auctorem habemus, ſed exemplis è veteri hiſtoria petitis deprehendi poteſt.

Capvt VII.

Refert Epiphanius Hæreſi Ἀλόγων natum eſſe Dominum, Auguſto XIII. & Siluano Coſſ. die quinto Ianuarij, anno ab Orbe condito termilleſimo nongenteſimo quadrageſimo octauo, literâ Dominicali E. Cyclo Solis octauo, Lunæ decimo nono. Comparat vero quintum Ianuarij diem cum Mæmacterionis, vt vulgo editur, ſexto: (atq; ad iſta Epiphanij referenda eſt Suidæ nota: Μαιμακτηριὼν, ὁ πέμπτος μὴν παρ' Ἀθηναίοις, ὁ Ἰανουάριος.) γεννηθέντος γὰρ αὐτοῦ περὶ τὸν Ἰανουάριον μῆνα, τουτέστι πρὸ ὀκτὼ Εἰδῶν Ἰανουαρίων, ἥτις ἐστὶ κατὰ Ῥωμαίους πέμπτη τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς, κατὰ Ἀθη-

ναίοις Μαιμακτηρίων ϛ'. Rurſum Chriſtus baptizatus eſt, Silano & Nerua Coſſ. die quinto Nouembris, (ita alibi probamus emendandum eſſe) anno ab Orbe condito termilleſimo nongenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, literâ Dominicali D C. Cyclo Solis nono, Lunæ decimo. Comparatur autem quintus Nouembris dies cum ſeptimo die Metagitnionis: καὶ ἐβαπτίσθη ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ τῷ τριακοστῷ ἔτει τῆς ἐνσάρκου γεννήσεως, τουτέστι, πρὸ ἓξ Νοεμβρίων Εἰδῶν, κατ' Ἀθηναίους Μεταγειτνιῶνος ἑβδόμῃ. Quæ hic dicuntur ab Epiphanio de modo anni Athenienſium, obſcuriora ſunt folijs Sibyllæ, itaque viri vndecumque doctiſſimi tanquam conclamata deponunt, nos de via medici audebimus erigere, & medicinam facere, beneficio huius noſtræ Periodi. Annus natalis Chriſti eſt, vt diximus, ex Epiphanij ſententia, termilleſimus nongenteſimus quadrageſimus octauus ab Orbe condito, literâ Dominicali E. Cyclo Solis octauo, Lunæ decimo nono. Dies natalis eſt quintus Ianuarij. Age verò, annum Athenienſium in noſtra Periodo inueſtigemus: eò nos deducet annus Baptiſmi, cuius dies, quintus Nouembris comparatur cum ſeptimo Metagitnionis. Anno igitur Natali Chriſti vertebat annus centeſimus decimus nonus huius noſtræ Periodi Atticæ, cuius Hecatombæon cepit die octauo Septembris anni præcedentis: adde menſes quatuor tricenûm dierum ſingulos, vltimus quarti menſis, id eſt, Pyanepſionis dies cadit in diem quintum Ianuarij anni termilleſimi nongenteſimi quadrageſimi octaui, feriâ primâ: eodémque die, occaſo Sole, ce-

pit Mæmacterionis Neomenia: quare expungendam cenſemus apud Epiphanium literam numeralem: κατ᾽ Ἀθηναίους Μαιμακτηριῶν, id eſt, imminente Mæmacterionis Neomenia.

Quod verò ad annum Baptiſmi attinet, fuit is, ex Epiphanij ſententia, termilleſimus nongenteſimus ſeptuageſimus ſeptimus, literâ Dominicali D C. Cyclo Solis nono: Dies verò Baptiſmi eſt quintus Nouembris, qui comparatur cum ſeptimo die Metagitnionis. Vertebat annus viceſimus nonus, huius noſtræ Periodi Atticæ, cuius Hecatombæon cepit à die triceſimo Septembris eiuſdem anni termilleſimi nongenteſimi ſeptuageſimi ſeptimi: Ergo dies ſeptimus Metagitnionis cadit in diem quintum Nouembris, feriâ ſextâ.

DE ANNO LVNARI GRÆCORVM.

CAPVT VIII.

ANTIQVISSIMIS ante Cleoſtratum Tenedium temporibus longè diuerſus fuiſſe videtur anni Lunaris modus: nam ſingulis quoque biennijs menſem interkalabant, vt conſtat è Cenſorino: *Veteres in Græcia ciuitates cùm animaduerterent, dum Sol annuo curſu orbem ſuum circuit, Lunam interdum terdecies exoriri, idq; ſæpe alternis fieri, arbitrati ſunt Lunares duodecim menſes & dimidiatum ad annum naturalem conuenire: itaque annos ciuiles ſic ſtatuerunt, vt interkalando facerent alternos duodecim menſium, alternos tridecim: vtrum-*

que annum ſeparatim vertentem; iunctos ambos annum magnum vocantes: poſteà cognito errore hoc tempus duplicarunt, & Tetraëterida fecerunt. Eximius eſt hic locus, è quo diſcimus anni Lunaris formam apud Græcos: Erat enim modus illius dierum trecentûm quadraginta ſeptem, qui in menſes diſtribuebantur duodecim, quorum vndecim erant dierum viginti nouem, vnus dierum viginti octo, quot dierum fecit ſuum Februarium Numa, Græcorum, vt puto, obſeruatione inſtructus: Singulis verò biennijs menſis interkalabatur, alternis viginti nouem, alternis viginti octo dierum. Sed hic magnus annus ſuperabat rationes Lunæ diebus quindecim; itaque Tetraëterida fecerunt: Horum quæ diximus demonſtratio patet: Nam magnus hic annus Lunaris, qui duos complectitur vertentes, ſingulos trecentûm quadraginta ſeptem dierum, & prætereà menſem embolimum dierum viginti nouem, dat dies ſeptingentos viginti tres: at verò cùm Luna ſpatia ſua conficiat intra trecentos quinquaginta quatuor dies, huiuſmodi biennium dies dat ſeptingentos octo: Superſunt igitur dies quindecim, qui in ſequenti biennio erogantur: Nam adde diebus ſeptingentis viginti tribus, modum duorum annorum, dies ſcilicet ſexcentos nonaginta quatuor, & prætereà menſem interkalarem dierum viginti octo, fient dies mille quadringenti quadraginta quinque. Totidem dies dabunt quatuor anni Lunares, ſinguli trecentûm quinquaginta quatuor dierum, cum embolimo menſe dierum viginti nouem. De hoc anno intelligendus eſt Geminus his verbis: οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι τοὺς μῆνας

Digitized by Google

τριακονθημέρους ἦγον, τοὺς δ᾽ ἐμβολίμους παρ᾽ ἐνιαυτόν. Intelligit proculdubio hunc anni Lunaris modum, cui *παρ᾽ ἐνιαυτὸν*, alterniis menſis interkalabatur : ſed quod ſequitur, *τοὺς μῆνας τριακονθημέρους ἦγον*, commodè eſt intelligendum : Nam menſes numerabant perinde ac ſi eſſent triginta dierum, cùm tamen eſſent tātùm viginti nouem dierum : vnus etiam vno minor, nempe viginti octo, omnibus tamen imputabatur *ὡς τριακάς*, beneficio *τῆς ἐξαιρέσεως καὶ τῆς διεξαιρέσεως.* Atq; hoc impoſuit proculdubio Herodoto, qui annū non Lunarem confudit cum hoc Lunari, Muſa II. *ἄγουσι δὲ τοσῷδε σοφώτερον Ἑλλήνων, ὅσῳ Ἕλληνες μὲν διὰ τρίτου ἔτεος ἐμβόλιμον ἐπεμβάλλουσι, τῶν ὡρέων εἵνεκεν.* Optimè dixit, *τῶν ὡρέων εἵνεκεν.* Nam intra Octaëterida non differebant à ratiocinijs Solis, niſi tribus diebus ; ſed fallitur cùm Muſâ I. ex eo quod menſes, qui caui erant, *ἦγον τριακονθημέρους*, putauit quoque eſſe tricenûm dierum, & numerauit dies anni non Lunaris, cùm debuiſſet numerare dies anni Lunaris, cuius modus erat dierum trecentûm quadraginta ſeptem, & alternis annis accedebat menſis embolimus : itaque in annis ſeptuaginta menſes embolimi erant triginta quinque : *Εἰ δὲ δὴ ἐθελήσει τοὔτερον τῶν ἐτέων μηνὶ μακρότερον γίνεσθαι, ἵνα δὴ αἱ ὧραι συμβαίνωσι παραγινόμεναι ἐς τὸ δέον, μῆνες μὲν παρὰ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτεα οἱ ἐμβόλιμοι γίνονται τριάκοντα πέντε.* Imò etiam plures: nam in ſingulis Octaëteridibus quinque menſes interkalabantur, *ἵνα δὴ αἱ ὧραι συμβαίνωσι παραγινόμεναι ἐς τὸ δέον.*

Periodus anni non Lunaris erat annorum quadraginta, atque ita conciliabantur rationes Solis, ſiue

annus Iulianus cum modo annorum Atticorum. At verò totidem huiuſmodi anni Lunares, additis embolimis ſex menſibus viginti nouem dierum ſingulis, propter embolimæos annos non Lunares, dant dies decies & quater mille ſexcentos & viginti quatuor. Itaque ſuperant rationes Periodi annorum non Lunarium diebus quatuordecim. Vt verò paria tandem faciant, coniungenda eſt & altera annorum quadraginta Periodus, & anni totidem Lunares, additis tantum embolimis quinque menſibus dierum item viginti nouem ſingulis, propter embolimæos annos non Lunares: nam dant dies decies & quater mille quingentos nonaginta quinque: atque ita octoginta anni Lunares huiuſmodi dant dies viceſies & nouies mille ducentos & nouemdecim, vno minus die, quam duæ annorum non Lunarium Periodi, quæ dant viceſies & nouies mille ducentos & viginti dies, fitque conciliatio, vt & in Enneadecaëteride Paſchali καθ' ὑποτομήν. Eſt igitur Periodus annorum Lunarium octoginta, cuius primus annus incipit cum primo anno Periodi annorum non Lunarium, hoc eſt, octauo Iulij die. Exemplo ſententia noſtra confirmanda eſt. Refert Plutarchus in Camillo, pugnatum fuiſſe ad Marathonem die Boëdromionis ſexto: τοῦτο δή αὖ πάλιν, Πέρσαι μηνὸς Βοηδρομιῶνος ἕκτῃ μὲν ἐν Μαραθῶνι ἡττήθησαν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων. idque circa plenilunium, vt ex Herodoto conſtat Muſâ VI. Λακεδαιμονίων δὲ ἧκον ἐς τὰς Ἀθήνας δισχίλιοι μετὰ τὴν πανσέληνον, καὶ τελέθοντες ἐκ Σπάρτης ἐγένοντο ἐν τῇ Ἀττικῇ, ὕστεροι δὲ ἀπικόμενοι τῆς συμβολῆς, &c. Annus erat ſecundus Olympiadis ſeptuageſimæ

ſecundæ; id eſt, annus Iphiti ducenteſimus octageſimus ſextus, & annus ab Orbe condito termilleſimus quadringenteſimus quinquageſimus nonus; literâ Dominicali G. Cyclo Solis viceſimo tertio, Lunæ quinto: Erat annus ſextus octauæ Periodi annorum non Lunarium vertentis, ac proinde annus quadrageſimus primus Periodi annorum Lunarium cepit diebus quatuordecim ſolidis poſt Solſtitij ſedem, diem Iulij octauum: itaq; cepit viceſimo ſecundo Iulij die: quadrageſimus ſextus, de quo nunc agitur, cepit die decimo octauo Iunij: vnde ſequitur Boëdromionis diem ſextum cadere in diem viceſimum Auguſti, quo die commiſſum eſt plenilunium, hoc anno: nam Nouilunium fuit die ſexto Auguſti.

3459	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉	☽
3420							
39	82.	1.	0.	34.	37.	19.	5.
3420	10.	5.	23.	4.	42.	24.	
	71.	2.	1.	29.	55.	23.	
	147.	7.	15.	40.	16.		
	218.	2.	17.	10.	11.		

Ergo plenilunium die viceſimo Auguſti commiſſum eſt, eoque ipſo die, qui ſextus erat, ſiue potius πολιτικῶς ſeptimus, Boëdromionis anni Lunaris antiquiſſimi, ad Marathonem pugnatum eſt.

DE

Digitized by Google

DE OCTAETERIDE CLEOSTRATI.

CAPVT IX.

CLEOSTRATVM Tenedium primum Octaëterida compoſuiſſe auctor eſt Cenſorinus, ad anni Lunaris modum, quem ſibi alijſq; perſuaſit eſſe dierum trecentorum quinquaginta quatuor: atque intra hanc Octaëteridem pariare vtriuſque ſideris rationes, & τῶν φαινομένων ἀποκατάστασιν fieri putauit.

Octaëteridem hanc, cuius menſes omnes alternis ſunt caui & pleni, Poſideon etiam δεύτερος plenus, ſcriptam fuiſſe à Cleoſtrato, anno ſecundo Olympiadis ſexageſimæ primæ, annis decem poſt obſeruatam ab Anaximandro obliquitatem Zodiaci, ſuſpicatur Illuſtriſſimus Heros, anno Periodi Atticæ quartodecimo, cuius Hecatombæon cepit die ſeptimo Auguſti, Gamelion quinto Februarij die: at primus huius Octaëteridis Gamelion Neomeniam habuit octauo Ianuarij die.

Caput quidem huius Octaëteridis fuit octauus Ianuarij dies, ſed cepit Octaëteris Cleoſtratea anno primo Olympiadis ſexageſimæ octauæ, anno ab Orbe condito termilleſimo quadringenteſimo quadrageſimo tertio, Cyclo Solis ſeptimo, literâ Dominicali F. octauo Ianuarij die, quo commiſſum eſt Nouilunium.

Digitized by Google

3442 3420	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉	☽
22.	89.	1.	14.	23.	38.	2.	7
3420.	10.	5.	23.	4.	42.	24.	
	78.	2.	15.	18.	56.	6.	
	295.	1.	7.	20.	31.		
	373.	3.	22.	39.	27.		
	365.						
	8.						

Octauo igitur Ianuarij die, feriâ tertiâ, anno primo Olympiadis ſexageſimæ octauæ, cepit Octaëteris Cleoſtrati, anno noſtræ Periodi viceſimo nono, Gamelionis illius die ſecundo: atque ita optimè Gamelioni huius Octaëteridis Cleoſtrateæ conuenit cum Gamelione noſtræ Periodi: Nam licet Gamelion Cleoſtrati ceperit die ſecundo Gamelionis noſtræ Periodi, tamen ſequens dies idem numeratur: nam nonus Ianuarij dies eſt τρίτη Γαμηλιῶνος ἱσταμένου noſtræ Periodi: idem quoque eſt τρίτη Γαμηλιῶνος ἱσταμένου Cleoſtrati: erat enim Gamelion Cleoſtrati cauus; itaque propter exæreſim pro δευτέρα ἱσταμένου, numerabatur τρίτη ἱσταμένου.

Digitized by Google

OCTAETERIS CLEOSTRATI.

ANNI. PERIODI.	DIES A QVO INCIPIVNT.	LITERA DOminicalis.
ἐμϐολ. I.	8. Ianuarij.	F.
II.	27. Ianuarij.	E.
ἐμϐολ. III.	16. Ianuarij.	DC.
IV.	3. Februarij.	B.
V.	23. Ianuarij.	A.
ἐμϐολ. VI.	12. Ianuarij.	G.
VII.	31. Ianuarij.	F. E.
VIII.	19. Ianuarij.	D.

Sed non ſtatim admiſſa eſt hæc Octaëteris, vt conſtat nobili exemplo pugnæ Marathoniæ, de quo in ſuperioribus:Gamelionem Cleoſtrati diximus eſſe cauum: Nam omnis Lunaris anni primus menſis, item tertius, & ita deinceps alternis erant caui: habes exemplum in anno Lampſacenorum apud Ariſtotelem, OEconomicῶn Lib. II. cuius verba adſcribemus, vt à nobis illuſtrentur: τόν τε περὶ τῦ χρόνον διδοὺς τοῖς στρατιώταις τῇ δευτέρᾳ τῆς νουμηνίας τὰς σιταρχίας, τῷ μὲν πρώτῳ μηνὶ παρέβη τρεῖς ἡμέρας, τῷ δ᾽ ἐχομένῳ, πέντε. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον περιῆγεν, ἕως εἰς τὴν τριακάδα ἦλθε. Hunc locum attigit vir ſummus, ſed Ariſtotelis mentem non videtur aſſecutus: non enim vnum tantum integrum menſem eſſet lucratus Mnemo, ſed etiam prætereà, vt numerat Illuſtriſſimus Heros, menſes quinque, & dies octodecim. Quod eſt contra Ari-

Digitized by Google

ſtotelis mentem, qui hoc tantùm ſcribit, Mnemonem, vt numerabat, veniſſe εἰς τὴν τριακάδα, hoc eſt, dies tantùm triginta exemiſſe, atq; lucratum fuiſſe. Senſus igitur verborũ Ariſtotelis hic eſt. Solebat olim, inquit, tyrannus poſtridie Kalendarum cuiuſque menſis militibus ſuis menſtruam metiri annonam: quia autem poſtridie Kalendarum, id eſt, τῇ δευτέρᾳ τῆς νουμηνίας, ſtipendium numerabat, ratione dierum, qui intercedebant ἀπὸ τῆς δευτέρας τῆς νουμηνίας εἰς τὴν τριακάδα, hinc fiebat, vt aliquot, ſingulis menſibus, dies lucraretur, nempe menſe cauo, cuiuſmodi erat apud Lampſacenos menſis primus, vt hinc liquet, dies tres, nam ἡ δευτέρα τῆς νουμηνίας menſe cauo, propter exæreſim, τρίτη ἱσταμένου appellabatur, menſe verò pleno, dies duos: atque ita triginta dies, hoc eſt, vnum integrum menſem lucrabatur intra duodecim menſes alternis cauos & plenos; nempe primo menſe, qui cauus erat, tres dies lucrabatur: ſecundo menſe, qui plenus erat, duos dies, qui tribus diebus præcedentis menſis additi faciunt quinque, atque ita deinceps hoc modo dies, quorum ratione ſtipendium militibus & annonam metiebatur, menſium numerabat: XXVII. XXVIII. XXVII. XXVIII. XXVII. XXVIII. XXVII. XXVIII. XXVII. XXVIII. XXVII. XXVIII. Sic menſem integrum lucrabatur. Sed è diuerticulo in viam. Boëdromion eſt perpetuo ἐξαιρεσιμαῖος, inquit Plutarchus, quod non tantum intelligendum eſt in anno non Lunari, ſed etiam in Lunari. Thargelionem cauum eſſe probat, quod ex Ephoro apud Plutarchum & Dionyſium Halicarnaſſeum ad-

fertur de Ilij excidio : itémque quod de die natali Apollinis in veterum Commentarijs legimus. Nam Apollinem natum perhibent τῇ ἕκτῃ τοῦ Θαργηλιῶνος ἱσταμένου, & tamen appellatur ἑβδομαγενής, & Thargelia celebrabantur Athenis τῇ ἑβδόμῃ τοῦ Θαργηλιῶνος ἱσταμένου, nempe verè erat dies ſextus Thargelionis, ſed πολιτικῶς dicebatur ἑβδόμη τοῦ Θαργηλιῶνος ἱσταμένου propter τὴν τῆς δευτέρας ἱσταμένου ἐξαίρεσιν.

DE OCTAETERIDE HARPALI.

CAPVT X.

OCTAETERIS Cleoſtratea ab Harpalo vitium facere eſt deprehenſa: Quare Harpalus illam interpolauit; fecitque Octaëteridem dierum bis mille nongentorum viginti quinque: treſque anni in hac Octaëteride dies habent ſinguli trecentos quinquaginta quinque. Nam ſecundus, quartus, & quintus annus menſes habent ſinguli cauos quinque tantùm. Vt igitur ex Octaëteride Cleoſtrati poſſimus aſſequi & deprehendere diem in Octaëteride Harpali, per triduum ſunt promouendæ Neomeniæ Octaëteridis Cleoſtrati.

Exemplis rem illuſtrabimus. Cleo extra ordinem Strategus ſuffectus eſt menſe Boëdromione in locum Niciæ vltrò ſe abdicantis præfectura, vt conſtat è Plutarcho in Nicia: eâque ipsâ die contigit Lunæ Eclipſis. Ariſtophanes:

Digitized by Google

Εἶτα τὸν θεοῖσιν ἐχθρὸν βυρσοδέψην Παφλαγόνα
Ἡνίχ᾽ ᾑρεῖσθε Στρατηγὸν, τὰς ὀφρῦς συνήγομεν,
Κἀποιοῦμεν δεινά. βροντὴ δ᾽ ἐρράγη δι᾽ ἀστραπῆς,
Ἡ Σελήνη δ᾽ ἐξέλιπε τὰς ὁδούς.

Scholia: ἐπειδὴ ἔκλειψις ἐγένετο Σελήνης τῷ προτέρῳ ἔτει ἐπὶ Στρατοκλέους Βοηδρομιῶνι. Illa ipſa die Boëdromionis, qua extra ordinem electus eſt Cleo, Lunam eſſe paſſam Eclipſim, teſtis eſt Comicus, qui de electo Cleone iſta habet:

--- ὅτε τῇ προτέρᾳ νουμηνίᾳ
Ἐπεθείατο ὁδὸν, βυρσοδέψην, Παφλαγόνα.

Acciderunt iſta Stratocle Athenis Prætore, anno quarto Olympiadis octageſimæ octauæ, cùm verteret annus ab Orbe condito termilleſimus quingenteſimus viceſimus quintus, literâ Dominicali B A. Cyclo Solis quinto, Lunæ quartodecimo: Luna defecit die nono Octobris. Annus erat Iphiti tercenteſimus quinquageſimus ſecundus: ſi demas ex hoc numero annos ducentos ſexaginta octo, habes annum tertium vertentem vndecimæ Octaëteridis Cleoſtrati, cuius Gamelion cepit die ſextodecimo Ianuarij, Boëdromion nono Septembris. Sed promouenda eſt Neomenia per triduum ex Harpali emendatione. Ergo Boëdromion cepit die duodecimo Septembris. Quare τριακὰς Boëdromionis, erat autem cauus menſis, cadit in diem decimum Octobris, Luna verò defecit veſperi diei præcedentis, noni Octobris, cùm iam cepiſſet ἡ τριακὰς Boëdromionis, vt quidem Athenienſes ſuos numerant dies: τριακὰς verò ſiue ἔνη καὶ νέα, etiam pars νουμηνίας menſis ſequentis cenſetur: itaque

optimè dixit Ariſtophanes, Equitibus:

—ἐσὶ τῇ προτέρᾳ νουμηνίᾳ
Ἐπρίατο δοῦλον, βυρσοδέψην Παφλαγόνα.

Sequitur aliud exemplum. Cepit primus Hecatombæon Metonicus anno quarto Olympiadis octageſimæ ſextæ deſinente, Prætore Athenis Apſeude. Dies erat tertiusdecimus Scirrhophorionis, in quem incidit Neomenia primi Hecatombæonis Metonici. Diodorus Siculus Lib. XII. ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις Μέτων ὁ Παυσανίου μὲν υἱός, δεδοξασμένος δὲ ἐν ἀστρολογίᾳ, ἐξέθηκε τὴν ὀνομαζομένην Ἐννεαδεκαετηρίδα, τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος ἀπὸ μηνὸς ἐν Ἀθήναις Σκιρροφοριῶνος τρισκαιδεκάτης. Annus erat Iphiti tercenteſimus quadrageſimus quartus deſinens: ac proinde erat annus quartus decimæ Octaëteridis Cleoſtrati: annus ab Orbe condito termilleſimus quingenteſimus decimus octauus, Cyclo Lunæ ſeptimo, Solis viceſimo ſexto, litera Dominicali C. Cepit Gamelion anni quarti Octaëteridis Cleoſtrati die Februarij tertio, feria quarta: Scirrhophorion cepit triceſimo Iunij die, feria quarta: Sed promouenda eſt per triduum Neomenia Scirrhophorionis ex Harpali emendatione. Cepit ergo Scirrhophorion die tertio Iulij, feria ſeptima, & tertiusdecimus Scirrhophorionis dies cadit in quintumdecimum Iulij diem, feria quinta: Nouilunium autem hoc anno commiſſum eſt hac ipſa die.

Digitized by Google

3518	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉	☽.
3496							
22	89.	1.	14.	23.	38.	2.	7.
3496	11.	2.	4.	55.	28.	4.	
	78.	6.	9.	28.	10.	26.	
	118.	6.	2.	56.	13.		
	199.	5.	12.	24.	23.		

Quare vere dixit Diodorus Metonem ſtatuiſſe primum ſuum Hecatombæonem die tertiodecimo Scirrhophorionis: nam in hunc tertiumdecimum diem Scirrhophorionis Octaëteridis Harpaleæ cadit Nouilunium, à quo Meto primum Hecatombæonem ſuæ Enneadecaëteridis auſpicatus eſt.

SAMVELIS

Digitized by Google

SAMVELIS PETITI MISCELLANEORVM

LIBER IX.

ECLOGÆ CHRONOLOGICÆ.

LIBER II.

DE ROMANORVM PERIODO.

MVLTA, eáque eximia Illuſtriſſimus Heros, in diuino de Emendatione Temporum opere, obſeruauit de Romanorum anno, eiuſque modo, ſed quominus in eius ſententiam eamus, & Periodum à Romanis, quam illis adſcribit, vſurpatam fuiſſe nobis perſuadeamus, facit, quod non conueniat cum minore Romanorum Periodo, id eſt, Luſtro, quod erat quinque annorum interuallum, ſed in partes ſecet: Deinde nullus interkalaris menſis omittebatur, quod tamen in hac Periodo omnino neceſſum eſt fieri: nullum *Merkedonium* omitti teſtis eſt omni exceptione maior Liuius Lib. I. de Numa agens: *Atque omnium primum ad curſum Lunæ in duodecim menſibus deſcribit*

Digitized by Google

annum. Quem, quia tricenos dies ſingulis menſibus Luna non explet, deſuntque dies ſolido anno, qui Solſtitiali circumagitur orbe, interkalares menſes interponendo, ita diſpenſauit, vt viceſimo quoque anno (ita habent veteres editiones; nam τὸ *viceſimo quarto quoque anno* eſt à correctorum manu.) *ad metam eandem Solis, vnde orſi eſſent, plenis annorum omnium ſpatijs, dies congruerent.* Liuius vocat *plena ſpatia* interkalationes *Merkedonij* menſis, quibus inania ſpatia anni Romani explentur, vt cum Solſtitiali curſu æquentur. Omnium verò annorum plena fuiſſe ſpatia aſſerit: Ergo nullus fuit annus embolimæus, cui interkalaris menſis non ſit interpoſitus, ac proinde Merkedonius nullus omiſſus eſt. Sed quomodo fiet, vt anni tempeſtates in alias ſedes non transducantur, ſi ſingulis biennijs duo dies ſupra rationes Solis ſuccreſcant? Minor Romanorum Periodus fuit annorum quinque, *Luſtrum* appellant: E duobus *Luſtris* conflata eſt maior Periodus annorum decem, intra quam Solis rationes cum Romanorum anno pariant & exæquantur. Periodum fuiſſe decem annorum probat maximè Liuij locus, vt infra, cum bono Deo, dicemus: Ea verò illius eſt ratio. Singulis bienniis *Merkedonius* menſis interkalatur, viginti duorum aut viginti trium dierum, alternis: Atque ita in hac decem annorum Periodo quinquies interkalatur *Merkedonius*. At verò, cùm intra hoc decennium dies decem ſuccreſcant ſupra rationes Solis, huic malo medicina facta eſt hoc modo: Ex anno nono exemti ſunt dies decem: meminit huius ἐξαιρέσεως

Macrobius his verbis: *Verùm fuit tempus, cùm propter ſuperſtitionem interkalatio omnis omiſſa eſt; nonnunquam verò per gratiam Sacerdotum, qui cum publicanis proferri vel imminui conſultò anni dies volebant, modò auctio, modò retractio dierum proueniebat, & ſub ſpecie obſeruationis emergebat maior confuſionis occaſio.* Quáquam enim obſeruet Macrobius, iſta facta fuiſſe per Sacerdotum gratiam, tamen hinc conſtat obſeruatum fuiſſe è more dies aliquot anni imminuere & retrahere, quemadmodum moris quoque erat, nonnullos interkalare: Retractio autem iſta dierum fiebat, non quidem in menſe Merkedonio, plena enim erant menſium interkalarium ſpatia, ſed in tribus menſibus anni, nempe Quintili, Septembri, & Nouembri; è menſe Quintili quatuor dies eximebantur; è Septembri tres; è Nouembri totidem: atque ita annus imminuebatur diebus decem, qui, meo iudicio, appellantur in veteri illo Romanorum Kalendario MERKEDONII. id enim ſignificat, vt volunt viri erudiſſimi, nota MERK. quæ quibuſdam diebus Quintilis, Septembris, & Nouembris, adſcribitur in illo Kalendario: factáque eſt appellatio MERKEDONII communis menſi, qui interkalabatur, & diebus, qui eximebantur, nec id ſine cauſſa: nam non minus conducit hæc dierum aliquot ἐξαίρεσις ad exæquandum & conciliandum annũ Romanũ cũ rationibus Solis, quã embolimi interkalatio menſis, indeque τὸ MERKEDONIVS nomen accepit: nam Μερκηδόνιος eſt παρὰ τὸ μὴν, Æolicè μεὶς, in veteri Latio MER, & κηδέω, vnde κηδόνιος. nam

de exæquando anno Romano cum Sole ſolliciti ſūt, qui vel menſem embolimum intercalant, vel dies de menſibus eximunt. Sed in Kalendario Romano malè quadratarius quinquies adſcripſit notā MERK. in menſe Quintili: quatuor enim tantum erant in menſe Quintili dies MERKEDONII. Præterea neque in hoc menſe, neque in duobus item alijs, adſcripti ſunt ſuis locis hi dies: Nam apponenda eſt hæc nota diebus tantum illis, qui à Nonis ad Eidus numerantur: ratio in promptu eſt, quia definitus eſt Nonarum & Kalendarum numerus, vt conſtat è Macrobio: Quintilis enim ſeptimanas Nonas, September & Nouember quintanas habebant; in omnibus verò ad ſeptemdecim Kalendæ computabantur. Eximendi igitur fuerunt dies, qui à Nonis ad Eidus numerantur: vnde etiam, neque à Macrobio proditur definitus illorum numerus, quia aliquando, nempe in anno ἐξαιρεσιμαίῳ, eximebantur dies hi: Diximus autem dies fuiſſe, qui à Nonis ad Eidus numerantur, ſed tamen mihi certum eſt atque indubitatum, diem ipſum Eidus exemtum non fuiſſe, oportebat enim numerari Eidus ipſas. Nonum verò annum Periodi ἐξαιρεσιμαῖον facimus, non tantùm rationibus moti, quæ è ſuperioribus poſſunt colligi, ſed etiam exemplo admodum illuſtri, de quo in ſequentibus, σὺν θεῷ δ' εἰπεῖν, dicemus: atque ita annus nonus habebat tantùm dies trecentos quadraginta quinque: En autem Periodi Diagramma:

Digitized by Google

PERIODVS. ROMANORVM. ANNORVM. DECEM.

ANNI. ROMANI.				ANNI. SOLARES.	
PERIODI.	DIES COL-LECTI.	ſuper-flui.	Horæ.	DIES col-lecti.	Horæ.
I.	355.	11.	6.	365.	6.
Emb. II.	732.	0.	12.	730.	12.
III.	1087.	11.	18.	1095.	18.
Emb. IV.	1465.	0.	0.	1461.	0.
V.	1820.	11.	6.	1821.	6.
Emb. VI.	2197.	0.	12.	2191.	12.
VII.	2552.	11.	18.	2556.	18.
Emb. VIII.	2930.	0.	0.	2922.	0.
ἐξαιρ. IX.	3275.	11.	6.	3287.	6.
Emb. X.	3652.	0.	12.	3652.	12.

Quòd verò Liuius docet, viginti annorum fuiſſe Periodum, nihil aduerſum nos facit, imò contra noſtram validè confirmat ſententiam, de annorum decem Periodo: Nam cùm ſimplex Periodus eſſet annorum decem, duas coniungit, quia duodecim horæ ſuperſunt ſupra rationes anni, vt videre eſt in Tabella, quæ nunquam, niſi alteris decem annis, poſt quos nihil relinquitur, exæquabuntur, vt hic habes;

ALTERA. PERIODVS.

ANNI. ROMANI. ANNI. SOLARES.

PERIODI.	DIES COL-LECTI.	ſuper-flui.	Horæ.	DIES col-lecti.	Horæ.
XI.	355.	11.	18.	365.	18.
Emb. XII.	732.	0.	0.	730.	0.
XIII.	1087.	11.	6.	1095.	6.
Emb. XIV.	1465.	0.	12.	1461.	12.
XV.	1820.	11.	18.	1821.	18.
Emb. XVI.	2197.	0.	0.	2191.	0.
XVII.	2552.	11.	6.	2556.	6.
Emb. XVIII.	2930.	0.	12.	2922.	12.
ἐξαιρ. XIX.	3275.	11.	18.	3287.	18.
Emb. XX.	3652.	0.	0.	3652.	0.

Redit hoc modo ad eandem Sol metam, vnde orſi erant Romani, nec quicquam relinquitur, primuſque qui rurſum interkalatur *Merkedonius*, eſt dierum viginti duorum: Periodum hanc afferamus illuſtri exemplo: Anno ſecundo Olympiadis nonageſimæ octauæ ineunte, Theodoto Athenis Prætore, capta eſt Roma à Gallis Senonibus, vt è Polybio, Diodoro Siculo, aliis, conſtat, & peccat Dionyſius Halicarnaſſeus Hiſtoriâ I. vnius anni prochroniſmo, aut confundit ineuntem annum ſecundum cum primo affecto, quod verius puto: idque Iulio menſe acci-

Digitized by Google

dit, habemúſque auctorem Plutarchum, Liuium, Tacitum; quanquam videantur diſſentire de die Iulij, quo capta eſt Vrbs, quo item ad Aliam eſt pugnatum. Sed id iam non quærimus: Expendamus Plutarchi verba: De Alienſi clade iſta habet in Cauſſis: ὅτι μετὰ τὰς Κυϊντιλίας Εἰδοὺς, ἃς νῦν Ἰουλίας καλοῦσιν, ἐξάγοντες οἱ Χιλίαρχοι τὸ στράτευμα, περὶ τὸν Ἀλίαν ποταμὸν ἐκρατήθησαν ὑπὸ Κελτῶν μάχῃ. Ecce confert Plutarchus, an verè iam non diſputo, in diem decimum ſeptimum Kalendas Sextileis: Hoc tempus idem deſcribit in Camillo duobus characteribus: Nam pugnatum fuiſſe dicit plenilunió, & præterea circa Solſtitium: ἐγένετο δ' ἡ μάχη περὶ τροπὰς θερινὰς περὶ τὴν πανσέληνον. An ex vero characteres hos appoſuerit, inueſtigemus, cum bono Deo. Annus erat ab Orbe condito termilleſimus quingenteſimus ſexageſimus tertius, Cyclo Solis quintodecimo, Lunæ quartodecimo, literâ Dominicali C. Nouilunium commiſſum eſt in Kalendario Iuliano, die viceſimo octauo Iunij, feriâ ſecundâ.

3563.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉	☽.
3496.							
67.	102.	7.	3.	20.	48.	19.	14.
3496.	11.	2.	4.	55.	28.	4.	
	90.	4.	22.	25.	20.	15.	
	88.	4.	14.	12.	10.		
	179.	2.	12.	37.	30.		

Plenilunium igitur fuit in Kalendario Iuliano, die

duodecimo Iulij, feriâ ſecundâ. Idem annus erat ab Vrbe condita tercenteſimus ſexageſimus ſextus, ſiue nonus Periodi noſtræ, cuius initium ducimus ab anno Vrbis centeſimo octageſimo octauo, qui erat annus ab Orbe condito termilleſimus tercenteſimus octageſimus quintus. Nonum eſſe patet annum Periodi, quia centeſimus ſeptuageſimus nonus annus eſt à primo Seruij Luſtro: Eſt igitur annus nonus decimæ octauæ Periodi vertentis: Kalendæ Ianuariæ anni noni noſtræ Periodi Kalendis Ianuarij Iuliani poſteriores ſunt diebus octo ſolidis. Quare Kalendæ Quintileis veteris huius anni cadunt in diem quintum Quintilis Iuliani, feria ſecunda; Sed hic annus habet ἐξαιρεσίμους dies quatuor in menſe Quintili: ergo tres tantum ſunt Eidus dies: Eidus igitur Quintileis huius anni, ſiue vndecimus huius Quintilis dies, cadunt in diem quintumdecimum Quintilis Iuliani. Atqui duodecimo Quintilis Iuliani die fuit plenilunium, vt iam diximus: Cùm igitur poſtridie harum Eiduum, qui dies erat duodecimus huius Quintilis veterum Romanorum, pugnatum ſit, Plutarchus confundens veterem Quintilem Romanum cum Iuliano, obſeruat pugnatum fuiſſe περὶ τὴν πανσέληνον, plenilunio ipſo, nempe quinta decima Luna: idemque dies erat octauus in Kalendario Iuliano à Solſtitij ſede, die octauo Iulij. Verum Sacerdotibus, quorum arbitrio interkalãdi ratio erat permiſſa, ob odium vel gratiam omnia deprauarunt: itaque toties fines ſuos migrauit anni caput: quotieſcumque autem rem in integrum reſtitui curatum

eſt, hic

eſt, hic anni modus, & dierum *Merkedoniorum* vſus reſtitutus eſt.

Vnum hîc exquirendum reſtat, quid appellet Cicero *Myſteria*, & *Myſteriorum diem*, quod maximè confirmabit noſtram ſententiam de diebus *Merkedonijs*: Libro V. ad Atticum. *Cùm ſcies Romæ interkalatum, velim ad me ſcribas certum, quo die myſteria futura ſint.* Libro VI. *Sed vt tibi placebit. Facieſque me, in quem diem Romana incidant myſteria, certiorem, & quomodo hyemaris.* Libro XV. *Et tu etiam ſcito, quo die olim piaclum myſteria. Ilicet, vt vt res ſit, caſus conſilium noſtri itineris iudicabit. Dubitemus igitur. Eſt enim hiberna nauigatio odioſa, eoque ex te quæſieram myſteriorum diem.* Loci è Libro V. itemque è VI. priores ſunt emendatione Iuliani anni: ille verò è Lib. XV. ea poſterior eſt: neſcit autem ante emendationem Iulianam, an menſis *Merkedonius* ſit interkalatus, an dies *Merkedonij* imminuti ſint, & hoc vtrumque *interkalare* appellat. Quærit igitur an interkalatum ſit, & exemti aut eximendi ſint dies *Merkedonij* menſis Quintilis, & Septembris, itémque Nouembris, vnde diſcat in quem diem cadant *Myſteria*, quæ niſi dies *Merkedonij* eximerentur, inciderent ſemper in eundem & ſtatum Nouembris diem: at quia è Nouembri dies ſunt eximendi, quod pro Pontificum arbitrio, non è Periodi lege, ſæpius fiebat, quærit in quem Nouembris diem incidant *Myſteria*. Nam *Myſteria* appellat diem Nouembris, de quo Plutarchus in Marcello: τότε τοῦ πολέμου συμπεσόντος ἠναγκάσθησαν εἶξαι λογίοις τισὶν ἐκ τῶν Σιβυλλείων

δύο μὲν Ἕλληνας, ἄνδρα καὶ γυναῖκα, δύο δὲ Γαλάτας ὁμοίως ἐν τῇ καλουμένῃ βοῶν ἀγορᾷ κατορύξαι ζῶντας, οἷς ἔτι καὶ νῦν ἐν τῷ Νοεμβρείῳ μηνὶ δρῶσιν Ἕλλησι καὶ Γαλάταις ἀποῤῥήτους καὶ ἀθεάτους ἱερουργίας. Quod verò emendato iam anno, quærit de *Myſteriorum* die, factum eſt, quia poſt Cæſaris cædem, antequam Auguſtus manum admoueret, non videtur à Pontificibus obſeruatus admodum certè religioſè hic anni modus.

DE ANNO CONFVSIONIS.

VIDEO eruditiſſimis viris eſſe perſuaſum, eum annum, *Confuſionis* appellant, qui præceſſit primum annum Iulianum, fuiſſe dierum quadringentorum quadraginta quatuor: idque & veterum ſcriptorum auctoritate, & exemplis ex hiſtoria petitis demonſtrare contendit Vir Illuſtris magni operis Lib. II. itémque IV. Sed eius ſententiæ non poſſumus accedere, quia rationes, quibus illam tuetur, nobis quidem non faciunt ſatis, vt liquidò in ſequentibus, ſi Deus dederit, demonſtrabimus.

Annum *Confuſionis* quindecim menſium facit in D. Iulio Suetonius cap. XL. *Conuerſus hinc ad ordinandum Reipubl. ſtatum, faſtos correxit, iampridem vitio Pontificum per interkalandi licentiam adeo turbatos, vt neque meſſium feriæ æſtati, neque vindemiarum autumno, competerent: Annumque ad curſum Solis accommodauit, vt trecentorum ſexaginta quinque dierum eſſet: & interkalario menſe ſublato, vnus dies quarto quoque interkala-*

retur. Quo autem magis in poſterum ex Kalendis Ianuarijs nobis temporum ratio congrueret, inter Nouembrem & Decembrem menſem, interiecit duos alios, fuitque is annus, quo hæc conſtituebantur, quindecim menſium cum interkalario, qui ex conſuetudine in eum annum inciderat. Modulum horum trium menſium Dio Lib. XLIII. ſcribit fuiſſe dierum ſexaginta ſeptem tantum, & falli, qui plures dies à Cæſare, ſiue ex conſuetudine, ſiue vt in poſterum ex Kalendis Ianuariis ratio temporum congrueret, interkalatos eſſe, proderēt: ταῦτά τε ἐνομοθέτησε, καὶ τὰς ἡμέρας τῶν ἐτῶν οὐ πάνυ τι ὁμολογούσας σφίσι (πρὸς γὰρ τὰς τῆς σελήνης περιόδους ἔτι καὶ τότε τοὺς μῆνας ἦγον) κατεστήσατο ἐς τὸν νῦν τρόπον, ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα ἡμέρας ἐμβολιμῶν, ὅσαι περ ἐς τὴν ἀπαρτιλογίαν παρέφερον. ἤδη μὲν γάρ τινες καὶ πλείους ἔφασαν ἐμβληθῆναι, τὸ δ' ἀληθὲς οὕτως ἔχει. Tres igitur menſes, qui huic anno *Confuſionis* à Cæſare adiecti ſunt, fuerunt ſinguli eiuſdem moduli, cuius erant interkalarij: nempe vnus atque alter viginti duorum dierum quiſque, tertius viginti trium dierum. De hoc anno iſta habet Macrobius Lib. I. cap. XIV. *Ergo C. Cæſar exordium nouæ ordinationis initurus, dies omnes qui confuſionem adhuc poterant facere, conſumſit: eáque re factū eſt, vt annus* Confuſionis *vltimus in dies* CCCCXLIV. *protenderetur.* Quod hic habes de quadringentis quadraginta quatuor diebus, refert quoque Cenſorinus: *Adeóque aberratum eſt, vt C. Cæſar Pontifex Maximus, ſuo III. & M. Æmilij Lepidi Conſulatu, quo retro delictum corrigeret, duos menſes interkalarios dierum ſexaginta ſeptem in menſem Nouembrem &*

Decembrem interponeret , cùm iam menſe Februario dies tres & viginti interkalaſſet , facerétque eum annum dierum quadringentorum quadraginta quatuor . Sed omnino verum non eſt, duos illos menſes interkalarios, quos in menſem Nouembrem & Decembrem interpoſuit Cæſar, fuiſſe dierum ſexaginta ſeptem. Quis enim fuiſſet hic menſis modus ? Neque veriſimile eſt, interkalatos fuiſſe à Cæſare menſes alterius moduli, quàm eius qui obtinebat, aut ipſe in vulgus editurus erat, & certè interkalauit tantùm, vt teſtatur dies ſexaginta ſeptem, qui diſtributi ſunt in tres menſes interkalarios Romanos, quorum vnus è conſuetudine in eum annum inciderat, alij duo à Cæſare interpoſiti ſunt in menſem Nouembrem & Decembrem, vt retrò delictum corrigeret: atque ita factus eſt hic annus menſium quindecim, ſiue dierum quadringentorum viginti duorum: neque pluribus diebus opus fuit, vt omnis confuſio tolleretur, & ex Kalendis Ianuarijs temporum ratio congrueret, quod his argumentis demonſtratur.

Anno ab Orbe condito termilleſimo octingenteſimo nonageſimo ſexto, qui erat annus ab Vrbe condita ſexcenteſimus nonageſimus nonus, L. Domitio Ahenobarbo, & Ap. Claudio Pulchro Coſſ., dies ſextus Kalendas Octobris anni Romani incidit paullo ante Æquinoctium Autumnale: conſtat ex his M. Tullij Libro IV. ad Atticum, Epiſtola XVII. *Ab Quinto fratre, & à Cæſare accepi A. D. IX. Kalend. Nouemb. literas, confectâ Britanniâ, obſidibus acceptis, nullâ prædâ, imperatâ tamen pecuniâ, datas à littori-*

Digitized by Google

bus Britanniæ. proximo A.D. VI Kalend. Octob. exercitum Britanniâ reportabant. Geſta iſta ſunt, eo, quo diximus, Conſulatu L. Domitij Ahenobarbi & Ap. Claudij Pulchri: & ex ante diem ſextum Kalendas Octobris Cæſar ſuum exercitum Britanniâ reportauit; idque paullo ante Æquinoctium Autumnale: Cæſar ipſe teſtis eſt Libro V. de Bello Gallico: *Quas cùm aliquamdiu Cæſar fruſtra expectaſſet, ne anni tempore nauigatione excluderetur, quod Æquinoctium ſuberat, neceſſario anguſtius milites collocauit, ac ſummam tranquillitatem conſecutus, ſecundâ initâ cùm ſoluiſſet vigiliâ, primâ luce terram attigit, omneſque incolumes naues perduxit.* Æquinoctium hîc πολιτικῶς intelligitur, cuius ſedes erat dies ſeptimus Octobris Iuliani, ne quis putet accipiendum eſſe de Æquinoctij ſede ab ipſo Cæſare poſtea conſtituta. Comparandus eſt igitur M. Tullius cum Cæſare: Cadit dies ſextus Kalendas Octobris huius anni paullo ante diem ſeptimũ Octobris Iuliani: Erat autem hic annus ἐμβολιμαῖος: Nam ſecundus erat Periodi noſtræ Romanæ, vt hinc colliges: Erat annus A.V.C. ſexcenteſimus nonageſimus nonus: abijce è perpetua methodo annos centum octoginta ſeptem, ſuperſunt anni quingenti duodecim: diuide hos quingentos duodecim annos per decem, reliquantur duo: eſt ergo ſecundus annus noſtræ Periodi Romanæ, quo anno Merkedonium parem interkalabant: Anno interkalari dies ſextus Kalendas Octobris eſt ducenteſimus octageſimus quartus: Dies verò ſeptimus Octobris Iuliani eſt ducenteſimus octageſimus & vnus: ſed quia ſex-

terpellarentur nundinatores. Eratque nonus dies *Nundinis* deputatus, in orbem perpetuò vertens. Ouidius:

Eſt quoque qui nono ſemper ab orbe redit.

Verùm vnde ducendum ſit initium numerandi nonum hunc quemque diem, ſiue *Nundinas*, cùm altum ſit apud veteres ſilentium, quærendum eſt. Fuit olim apud Romanos menſis Martius anni caput, à cuius menſis noua Luna, id eſt, ἀπὸ τῆς φάσεως, & prima nouæ Lunæ viſione, ſiue biduo poſt commiſſum ſecundum medios motus Nouilunium, numerare incipiebant *Nundinas*, eaſque toto vertente anno ad nouam rurſum Lunam menſis Martij anni ſequentis obſeruabant. Coniecturæ noſtræ fundus eſt hic Dionis locus de Kalendis Ianuariis anni A. V. C. IↃCCI. in quas inciderunt *Nundinæ*, quod argumento eſt, non ab ipſo anni capite, ſiue Kalendis Ianuariis, numerari *Nundinas*, ſed aliunde earum iniri numerum, à prima nempe nouæ Lunæ menſis Martij viſione: Nam anno ab Orbe condito termilleſimo octingenteſimo nonageſimo ſeptimo, commiſſum eſt ſecundum medios motus Nouilunium die viceſimo ſeptimo, ſiue potius viceſimo octauo (nam annus erat biſſextilis.) Februarij Iuliani, feriâ quintâ. Cepit autem annus A. V. C. ſeptingenteſimus die tertio Ianuarij Iuliani huius anni cIↃcIↃ cIↃ IↃcccxcvii. Quare Martius Romanus cepit pridie Kalendas Iuliani Martij; Kalendæ Martiæ Iulianæ dies erant φάσεως, ſiue primæ viſionis nouæ Lunæ; ab illo autem die ineundus

Digitized by Google

cundus eſt numerus orbis *Nundinarum* : ita vt dies ſecundus Martij ſit primus orbis huius, & die decimo Martij fuerint primæ *Nundinæ* huius anni vertentis ad τὴν φάσιν, & primam nouæ Lunæ viſionem Martij ſequentis proximè. Vnde patet Kalendas Ianuarias anni veteris Romani A.V.C. ſeptingenteſimi primi incidiſſe in *Nundinas*, quod teſtatur Dio. Nam fuerunt hæ Kalendæ Ianuariæ anni A.V.C. Iↄ c cI. die viceſimo tertio Decembris Iuliani, anni ab Orbe condito cIↄcIↄcIcIↄcccxcvii. qui dies omnino cadit in *Nundinas*, ſi earum orbem repetas à Kalendis Martij Iuliani, deſinit enim triceſimus tertius orbis *Nundinarum* in hunc viceſimum tertium Decembris Iuliani diem. Hoc ipſum de *Nundinis* quod diximus, probat aliud exemplum ex eodem Dione Lib. XLVIII. ἔν τε τῷ πρὸ τούτου ἔτει ἡμέρα ἐμβόλιμος παρὰ τὰ καθεστηκότα ἐνεβλήθη, ἵνα μὴ ἡ νουμηνία τοῦ ἐχομένου ἔτους τὴν ἀγορὰν τὴν διὰ τῶν ἐννέα ἡμερῶν ἀγομένην λάβῃ· ὅπερ ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου σφόδρα ἐφυλάσσετο, καὶ ὅτι ἀνθυφηρέθη αὖθις, ὅπως ὁ χρόνος κατὰ τὰ τῷ Καίσαρι τῷ προτέρῳ δόξαντα συμβῇ. Verba Macrobij ſunt: *Quotiens incipiente anno dies cepit, qui addictus eſt* Nundinis, *omnis ille annus infauſtis caſibus fuit luctuoſus, maximéque Lepidiano tumultu iſta opinio firmata eſt.* Quare ne Kalendis Ianuariis *Nundinæ* celebrarentur, anno antecedenti dies adijciebatur, & eius vicem alius ex ſequenti detrahebatur ante Terminalia, vt habes in hoc Dionis exemplo, quod eſt anni ab Orbe condito termilleſimi nongenteſimi decimi, Cn. Domitio Caluino II. & C. Aſinio Pol-

duodecimo Iulij, feriâ ſecundâ. Idem annus erat ab Vrbe condita tercenteſimus ſexageſimus ſextus, ſiue nonus Periodi noſtræ, cuius initium ducimus ab anno Vrbis centeſimo octageſimo octauo, qui erat annus ab Orbe condito termilleſimus tercenteſimus octageſimus quintus. Nonum eſſe patet annum Periodi, quia centeſimus ſeptuageſimus nonus annus eſt à primo Seruij Luſtro: Eſt igitur annus nonus decimæ octauæ Periodi vertentis: Kalendæ Ianuariæ anni noni noſtræ Periodi Kalendis Ianuarij Iuliani poſteriores ſunt diebus octo ſolidis. Quare Kalendæ Quintileis veteris huius anni cadunt in diem quintum Quintilis Iuliani, feria ſecunda; Sed hic annus habet ἐξαιρεσίμους dies quatuor in menſe Quintili: ergo tres tantum ſunt Eidus dies: Eidus igitur Quintileis huius anni, ſiue vndecimus huius Quintilis dies, cadunt in diem quintumdecimum Quintilis Iuliani. Atqui duodecimo Quintilis Iuliani die fuit plenilunium, vt iam diximus: Cùm igitur poſtridie harum Eiduum, qui dies erat duodecimus huius Quintilis veterum Romanorum, pugnatum ſit, Plutarchus confundens veterem Quintilem Romanum cum Iuliano, obſeruat pugnatum fuiſſe περὶ τὴν πανσέληνον, plenilunio ipſo, nempe quinta decima Luna: idemque dies erat octauus in Kalendario Iuliano à Solſtitij ſede, die octauo Iulij. Verum Sacerdotibus, quorum arbitrio interkalādi ratio erat permiſſa, ob odium vel gratiam omnia deprauarunt: itaque toties fines ſuos migrauit anni caput: quotieſcumque autem rem in integrum reſtitui curatum

eſt, hic

Digitized by Google

eſt, hic anni modus, & dierum *Merkedoniorum* vſus reſtitutus eſt.

Vnum hîc exquirendum reſtat, quid appellet Cicero *Myſteria*, & *Myſteriorum diem*, quod maximè confirmabit noſtram ſententiam de diebus *Merkedonijs*: Libro V. ad Atticum. *Cùm ſcies Romæ interkalatum, velim ad me ſcribas certum, quo die myſteria futura ſint.* Libro VI. *Sed vt tibi placebit. Facieſque me, in quem diem Romana incidant myſteria, certiorem, & quomodo hyemaris.* Libro XV. *Et tu etiam ſcito, quo die olim piaclum myſteria. Ilicet, vt vt res ſit, caſus conſilium noſtri itineris iudicabit. Dubitemus igitur. Eſt enim hiberna nauigatio odioſa, eoque ex te quæſieram myſteriorum diem.* Loci è Libro V. itemque è VI. priores ſunt emendatione Iuliani anni: ille verò è Lib. XV. ea poſterior eſt: neſcit autem ante emendationem Iulianam, an menſis *Merkedonius* ſit interkalatus, an dies *Merkedonij* imminuti ſint, & hoc vtrumque *interkalare* appellat. Quærit igitur an interkalatum ſit, & exemti aut eximendi ſint dies *Merkedonij* menſis Quintilis, & Septembris, itémque Nouembris, vnde diſcat in quem diem cadant *Myſteria*, quæ niſi dies *Merkedonij* eximerentur, inciderent ſemper in eundem & ſtatum Nouembris diem: at quia è Nouembri dies ſunt eximendi, quod pro Pontificum arbitrio, non è Periodi lege, ſæpius fiebat, quærit in quem Nouembris diem incidant *Myſteria.* Nam *Myſteria* appellat diem Nouembris, de quo Plutarchus in Marcello: τότε τοῦ πολέμου συμπεσόντος ἠναγκάσθησαν εἶξαι λογίοις τισὶν ἐκ τῶν Σιβυλλείων

δύο μὲν Ἕλληνας, ἄνδρα καὶ γυναῖκα, δύο δὲ Γαλάτας ὁμοίως ἐν τῇ καλουμένῃ βοῶν ἀγορᾷ κατορύξαι ζῶντας, οἷς ἔτι καὶ νῦν ἐν τῷ Νοεμβείῳ μηνὶ δρῶσιν Ἕλλησι καὶ Γαλάταις ἀπορρήτους καὶ ἀθεάτους ἱερουργίας. Quod verò emendato iam anno, quærit de *Myſteriorum* die, factum eſt, quia poſt Cæſaris cædem, antequam Auguſtus manum admoueret, non videtur à Pontificibus obſeruatus admodum certè religioſè hic anni modus.

DE ANNO CONFVSIONIS.

VIDEO eruditiſſimis viris eſſe perſuaſum, eum annum, *Confuſionis* appellant, qui præceſſit primum annum Iulianum, fuiſſe dierum quadringentorum quadraginta quatuor: idque & veterum ſcriptorum auctoritate, & exemplis ex hiſtoria petitis demonſtrare contendit Vir Illuſtris magni operis Lib. II. itémque IV. Sed eius ſententiæ non poſſumus accedere, quia rationes, quibus illam tuetur, nobis quidem non faciunt ſatis, vt liquidò in ſequentibus, ſi Deus dederit, demonſtrabimus.

Annum *Confuſionis* quindecim menſium facit in D. Iulio Suetonius cap. XL. *Conuerſus hinc ad ordinandum Reipubl. ſtatum, faſtos correxit, iampridem vitio Pontificum per interkalandi licentiam adeo turbatos, vt neque meſſium feriæ æſtati, neque vindemiarum autumno, competerent: Annumque ad curſum Solis accommodauit, vt trecentorum ſexaginta quinque dierum eſſet: & interkalario menſe ſublato, vnus dies quarto quoque interkala-*

Digitized by Google

retur. Quo autem magis in poſterum ex Kalendis Ianuarijs nobis temporum ratio congrueret, inter Nouembrem & Decembrem menſem, interiecit duos alios, fuitque is annus, quo hæc conſtituebantur, quindecim menſium cum interkalario, qui ex conſuetudine in eum annum inciderat. Modulum horum trium menſium Dio Lib. XLIII. ſcribit fuiſſe dierum ſexaginta ſeptem tantum, & falli, qui plures dies à Cæſare, ſiue ex conſuetudine, ſiue vt in poſterum ex Kalendis Ianuariis ratio temporum congrueret, interkalatos eſſe, proderēt: ταῦτά τε ἐνομοθέτησε, καὶ τὰς ἡμέρας τῶν ἐτῶν οὐ πάντῃ ὁμολογούσας σφίσι (πρὸς γὰρ τὰς τῆς σελήνης περιόδους ἔτι καὶ τότε τοὺς μῆνας ἦγον) κατεστήσατο ἐς τὸν νῦν τρόπον, ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα ἡμέρας ἐμβαλών, ὅσαι περ ἐς τὴν ἀπαρτιλογίαν παρέφερον. ἤδη μὲν γάρ τινες καὶ πλείους ἔφασαν ἐμβληθῆναι, τὸ δ' ἀληθὲς οὕτως ἔχει. Tres igitur menſes, qui huic anno *Confuſionis* à Cæſare adiecti ſunt, fuerunt ſinguli eiuſdem moduli, cuius erant interkalarij: nempe vnus atque alter viginti duorum dierum quiſque, tertius viginti trium dierum. De hoc anno iſta habet Macrobius Lib. I. cap. XIV. *Ergo C. Cæſar exordium nouæ ordinationis initurus, dies omnes qui confuſionem adhuc poterant facere, conſumſit: eáque re factū eſt, vt annus* Confuſionis *vltimus in dies* CCCCXLIV. *protenderetur.* Quod hic habes de quadringentis quadraginta quatuor diebus, refert quoque Cenſorinus: *Adeóque aberratum eſt, vt C. Cæſar Pontifex Maximus, ſuo III. & M. Æmilij Lepidi Conſulatu, quo retro delictum corrigeret, duos menſes interkalarios dierum ſexaginta ſeptem in menſem Nouembrem &*

Decembrem interponeret, cùm iam menſe Februario dies tres & viginti interkalaſſet, faceretque eum annum dierum quadringentorum quadraginta quatuor. Sed omnino verum non eſt, duos illos menſes interkalarios, quos in menſem Nouembrem & Decembrem interpoſuit Cæſar, fuiſſe dierum ſexaginta ſeptem. Quis enim fuiſſet hic menſis modus? Neque veriſimile eſt, interkalatos fuiſſe à Cæſare menſes alterius moduli, quàm eius qui obtinebat, aut ipſe in vulgus editurus erat, & certè interkalauit tantùm, vt teſtatur dies ſexaginta ſeptem, qui diſtributi ſunt in tres menſes interkalarios Romanos, quorum vnus è conſuetudine in eum annum inciderat, alij duo à Cæſare interpoſiti ſunt in menſem Nouembrem & Decembrem, vt retrò delictum corrigeret: atque ita factus eſt hic annus menſium quindecim, ſiue dierum quadringentorum viginti duorum: neque pluribus diebus opus fuit, vt omnis confuſio tolleretur, & ex Kalendis Ianuarijs temporum ratio congrueret, quod his argumentis demonſtratur.

Anno ab Orbe condito termilleſimo octingenteſimo nonageſimo ſexto, qui erat annus ab Vrbe condita ſexcenteſimus nonageſimus nonus, L. Domitio Ahenobarbo, & Ap. Claudio Pulchro Coſſ., dies ſextus Kalendas Octobris anni Romani incidit paullo ante Æquinoctium Autumnale: conſtat ex his M. Tullij Libro IV. ad Atticum, Epiſtola XVII. *Ab Quinto fratre, & à Cæſare accepi A. D. IX. Kalend. Nouemb. literas, confectâ Britanniâ, obſidibus acceptis, nullâ prædâ, imperatâ tamen pecuniâ, datas à littori-*

bus Britanniæ. proximo A. D. VI. Kalend. Octob. exercitum Britanniâ reportabant. Geſta iſta ſunt, eo, quo diximus, Conſulatu L. Domitij Ahenobarbi & Ap. Claudij Pulchri: & ex ante diem ſextum Kalendas Octobris Cæſar ſuum exercitum Britanniâ reportauit; idque paullo ante Æquinoctium Autumnale: Cæſar ipſe teſtis eſt Libro V. de Bello Gallico: *Quas cùm aliquamdiu Cæſar fruſtra expectaſſet, ne anni tempore nauigatione excluderetur, quod Æquinoctium ſuberat, neceſſario anguſtius milites collocauit, ac ſummam tranquillitatem conſecutus, ſecundâ initâ cùm ſoluiſſet vigiliâ, primâ luce terram attigit, omneſque incolumes naues perduxit.* Æquinoctium hîc πολιτικῶς intelligitur, cuius ſedes erat dies ſeptimus Octobris Iuliani, ne quis putet accipiendum eſſe de Æquinoctij ſede ab ipſo Cæſare poſtea conſtituta. Comparandus eſt igitur M. Tullius cum Cæſare: Cadit dies ſextus Kalendas Octobris huius anni paullo ante diem ſeptimũ Octobris Iuliani: Erat autem hic annus ἐμβολιμαῖος: Nam ſecundus erat Periodi noſtræ Romanæ, vt hinc colliges: Erat annus A. V. C. ſexcenteſimus nonageſimus nonus: abijce è perpetua methodo annos centum octoginta ſeptem, ſuperſunt anni quingenti duodecim: diuide hos quingentos duodecim annos per decem, reliquantur duo: eſt ergo ſecundus annus noſtræ Periodi Romanæ, quo anno Merkedonium parem interkalabant: Anno interkalari dies ſextus Kalendas Octobris eſt ducenteſimus octageſimus quartus: Dies verò ſeptimus Octobris Iuliani eſt ducenteſimus octageſimus & vnus: ſed quia ſex-

Digitized by Google

tus Kalendas Octobris huius anni anteceſſit diem ſeptimum Octobris Iuliani, dicendum eſt, hunc annum Romanum non cepiſſe à Kalendis Ianuarij Iuliani: itaque ratiocinijs Dionis de anno *confuſionis* moti, itemque ijs, quæ refert de anno V.C. ſeptingenteſimo primo, pronuntiamus annum Conſulatus L. Domitij Ahenobarbi, & Ap. Claudij Pulchri cepiſſe die viceſimo ſecundo Decembris Iuliani: & dies ſextus Kalendas Octobreis huius anni Romani cadit in Kalẽdas Octobris Iuliani, ſextoque poſt die fuit ſedes politica Æquinoctij autumnalis: ne autem retrò ante caput ſtatuamus, facit quod nimis recederet ab Æquinoctio dies ſextus Kalendas Octobreis: atqui, auctore Cæſare tunc Æquinoctium ſuberat: ne autem dicamus intelligi Æquinoctium ipſum Cæſaris, ſiue diem viceſimumquartum Septembris, in cauſſa eſt, quod nondum viceſimus quartus Septembris dies erat Æquinoctij autumnalis ſedes politica: deinde quia oporteret retro magis ſtatuere caput anni Romani, quàm factum eſt: at verò id fieri nequit: non enim caderent *nundinæ* in Kalendas Ianuarias anni A.V.C. ſeptingenteſimi primi, vt tamen, auctore Dione, factum eſt.

ANNVS. A.V.C. ſeptingenteſimus, qui erat tertius Romanæ Periodi, cepit die tertio Ianuarij Iuliani anni ab Orbe condito termilleſimi octingenteſimi nonageſimi ſeptimi, Cyclo Solis tertiodecimo, literâ Dominicali F E. id liquet: Nam annus proximê præcedens, vt qui eſſet embolimæus, fuit dierum trecentorum ſeptuaginta ſeptem, cepitque

die viceſimo ſecundo Decembris Iuliani. Quare annus ſequens omnino cepit die tertio Ianuarij Iuliani.

ANNVS. A. V. C. ſeptingenteſimus primus erat quartus Periodi Romanæ, ac proinde interkalaris, eoque anno interkalatum eſt, vt conſtat ex Aſconio Pediano in Milonianam. *Pompeius ab Interrege Ser. Sulpitio V. Kal. Mart. menſe interkalario Conſul creatus eſt.* Die ſcilicet viceſimo quinto menſis interkalarij Pompeius Conſul ſine collega creatus eſt. Vnde colliges interkalarium menſem non fuiſſe, qui diebus viginti duobus, aut viginti tribus explicabatur, ſed qui viginti octo dierum erat: Cepit hic annus die viceſimo tertio Decembris Iuliani, anni ab Orbe condito termilleſimi octingenteſimi nonageſimi ſeptimi: Nam præcedens annus, qui erat dierum trecentorum quinquaginta quinque, ceperat die tertio Ianuarij Iuliani eiuſdem anni: Hunc anni Romani modum deme, ſupereſt, vt die vigeſimo tertio Decembris Iuliani eiuſdem anni nouus annus Romanus incipiat. Id comprobat, quod de *Nundinis*, quæ in Kalendas Ianuarias huius anni Romani inciderunt, ſcribit Dio Libro XL. κἀκ τούτου οὔτε τι ἄλλο χρηστὸν συνέβη, καὶ ἡ ἀγορὰ ἡ διὰ τῶν ἐννέα ἀεὶ ἡμερῶν ἀγομένη, ἐν αὐτῇ τε τῇ τοῦ Ἰανουαρίου νουμηνίᾳ ἤχθη. Quomodo *Nundinæ* in Kalendas Ianuarias anni Romani inciderint, inueſtigandum à nobis eſt, θεοῦ διδόντος. *Nundinas feriarum diem eſſe voluerunt antiqui*, inquit Feſtus, *vt ruſtici conuenirent mercandi vendendique cauſſa, eumque nefaſtum, ne ſi liceret cum populo agi, in-*

terpellarentur nundinatores. Eratque nonus dies *Nundinis* deputatus, in orbem perpetuò vertens. Ouidius:

Eſt quoque qui nono ſemper ab orbe redit.

Verùm vnde ducendum ſit initium numerandi nonum hunc quemque diem, ſiue *Nundinas*, cùm altum ſit apud veteres ſilentium, quærendum eſt. Fuit olim apud Romanos menſis Martius anni caput, à cuius menſis noua Luna, id eſt, ἀπὸ τῆς φάσεως, & prima nouæ Lunæ viſione, ſiue biduo poſt commiſſum ſecundum medios motus Nouilunium, numerare incipiebant *Nundinas*, eaſque toto vertente anno ad nouam rurſum Lunam menſis Martij anni ſequentis obſeruabant. Coniecturæ noſtræ fundus eſt hic Dionis locus de Kalendis Ianuariis anni A. V. C. IↃCCI. in quas inciderunt *Nundinæ*, quod argumento eſt, non ab ipſo anni capite, ſiue Kalendis Ianuariis, numerari *Nundinas*, ſed aliunde earum iniri numerum, à prima nempe nouæ Lunæ menſis Martij viſione: Nam anno ab Orbe condito termilleſimo octingenteſimo nonageſimo ſeptimo, commiſſum eſt ſecundum medios motus Nouilunium die viceſimo ſeptimo, ſiue potius viceſimo octauo (nam annus erat biſſextilis.) Februarij Iuliani, feriâ quintâ. Cepit autem annus A. V. C. ſeptingenteſimus die tertio Ianuarij Iuliani huius anni CIↃCIↃCIↃIↃCCCXCVII. Quare Martius Romanus cepit pridie Kalendas Iuliani Martij; Kalendæ Martiæ Iulianæ dies erant φάσεως, ſiue primæ viſionis nouæ Lunæ; ab illo autem die in-

eundus

eundus eſt numerus orbis *Nundinarum :* ita vt dies ſecundus Martij ſit primus orbis huius, & die decimo Martij fuerint primæ *Nundinæ* huius anni vertentis ad τὴν φάσιν, & primam nouæ Lunæ viſionem Martij ſequentis proximè. Vnde patet Kalendas Ianuarias anni veteris Romani A.V.C. ſeptingenteſimi primi incidiſſe in *Nundinas*, quod teſtatur Dio. Nam fuerunt hæ Kalendæ Ianuariæ anni A. V.C. IↃCCI. die viceſimo tertio Decembris Iuliani, anni ab Orbe condito CIↃCIↃCICIↃCCCXCVII. qui dies omnino cadit in *Nundinas*, ſi earum orbem repetas à Kalendis Martij Iuliani, deſinit enim triceſimus tertius orbis *Nundinarum* in hunc viceſimum tertium Decembris Iuliani diem. Hoc ipſum de *Nundinis* quod diximus, probat aliud exemplum ex eodem Dione Lib. XLVIII. ἔν τε τῷ πρὸ τούτου ἔτει ἡμέρα ἐμβόλιμος παρὰ τὰ καθεστηκότα ἐνεβλήθη, ἵνα μὴ ἡ νουμηνία τοῦ ἐχομένου ἔτους τὴν ἀγορὰν τὴν διὰ τῶν ἐννέα ἡμερῶν ἀγομένην λάβῃ· ὅπερ ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου σφόδρα ἐφυλάττετο, καὶ ὅτι ἀνθυφῃρέθη αὖθις, ὅπως ὁ χρόνος κατὰ τὰ τῷ Καίσαρι τῷ προτέρῳ δόξαντα συμβῇ. Verba Macrobij ſunt: *Quotiens incipiente anno dies cepit, qui addictus eſt* Nundinis, *omnis ille annus infauſtis caſibus fuit luctuoſus, maximéque Lepidiano tumultu iſta opinio firmata eſt.* Quare ne Kalendis Ianuariis *Nundinæ* celebrarentur, anno antecedenti dies adijciebatur, & eius vicem alius ex ſequenti detrahebatur ante Terminalia, vt habes in hoc Dionis exemplo, quod eſt anni ab Orbe condito termilleſimi nongenteſimi decimi, Cn. Domitio Caluino II. & C. Aſinio Pol-

lione Coſſ. eiuſque anni Kalendas Ianuarias in *Nundinas* incidiſſe teſtatur Dio; ſed extremo anno præcedenti additum fuiſſe vnum diem, vt à Kalendis Ianuariis auerterent celebritatem *Nundinarum*. Nouilunium commiſſum eſt anno ab Orbe condito cIↄcIↄcIↄIↄccccix. menſis Martij die ſextodecimo, feriâ ſecundâ. Annus erat quintus Iulianus biſſextilis è Cyclo Solis emendato, litera Dominicali E, D. Quare dies ſextusdecimus Martij erat ſeptuageſimus ſextus à Kalendis Ianuariis. Idem annus biſſextilis non erat è vitioſo Solis Cyclo, qui tunc obtinebat, litera Dominicali D. caditque etiam ſextusdecimus Martij dies in ſeptuageſimum ſextum diem (ſi rationem dierum anni præcedentis habeas, & coniungas) à Kalendis Ianuariis anni emendati, quia annus præcedens è vitioſo Cyclo erat biſſextilis. Modus itaque huius anni vitioſi fuit dierum trecentorum ſexaginta quinque. Vnde ſi numeres à die ſeptuageſimo octauo triginta duos orbes *Nundinarum*, liquido conſtabit Kalendas Ianuarias anni cIↄcIↄcIↄIↄccccx. è vitioſo Solis Cyclo in *Nundinas* cadere.

ANNVS A. V. C. ſeptingenteſimus ſecundus erat quintus Periodi Romanæ. Cepit die quinto Ianuarij Iuliani, anni ab Orbe condito termilleſimi octingenteſimi nonageſimi noni, Cyclo Solis quintodecimo, literâ Dominicali E. Nam annus proximè præcedens, vt qui habuerit menſem *Merkedonium* imparem, erat dierum trecẽtorum ſeptuaginta octo, ceperatque die viceſimo tertio Decem-

Digitized by Google

bris Iuliani, anni cIↃcIↃcIcIↃcccxcvii, Quare neceſſe eſt, vt annus ſequens, qui eſt A.V.C. IↃccii. ceperit die quinto Ianuarij Iuliani anni cIↃcIↃcIↃ-IↃccccxcix. Huius anni A.V.C. IↃccii. eſt Epiſtola M. Tulij XIV. ad Atticum Libro V. in qua hæc leges: *In Prouincia fore me putabam* KAL. *Sextilibus*. & paullo poſt: *Erat mihi in animo recta proficiſci ad exercitum. æſtiuos menſes reliquos rei militari dare, hibernos iuridictioni.* Sed hinc malè colligunt Viri Incomparabiles, Ciceronem incipere putare menſes æſtiuos à Sextili: imò contra colliges, Sextilem mẽſem primum æſtiuorum non fuiſſe, ſed alium præceſſiſſe: Nam ſi Sextilis mẽſis vnus eſt è reliquis æſtiuis menſibus, alius vnus æſtiuus præceſſit: & certè Kalendæ Sextileis huius anni Romani A.V.C. IↃccii. cadunt in vltimum diem Iulij Iuliani anni cIↃcIↃcIↃIↃccccxcix.

ANNVS. A.V.C. ſeptingenteſimus tertius Conſules habuit L. Æmilium Paulum & C. Claudium Marcellum. Annus erat ſextus Periodi Romanæ, ac proinde interkalaris. Sed interkalatum non eſt, vt conſtat è Dione Libro XLI. Cepit hic annus die viceſimo ſexto Decembris Iuliani, anni ab Orbe condito termilleſimi octingenteſimi nonageſimi noni: Nam annus proximè præcedens cepit die quinto Ianuarij Iuliani, anni cIↃcIↃcIↃIↃccccxcix. Adde modum anni Romani. Reſtat, vt ſequens annus incipiat die viceſimo ſexto Decembris Iuliani anni cIↃcIↃcIↃIↃccccxcix. Huius anni ſunt Epiſtolæ ad Tironem ex itinere ſcriptæ cùm è Prouincia in Ita-

liam rediret M. Tullius, qui cùm menſe Nouembri ſcribat, cuius Kalendæ cadunt hoc anno in vltimum Octobris Iuliani diem, nil mirum eſt, ſi eo extremo (nam non potuit citius Tiro viæ ſe dare.) Tironi propter hyemem nauigare interdicat.

ANNVS. A.V.C. ſeptingenteſimus quartus Conſules habuit C. Claudium Marcellum & L. Cornelium Lentulum Crurem. Annus erat ſeptimus Periodi Romanæ, cepitque die ſextodecimo Decembris Iuliani anni ab Orbe condito termilleſimi nongenteſimi, Cyclo Solis ſexto decimo, literâ Dominicali B. Nam annus præcedens cepit die viceſimo ſexto Decẽbris Iuliani anni cIↄcIↄcIↄIↄcccxcix. Adde anni Romani modum. Ergo annus ſequens cepit die ſextodecimo Decembris Iuliani anni cIↄcIↄcIↄIↄcccc. Huius anni ſunt Epiſtolæ M. Ciceronis ad Atticum Libris VIII. IX. & X. ſcriptæ. Scripſerat Tullio Pompeius, vt ad ſe Luceriam veniret, quam epiſtolam accepit Cicero a. d. XV. Kal. Mart. Formijs, vt conſtat ex eiuſdem epiſtola ad Pompeium. Idem Pompeius literis Domitij, quas accepit a. d. XIII. Kal. Mart. eſt factus certior, Cæſarem apud Corfinium caſtra poſuiſſe: id docent literæ Pompeij ad Domitium, hoc exemplo: *Literę mihi à te redditæ ſunt A. D. XIII.* Kal. *Mart. in quibus ſcribis Cæſarem apud Corfinium caſtra poſuiſſe.* Hoc idem nuntiatum Tullio eâdem ipſâ nocte, qua Epiſtolam III. L. VIII. dedit ad Atticum: habes in ea: *Sed ecce nuncij, ſcribente me hęc ipſa noctu in Caleno, ecce literę, Cęſarem ad Corfinium, Domitium Corfinij cum fir-*

mo exercitu, & pugnare cupiente. Eſt ergo ſcripta hæc Epiſtola circiter diem tertiumdecimum Kalendas Martias: itaque non adeò mirandum eſt, ſi in eadem Epiſtola legas: *Infero mari nobis, incerto curſu, hieme maxima, nauigandum eſt.* Nam XIII. Kal. Martias huius anni Romani cadit in vltimum Ianuarij Iuliani diem anni cIↄcIↄcIↄIↄccccɪ. Erat igitur hiems maxima. Die ſeptimo vel ſexto Eidus Martias ſcripſit Cicero ad Atticum Libro IX. Epiſt. III. *Nam ad id, quod delibero, pertinet, ſi ille certè nuſquam diſceſſit, intelligere Cnæum, non eſſe faciles nobis ex Italia exitus, cùm ea tota armis, præſidiiſque teneatur, hieme præſertim. nam ſi commodius anni tempus eſſet, vel infero mari liceret vti.* Dies VI. Eid. Mart. huius anni cadit in diem viceſimũ primũ Februarij Iuliani anni cIↄcIↄcIↄIↄccccɪ. Quare erat adhuc hiems. Quod verò Epiſtolâ XIX. Libri eiuſdem, quæ circa Kalendas Aprileis ſcripta eſt, ſcribat Attico M. Tullius. *Delectus habentur, in hiberna deducuntur.* non dicitur à Cicerone, quaſi copiæ eſſent deducendæ in hiberna, vt ibi totam hiemem, quæ tunc primum inciperet, eſſent: neque enim delectus habiti fuiſſent, vt totam hiemem in hibernis deſiderent, neque certe ita fuit, vt conſtat è rebus geſtis Cæſaris Maſſiliæ, in Hiſpania, alibi. Sed quia paululum milites ſuos reſpirare volebat Cæſar, vt rebus vrbanis proſpiceret, in hiberna deduxiſſe dicitur, quia adhuc ſupererat hiemis pars aliqua: nam Kalendæ Aprileis huius anni cadunt in diem tertiumdecimum Martij Iuliani. Vno autem vt abſoluam verbo, dixit Cicero, quod his verbis expreſſit

Digitized by Google

Cæſar ipſe Libro I. de bello Ciuili. *His rebus confectis Cæſar, vt reliquum tempus à labore intermitteretur, milites in proxima municipia deducit, ipſe ad vrbem proficiſcitur.* Scripſit ad Atticum Cicero Epiſtolã, quæ eſt V.L.X. die quintodecimo Kalendas Maij: in ea hæc leges: *De die nihil ſanè poteſt ſcribi certi, præter hoc, non ante Lunam nouam.* Cadit dies XV. Kal. Maij huius anni in diem viceſimum octauum Martij Iuliani anni termilleſimi nongenteſimi primi, literâ Dominicali A G. Nouilunium verò commiſſum eſt ad medios Lunæ motus die tertiodecimo Aprilis, feriâ ſextâ: Atque iſta optimè conueniunt: Nam Epiſtola ſequente ita ſcribit, *Me adhuc nihil, pręter tempeſtatem, moratur.* Erat enim in procinctu, & imminebat iam noua Luna, ante quam ſe profecturum negabat. Scripta enim eſt hæc Epiſtola circa initia menſis Maij, vt conſtat ex his Epiſtolæ alteræ ab ea: *Is ad Miſenum VI. Nonas venturus dicebatur, id eſt, hodie.* Kalendæ autem Maij huius anni cadunt in diem decimum Aprilis Iuliani. Sequitur locus ex eodem Libro Epiſt. XVII. quæ data eſt decimo ſeptimo Kalendas Iunias: ita habet editio Gruteriana: *Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod valde perturbatum erat. id ſi ἀκεραιὲς erit, vtinam idem maneat Hortenſius: ſiquidem adhuc erat: liberalius eſſe nihil poteſt.* In veteri Decurtati ſcriptura erat, *id ſi acras.* In his autem exponendis duo quæ à viris magnis adferuntur, nobis non placent: Vnum eſt, quod putet intelligi ſedẽ æquinoctij à Iulio Cæſare è cõſilio Soſigenis definitã, a.d. octauũ Kal. April. Iulianas: alterũ eſt, quod ſcribit

hoc anno interkalatum fuiſſe : atqui non debebat hoc anno interkalari menſis *Merkedonius* è conſuetudine: annus enim hic non erat interkalaris, ſed præcedens: interkalatum verò fuiſſe, nullo auctore probat: Quare aliud planè dixit Cicero. Dies decimus ſeptimus Kalendas Iunias huius anni Romani cadit in diem viceſimum ſextum Aprilis Iuliani anni cIↄcIↄcIↄIↄcccc1. Sed longè ante præceſſerat æquinoctium. Quare de æquinoctio non agit M. Tullius. In Parapegmate Attico iſta obſeruat Illuſtriſſimus Scaliger ad diem viceſimum quartum & viceſimum quintum Aprilis Iuliani:

ΤΑΥΡΩΝ. ἡμέραι λβ΄.

VIII. Kal. Maij. Ὠρίων ἀκρόνυχος δύνει. ὑετία. ΕΥΔΟΞΟΣ. Α.

Ὁ Κριὸς λήγει ἐπιτέλλων. ὑετία. πολλαχῆ χάλαζα. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.

VII. Kal. Maij. Κύων κρύπτεται. χάλαζα γίνεται. ΕΥΚΤΗΜΩΝ. Β.

Λύρα ἐπιτέλλει. κύων ἀκρόνυχος δύνει, ὑετὸς γίνεται, ΕΥΔΟΞΟΣ.

Τοῦ Ταύρου ἡ κέρκος ἐπιτέλλει, νοτία, ΚΑΛΙΠΠΟΣ.

Ex his pendet verborum Ciceronianorum interpretatio, & emendatio. Reſcribimus itaque: *Nunc quidem* αἰγίς, νότιον *nos moratur, quod valde perturbatum erat. Id ſi* ἐργαῖς *erit, vtinam idem maneat Hortenſius*, &c. Corrumpendo huic loco fuit, quod Latinis Græcæ voces literis ſcriptę ſunt. Scribit itaque Cicero procellam, αἰγίς, id eſt, vento Noto flante, id eſt, Νότιον

tus Kalendas Octobris huius anni anteceſſit diem ſeptimum Octobris Iuliani, dicendum eſt, hunc annum Romanum non cepiſſe à Kalendis Ianuarij Iuliani: itaque ratiocinijs Dionis de anno *confuſionis* moti, itemque ijs, quæ refert de anno V.C. ſeptingenteſimo primo, pronuntiamus annum Conſulatus L. Domitij Ahenobarbi, & Ap. Claudij Pulchri cepiſſe die viceſimo ſecundo Decembris Iuliani: & dies ſextus Kalendas Octobreis huius anni Romani cadit in Kalēdas Octobris Iuliani, ſextoque poſt die fuit ſedes politica Æquinoctij autumnalis: ne autem retrò ante caput ſtatuamus, facit quod nimis recederet ab Æquinoctio dies ſextus Kalendas Octobreis: atqui, auctore Cæſare tunc Æquinoctium ſuberat: ne autem dicamus intelligi Æquinoctium ipſum Cæſaris, ſiue diem viceſimumquartum Septembris, in cauſſa eſt, quod nondum viceſimus quartus Septembris dies erat Æquinoctij autumnalis ſedes politica: deinde quia oporteret retro magis ſtatuere caput anni Romani, quàm factum eſt: at verò id fieri nequit: non enim caderent *nundinæ* in Kalendas Ianuarias anni A. V. C. ſeptingenteſimi primi, vt tamen, auctore Dione, factum eſt.

ANNVS. A.V.C. ſeptingenteſimus, qui erat tertius Romanæ Periodi, cepit die tertio Ianuarij Iuliani anni ab Orbe condito termilleſimi octingenteſimi nonageſimi ſeptimi, Cyclo Solis tertiodecimo, literâ Dominicali F E. id liquet: Nam annus proximè præcedens, vt qui eſſet embolimæus, fuit dierum trecentorum ſeptuaginta ſeptem, cepitque

die viceſimo ſecundo Decembris Iuliani. Quare annus ſequens omnino cepit die tertio Ianuarij Iuliani.

ANNVS. A. V. C. ſeptingenteſimus primus erat quartus Periodi Romanæ, ac proinde interkalaris, eoque anno interkalatum eſt, vt conſtat ex Aſconio Pediano in Milonianam. *Pompeius ab Interrege Ser. Sulpitio V. Kal. Mart. menſe interkalario Conſul creatus eſt.* Die ſcilicet viceſimo quinto menſis interkalarij Pompeius Conſul ſine collega creatus eſt. Vnde colliges interkalarium menſem non fuiſſe, qui diebus viginti duobus, aut viginti tribus explicabatur, ſed qui viginti octo dierum erat: Cepit hic annus die viceſimo tertio Decembris Iuliani, anni ab Orbe condito termilleſimi octingenteſimi nonageſimi ſeptimi: Nam præcedens annus, qui erat dierum trecentorum quinquaginta quinque, ceperat die tertio Ianuarij Iuliani eiuſdem anni: Hunc anni Romani modum deme, ſupereſt, vt die vigeſimo tertio Decembris Iuliani eiuſdem anni nouus annus Romanus incipiat. Id comprobat, quod de *Nundinis*, quæ in Kalendas Ianuarias huius anni Romani inciderunt, ſcribit Dio Libro XL. κἀκ τούτου οὔτε τι ἄλλο χρηστὸν συνέβη, καὶ ἡ ἀγορὰ ἡ διὰ τῶν ἐννέα ἀεὶ ἡμερῶν ἀγομένη, ἐν αὐτῇ τε τῇ τοῦ Ἰανουαρίου νουμηνίᾳ ἤχθη. Quomodo *Nundinæ* in Kalendas Ianuarias anni Romani inciderint, inueſtigandum à nobis eſt, θεοῦ διδόντος. *Nundinas feriarum diem eſſe voluerunt antiqui*, inquit Feſtus, *vt ruſtici conuenirent mercandi vendendique cauſſa, eumque nefaſtum, ne ſi liceret cum populo agi, in-*

terpellarentur nundinatores. Eratque nonus dies *Nundinis* deputatus, in orbem perpetuò vertens. Ouidius:

Eſt quoque qui nono ſemper ab orbe redit.

Verùm vnde ducendum ſit initium numerandi nonum hunc quemque diem, ſiue *Nundinas*, cùm altum ſit apud veteres ſilentium, quærendum eſt. Fuit olim apud Romanos menſis Martius anni caput, à cuius menſis noua Luna, id eſt, ἀπὸ τῆς φάσεως, & prima nouæ Lunæ viſione, ſiue biduo poſt commiſſum ſecundum medios motus Nouilunium, numerare incipiebant *Nundinas*, eaſque toto vertente anno ad nouam rurſum Lunam menſis Martij anni ſequentis obſeruabant. Coniecturæ noſtræ fundus eſt hic Dionis locus de Kalendis Ianuariis anni A. V. C. IↃCCI. in quas inciderunt *Nundinæ*, quod argumento eſt, non ab ipſo anni capite, ſiue Kalendis Ianuariis, numerari *Nundinas*, ſed aliunde earum iniri numerum, à prima nempe nouæ Lunæ menſis Martij viſione: Nam anno ab Orbe condito termilleſimo octingenteſimo nonageſimo ſeptimo, commiſſum eſt ſecundum medios motus Nouilunium die viceſimo ſeptimo, ſiue potius viceſimo octauo (nam annus erat biſſextilis.) Februarij Iuliani, feriâ quintâ. Cepit autem annus A. V. C. ſeptingenteſimus die tertio Ianuarij Iuliani huius anni CIↃCIↃCIↃIↃCCCXCVII. Quare Martius Romanus cepit pridie Kalendas Iuliani Martij; Kalendæ Martiæ Iulianæ dies erant φάσεως, ſiue primæ viſionis nouæ Lunæ; ab illo autem die ineundus

cundus eſt numerus orbis *Nundinarum* : ita vt dies ſecundus Martij ſit primus orbis huius, & die decimo Martij fuerint primæ *Nundinæ* huius anni vertentis ad τὴν φάσιν, & primam nouæ Lunæ viſionem Martij ſequentis proximè. Vnde patet Kalendas Ianuarias anni veteris Romani A.V.C. ſeptingenteſimi primi incidiſſe in *Nundinas*, quod teſtatur Dio. Nam fuerunt hæ Kalendæ Ianuariæ anni A.V.C. IↃCCI. die viceſimo tertio Decembris Iuliani, anni ab Orbe condito CIↃCIↃCIↃIↃCCCXCVII. qui dies omnino cadit in *Nundinas*, ſi catum orbem repetas à Kalendis Martij Iuliani, deſinit enim triceſimus tertius orbis *Nundinarum* in hunc viceſimum tertium Decembris Iuliani diem. Hoc ipſum de *Nundinis* quod diximus, probat aliud exemplum ex eodem Dione Lib. XLVIII. ἔν τε τῷ πρὸ τούτου ἔτει ἡμέρα ἐμβόλιμος παρὰ τὰ καθεστηκότα ἐνεβλήθη, ἵνα μὴ ἡ νουμηνία τοῦ ἐχομένου ἔτους τὴν ἀγορὰν τὴν διὰ τῶν ἐννέα ἡμερῶν ἀγομένην λάβῃ· ὅπερ ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου σφόδρα ἐφυλάσσετο, καὶ ὅτι ἀνθυφῃρέθη αὖθις, ὅπως ὁ χρόνος κατὰ τὰ τῷ Καίσαρι τῷ προτέρῳ δόξαντα συμβῇ. Verba Macrobij ſunt: *Quotiens incipiente anno dies cepit, qui addictus eſt* Nundinis, *omnis ille annus infauſtis caſibus fuit luctuoſus, maximéque Lepidiano tumultu iſta opinio firmata eſt*. Quare ne Kalendis Ianuariis *Nundinæ* celebrarentur, anno antecedenti dies adijciebatur, & eius vicem alius ex ſequenti detrahebatur ante Terminalia, vt habes in hoc Dionis exemplo, quod eſt anni ab Orbe condito termilleſimi nongenteſimi decimi, Cn. Domitio Caluino II. & C. Aſinio Pol-

lione Coſſ. eiuſque anni Kalendas Ianuarias in *Nundinas* incidiſſe teſtatur Dio; ſed extremo anno præcedenti additum fuiſſe vnum diem, vt à Kalendis Ianuariis auerterent celebritatem *Nundinarum.* Nouilunium commiſſum eſt anno ab Orbe condito cIↃcIↃcIↃIↃccccix. menſis Martij die ſextodecimo, feriâ ſecundâ. Annus erat quintus Iulianus biſſextilis è Cyclo Solis emendato, litera Dominicali E, D. Quare dies ſextusdecimus Martij erat ſeptuageſimus ſextus à Kalendis Ianuariis. Idem annus biſſextilis non erat è vitioſo Solis Cyclo, qui tunc obtinebat, litera Dominicali D. caditque etiam ſextusdecimus Martij dies in ſeptuageſimum ſextum diem (ſi rationem dierum anni præcedentis habeas, & coniungas) à Kalendis Ianuariis anni emendati, quia annus præcedens è vitioſo Cyclo erat biſſextilis. Modus itaque huius anni vitioſi fuit dierum trecentorum ſexaginta quinque. Vnde ſi numeres à die ſeptuageſimo octauo triginta duos orbes *Nundinarum*, liquido conſtabit Kalendas Ianuarias anni cIↃcIↃcIↃIↃccccx. è vitioſo Solis Cyclo in *Nundinas* cadere.

ANNVS A. V. C. ſeptingenteſimus ſecundus erat quintus Periodi Romanæ. Cepit die quinto Ianuarij Iuliani, anni ab Orbe condito termilleſimi octingenteſimi nonageſimi noni, Cyclo Solis quintodecimo, literâ Dominicali E. Nam annus proximè præcedens, vt qui habuerit menſem *Merkedonium* imparem, erat dierum trecētorum ſeptuaginta octo, ceperatque die viceſimo tertio Decem-

bris Iuliani, anni cIↄcIↄcIcIↄcccxcvII, Quare neceſſe eſt, vt annus ſequens, qui eſt A.V.C. Iↄccii. ceperit die quinto Ianuarij Iuliani anni cIↄcIↄcIↄIↄccccxcix. Huius anni A.V.C. Iↄccii. eſt Epiſtola M. Tulij XIV. ad Atticum Libro V. in qua hæc leges: *In Prouincia fore me putabam* KAL. *Sextilibus.* & paullo poſt: *Erat mihi in animo recta proficiſci ad exercitum. æſtiuos menſes reliquos rei militari dare, hibernos iuridictioni.* Sed hinc malè colligunt Viri Incomparabiles, Ciceronem incipere putare menſes æſtiuos à Sextili: imò contra colliges, Sextilem mẽſem primum æſtiuorum non fuiſſe, ſed alium præceſſiſſe: Nam ſi Sextilis mẽſis vnus eſt è reliquis æſtiuis menſibus, alius vnus æſtiuus præceſſit: & certè Kalendæ Sextileis huius anni Romani A.V.C. Iↄccii. cadunt in vltimum diem Iulij Iuliani anni cIↄcIↄcIↄIↄcccxcix.

ANNVS. A.V.C. ſeptingenteſimus tertius Conſules habuit L. Æmilium Paulum & C. Claudium Marcellum. Annus erat ſextus Periodi Romanæ, ac proinde interkalaris. Sed interkalatum non eſt, vt conſtat è Dione Libro XLI. Cepit hic annus die viceſimo ſexto Decembris Iuliani, anni ab Orbe condito termilleſimi octingenteſimi nonageſimi noni: Nam annus proximè præcedens cepit die quinto Ianuarij Iuliani, anni cIↄcIↄcIↄIↄcccxcix. Adde modum anni Romani. Reſtat, vt ſequens annus incipiat die viceſimo ſexto Decembris Iuliani anni cIↄcIↄcIↄIↄccccxcix. Huius anni ſunt Epiſtolæ ad Tironem ex itinere ſcriptæ cùm è Prouincia in Ita-

liam rediret M. Tullius, qui cùm menſe Nouembri ſcribat, cuius Kalendæ cadunt hoc anno in vltimum Octobris Iuliani diem, nil mirum eſt, ſi eo extremo (nam non potuit citius Tiro viæ ſe dare.) Tironi propter hyemem nauigare interdicat.

ANNVS. A.V.C. ſeptingenteſimus quartus Conſules habuit C. Claudium Marcellum & L. Cornelium Lentulum Crurem. Annus erat ſeptimus Periodi Romanæ, cepitque die ſextodecimo Decembris Iuliani anni ab Orbe condito termilleſimi nongenteſimi, Cyclo Solis ſexto decimo, literâ Dominicali B. Nam annus præcedens cepit die viceſimo ſexto Decẽbris Iuliani anni cIↄcIↄcIↄIↄccccxcix. Adde anni Romani modum. Ergo annus ſequens cepit die ſextodecimo Decembris Iuliani anni cIↄcIↄcIↄIↄcccc. Huius anni ſunt Epiſtolæ M. Ciceronis ad Atticum Libris VIII. IX. & X. ſcriptæ. Scripſerat Tullio Pompeius, vt ad ſe Luceriam veniret, quam epiſtolam accepit Cicero a. d. XV. Kal. Mart. Formijs, vt conſtat ex eiuſdem epiſtola ad Pompeium. Idem Pompeius literis Domitij, quas accepit a. d. XIII. Kal. Mart. eſt factus certior, Cæſarem apud Corfinium caſtra poſuiſſe: id docent literæ Pompeij ad Domitium, hoc exemplo: *Literę mihi à te redditæ ſunt A. D. XIII.* Kal. *Mart. in quibus ſcribis Cæſarem apud Corfinium caſtra poſuiſſe.* Hoc idem nuntiatum Tullio eâdem ipſâ nocte, qua Epiſtolam III. L. VIII. dedit ad Atticum: habes in ea: *Sed ecce nuncij, ſcribente me hęc ipſa noctu in Caleno, ecce literę, Cęſarem ad Corfinium, Domitium Corfinij cum fir-*

mo exercitu, & pugnare cupiente. Eſt ergo ſcripta hæc Epiſtola circiter diem tertiumdecimum Kalendas Martias: itaque non adeò mirandum eſt, ſi in eadem Epiſtola legas: *Infero mari nobis, incerto curſu, hieme maxima, nauigandum eſt.* Nam XIII. Kal. Martias huius anni Romani cadit in vltimum Ianuarij Iuliani diem anni cIↄcIↄcIↄIↄcccci. Erat igitur hiems maxima. Die ſeptimo vel ſexto Eidus Martias ſcripſit Cicero ad Atticum Libro IX. Epiſt. III. *Nam ad id, quod delibero, pertinet, ſi ille certè nuſquam diſceſſit, intelligere Cnæum, non eſſe faciles nobis ex Italia exitus, cùm ea tota armis, preſidiſque teneatur, hieme preſertim. nam ſi commodius anni tempus eſſet, vel infero mari liceret vti.* Dies VI. Eid. Mart. huius anni cadit in diem viceſimũ primũ Februarij Iuliani anni cIↄcIↄcIↄIↄcccci. Quare erat adhuc hiems. Quod verò Epiſtolâ XIX. Libri eiuſdem, quæ circa Kalendas Aprileis ſcripta eſt, ſcribat Attico M. Tullius. *Delectus habentur, in hiberna deducuntur.* non dicitur à Cicerone, quaſi copiæ eſſent deducendæ in hiberna, vt ibi totam hiemem, quæ tunc primum inciperet, eſſent: neque enim delectus habiti fuiſſent, vt totam hiemem in hibernis deſiderent, neque certe ita fuit, vt conſtat è rebus geſtis Cæſaris Maſſiliæ, in Hiſpania, alibi. Sed quia paululum milites ſuos reſpirare volebat Cæſar, vt rebus vrbanis proſpiceret, in hiberna deduxiſſe dicitur, quia adhuc ſupererat hiemis pars aliqua: nam Kalendæ Aprileis huius anni cadunt in diem tertiumdecimum Martij Iuliani. Vno autem vt abſoluam verbo, dixit Cicero, quod his verbis expreſſit

Digitized by Google

hoc anno interkalatum fuiſſe : atqui non debebat hoc anno interkalari menſis *Merkedonius* è conſuetudine: annus enim hic non erat interkalaris, ſed præcedens: interkalatum verò fuiſſe, nullo auctore probat: Quare aliud planè dixit Cicero. Dies decimus ſeptimus Kalendas Iunias huius anni Romani cadit in diem viceſimum ſextum Aprilis Iuliani anni cIↃcIↃcIↃIↃcccci. Sed longè ante præceſſerat æquinoctium. Quare de æquinoctio non agit M. Tullius. In Parapegmate Attico iſta obſeruat Illuſtriſſimus Scaliger ad diem viceſimum quartum & viceſimum quintum Aprilis Iuliani:

ΤΑΥΡΩΝ. ἡμέραι λβʹ.

VIII.Kal.Maij. Ὠρείων ἀκρόνυχος δύνει. ὑετία. ΕΥΔΟΞΟΣ. Α.

Ὁ Κριὸς λήγει ἐπιτέλλων. ὑετία. πολλαχῇ χάλαζα. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.

VII.Kal.Maij. Κύων κρύπτεται. χάλαζα γίνεται. ΕΥΚΤΗΜΩΝ. Β.

Λύρα ἐπιτέλλει. κύων ἀκρόνυχος δύνει, ὑετὸς γίνεται, ΕΥΔΟΞΟΣ.

Τοῦ Ταύρου ἡ κέρκος ἐπιτέλλει, νοτία, ΚΑΛΙΠΠΟΣ.

Ex his pendet verborum Ciceronianorum interpretatio, & emendatio. Reſcribimus itaque: *Nunc quidem* αἰγὶς, νότιον *nos moratur, quod valde perturbatum erat. Id ſi* ἀργαὶ *erit, vtinam idem maneat Hortenſius*, &c. Corrumpendo huic loco fuit, quod Latinis Græcæ voces literis ſcriptę ſunt. Scribit itaque Cicero procellam, αἰγὶς, id eſt, vento Noto flante, id eſt, Νότιον

ſe fuiſſe moratam, quod optimè conuenit cum tempore ſcriptæ Epiſtolæ: nam ſcripta eſt Epiſtola die viceſimo ſexto Aprilis Iuliani; die verò præcedenti Notus flare, atque pluere ſolet. Addit, *id ſi ἀργαὶ erit, vtinam idem maneat Hortenſius, ſiquidem adhuc erat.* Si verò, inquit, νότιον iſtud fiat ἀργαί. Noti epitheton eſt ἀργεστής. Sed puto Ciceronem appellaſſe Νότιον ἀργας, τὸν Λευκόνοτον, de quo Ariſtoteles, Λευκόνοτος· τὸ δ' ὄνομα ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος, λευκαίνεται γάρ. Si igitur, inquit, è Noto fiat Leuconotus, vtinam promiſſis ſtet Hortenſius, ſi tamen adhuc in ea eſt ſententia. Atque de his tantum eſt.

ANNVS. A. V. C. Septingenteſimus quintus Conſules habuit C. Iulium Cæſarem & P. Seruilium Vatiam Iſauricum: annus erat octauus Periodi Romanæ: itaque interkalandus erat menſis impar: ſed interkalatum non eſt, vt ex anno *Confuſionis* conſtat. Cepit hic annus die quinto Decembris Iuliani anni ab Orbe condito termilleſimi nongenteſimi primi, Cyclo Solis decimo ſeptimo: Nam annus proximè præcedens cepit die ſextodecimo Decembris Iuliani anni cIↄ cIↄ cIↄ Iↄ cccc. Adde anni Romani modum. Ergo annus ſequens cepit die quinto Decembris Iuliani anni cIↄ cIↄ cIↄ Iↄ cccci.

ANNVS A. V. C. Septingenteſimus ſextus erat nonus Romanæ Periodi: cepit die viceſimo quinto Nouembris Iuliani anni ab Orbe condito termilleſimi nongenteſimi ſecundi, Cyclo Solis decimo octauo: Cepit namque annus proximè præcedens die quinto Decembris Iuliani anni

cIↄ cIc-

cIↃcIↃcIↃIↃcccci. Adde anni Romani modum. Igitur cepit annus ſequens die viceſimo quinto Nouembris Iuliani anni cIↃcIↃcIↃIↃccccii. Obſeruandum autem eſt, hunc annum, qui nonus erat Periodi; fuiſſe ἐξαιρεσιμαῖον, ac proinde dierum tantum trecentorum quadraginta quinque.

ANNVS A. V. C. ſeptingenteſimus ſeptimus erat decimus Periodi Romanæ. Cepit die quinto Nouembris Iuliani anni ab Orbe condito termilleſimi nongenteſimi tertij, Cyclo Solis decimo nono: Nam annus proximè præcedens ceperat die viceſimo quinto Nouēbris Iuliani anni cIↃcIↃcIↃIↃccccii. Adde anni Romani ἐξαιρεσιμαίου modum, hoc eſt, dies cccxlv. Supereſt, vt annus ſequens incipiat die quinto Nouembris Iuliani anni cIↃcIↃcIↃIↃcccciii. Vertente Ianuario huius anni confectum eſt ſidus Vergiliarum, idque die decimo, ſiquidem ex Eudoxi ſententia die quartodecimo Nouembris Iuliani Πλειάδες ἑῷαι δύουσι. Vnde intelligenda ſunt iſta è Libro de bello Africano, quæ extremo Ianuario acciderunt: *Per id tempus fere Cæſaris exercitui res accidit incredibilis auditu. namque, Vergiliarum ſidere confecto, circiter vigilia ſecunda noctis, nimbus cum ſaxea grandine ſubito eſt exortus ingens.* Erat autem hic annus decimus Romanæ Periodi, ac proinde interkalaris; interkalatum autem eſt: nam erat annus hic *Confuſionis*, qui habuit è conſuetudine menſem interkalarium parem, vt conſtat è Suetonio, Cenſorino, alijs. Sed quia duo alij præcedentes anni ſine interkalatione tranſacti fuerant, quo retro delictum corrigeret Cæſar,

Digitized by Google

& in poſterum ex Kalendis Ianuarijs nobis temporum ratio congrueret, duos alios interkalarios menſes, vnum viginti trium dierum, alterum viginti duorum inter Nouembrem & Decembrem interiecit: atque ita hic *Confuſionis* annus factus eſt quindecim menſium, ſiue dierum quadringentorum viginti duorum, quod docet Dio; idque liquet: nam annus hic cepit die quinto Nouembris Iuliani anni cIↄcIↄcIↄIↄccccIIII. Superant igitur dies quinquaginta ſeptem ad Kalendas Ianuarias Iulianas anni cIↄcIↄcIↄIↄccccIV. Quare annus Romanus dierum trecẽtorum quinquaginta quinque deſijt die viceſimo quinto Octobris Iuliani anni cIↄcIↄcIↄIↄccccIV. Superſunt igitur dies ſexaginta ſeptem ad Kalendas Ianuarias Iulianas anni cIↄcIↄcIↄIↄccccV. Atque hi ſexaginta ſeptem dies, quos rectè numerat *Dio*, diſtributi ſunt in tres interkalarios menſes, quorum vnus fuit è conſuetudine, reliqui duo in Nouembrem & Decembrem interpoſiti ſunt à Cæſare, quo retro delictum corrigeret: Hic igitur anni *Confuſionis* modus fuit.

Sed non poſſumus accedere ſententiæ viri maximi in ijs, quæ referuntur Libro de bello Hiſpanico Cæſaris aduerſus Magni filios: Nam quæ hic dicuntur à Cæſare geſta menſe Februario, non ſunt anni *Confuſionis*, ſed ſequentis, qui eſt ab Orbe condito termilleſimus nongenteſimus quintus, Cyclo Solis viceſimo primo: Cæſar quippe in Hiſpaniam aduerſus Pompeij filios eſt profectus, *Africâ receptâ*, cùm *C. Cæſar Dictator III. deſignatus IV*. eſſet, vt habes in

Commentario de bello Hiſpanico, hoc eſt, vt è Dione conſtat, anno *Confuſionis* extremo. Deinde, de quibus agit Vir Ill. non cadunt in diem III. Kal. Mart. ſed potius in diem Nonarum Martiarum anni cIↄcIↄcIↄIↄcccev. Colliges ex his Commentarij de bello Hiſpanico: *Serui transfugerunt, qui nuntiauerunt a.d. III. Nonarum Martij prælio, ad Soritiam quod factum eſt, ex eo tempore metum eſſe magnum, & Attium Varum circum caſtella præeſſe. Eo die Pompeius caſtra mouit, & circa Hiſpalim in olineto conſtitit. Cæſar priuſquam eodem eſt profectus, Luna hora circiter VI. viſa eſt.* Vides prælium ad Soritiam factum fuiſſe die tertio Nonas Martij, ex dinumeratione patet diem hunc, quo profectus eſt Cæſar, fuiſſe Nonas Martias. Adde quod paullo poſt prælium Mundenſe XVII. Kal. Aprileis commiſſum eſt. Neque tamen Nonis Martijs Luna fuit viceſima ſecunda, vt o riretur horâ circiter VI. id eſt, circa mediam noctem, ſed fuit potius Luna ſeptima aut octaua, quæ occidit media nocte: Nouilunium enim commiſſum eſt pridie Kal. Martias, feriâ ſecundâ. Ergo Nonis Martijs, feriâ ſecundâ, Luna fuit octaua. Vnde legendum ſuſpicabamur, *Cæſar priuſquam eodem eſt profectus, Luna horas circiter VI. viſa eſt.* Nonis namque Martijs Luna fuit octaua, id eſt, lucebat horas circiter ſex, & media nocte occidebat.

Plutarchus in Romulo narrat L. Tarrutium Firmanum à Terentio Varrone conſultum de die Natali Vrbis, reſpondiſſe iacta fuiſſe fundamenta Vrbis Palilibus anno tertio Olympiadis ſextæ, deficiente

Sole: ἔτι μάλα τεθαῤῥηκότως καὶ ἀνδρείως ἀπεφήνατο, τὴν μὲν ἐν τῇ μητρὶ τοῦ Ῥωμύλου γεγονέναι σύλληψιν ἔτει πρώτῳ τῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος, ἐν μηνὶ κατ᾽ Αἰγυπτίους Χοιὰκ, τρίτῃ καὶ εἰκάδι, τρίτης ὥρας, καθ᾽ ἣν ὁ ἥλιος ἐξέλιπε παντελῶς· τὴν δ᾽ ἐμφανῆ γένεσιν, ἐν μηνὶ Θὼθ, ἡμέρᾳ πρώτῃ μετ᾽ εἰκάδα περὶ ἡλίου ἀνατολάς. κτισθῆναι δὲ τὴν Ῥώμην ὑπ᾽ αὐτοῦ τῇ ἐνάτῃ Φαρμουθὶ μηνὸς ἱσταμένου, μεταξὺ δευτέρας ὥρας καὶ τρίτης. & paulò ante, ὅτι μὲν οὖν ἡ κτίσις ἡμέρᾳ γένοιτο τῇ πρὸ ἕνδεκα Καλανδῶν Μαΐων ὁμολογεῖται, καὶ τὴν ἡμέραν Παρίλια προσηγόρευον. ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν, ᾗ τὴν πόλιν ὁ Ῥωμύλος ἔκτιζεν ἀτεχνῆ τριακάδα λέγουσι τυχεῖν. καὶ σύνοδον ἐκλειπτικὴν ἐν αὐτῇ γενέσθαι σελήνης πρὸς ἥλιον, (ἣν εἰδέναι καὶ Ἀντίμαχον οἴονται τὸν Τήιον ἐποποιόν) ἔτει τρίτῳ τῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδος συμπεσοῦσαν. De Natali Vrbis M. Tullius Lib. II. de Diuinatione: *L. quidem Tarutius Firmanus, familiaris noſter, in primis Chaldaïcis rationibus eruditus, Vrbis etiam noſtræ natalem diem repetebat ab ijs Parilibus, quibus eam à Romulo conditam accepimus, Romámque, in iugo cùm eſſet Luna, natam eſſe dicebat, nec eius fata canere dubitabat.* Solinus: *Ibi Romulus manſitauit, qui auſpicatò murorum fundamenta iecit, duodeuiginti natus annos, vndecimo Kalendas Maias, horâ poſt ſecundam ante tertiam, ſicut L. Taruntius prodidit mathematicorum nobiliſſimus, Ioue in Piſcibus, Saturno, Venere, Marte, Mercurio, in Scorpione, Sole in Tauro, Luna in Libra conſtitutis.* De anno, quo Romulus eſt conceptus, in ſuperioribus diximus, agemus porro de primis Vrbis Parilibus, cum bono Deo: Vir Illuſtris Taruntij ſententiam excuſſit atque exagitauit: ſed non eſt audiendus:

Digitized by Google

Pharmuthi enim, quem dixit Taruntius, vult eſſe Actiacum: atqui cùm iſta pronuntiabat Taruntius, nondum erant Actiaci Ægyptiorum menſes: adde, quod vbi agitur de Romuli conceptu, Choïac omnino non eſt Actiacus, ſed Nabonaſſari. Præterea non dixit Taruntius apud Plutarchum, Palilia prima Vrbis incidiſſe in viceſimam primam Pharmuthi, ſed in nonam. Rurſum non capio viceſimam primam Pharmuthi Actiaci cadere in viceſimam ſextam Maij: imo cadit in ſextamdecimam Aprilis. Denique viceſima ſexta Aprilis non conuenit cum viceſima prima Pharmuthi Actiaci: Expendit quoque Taruntij reſponſa vir præſtantiſſimus in Examine Temporum ad vetus Kalendarium Romanum: ſed neque is quoque aſcenſum mereri videtur: plane alia enim ſciſcit de anni Boniani modo, ab ijs quæ in literas veterum rerum ſcriptores retulerunt: adde, quod caput eſt, Romani anni caput ſtatuiſſe die viceſimo octauo Martij Iuliani, nullo auctore: Atqui aliud omnino fuit caput anni Romani, vt manifeſtum fiet, ex obſeruatione Eclipſeos Solaris, quæ contigit in exceſſu Romuli, vt infra, θεοῦ διδόντος, ſumus dicturi. Præterea quod ad menſes Ægyptiacos attinet, longe abit à ſcriptura Plutarchi: Quare aliud eſt inueſtigandum. Omnino conſtat è ſententia Varronis & Taruntij Palilia prima Vrbis incidiſſe in annum tertium vertentem Olympiadis ſextæ, qui eſt annus ab Orbe condito termilleſimus centeſimus nonageſimus ſeptimus, ſiue CIↃCIↃCIↃIↃCCCCLXI. Iulianæ Periodi, Cyclo Solis ter-

tiodecimo, Lunæ nono. Sed cepit annus Romanorum veterum, cuius Palilia inueſtigamus, tertio Eidus Nouembreis anni Iuliani termilleſimi centeſimi nonageſimi ſexti: idque exigit Eclipſeos ratio, quæ accidit in Romuli exceſſu, vt in ſequentibus demonſtrabimus. Quare Palilia, quæ celebrantur vndecimo Kalendas Maïas Iulianas, ſiue decimo Kalendas Maïas veteris anni, quod idem eſt, nempe viceſimus primus Aprilis dies, cadent in diem viceſimum ſeptimum Februarij Iuliani, ſiue quinquageſimum octauum à Kalendis Ianuarijs anni termilleſimi centeſimi nonageſimi ſeptimi: Quo die, vt è Tabulis Friſicis conſtat, fuit Nouilunium, & Latitudo Lunæ Ecliptica ad Auſtrum vergens; ac proinde Eclipſis in Europa viſa non eſt, ſed in Aſia: itaque illius meminit Antimachus Teius: Eratque Luna in Scorpione conſtituta, & Sol Piſces ingrediebatur, quomodo reponendum iudicamus apud Solinum: Sed quæ leguntur apud Plutarchum & obſcura & inemendata ſunt, è quibus lumen attollere, & menda tollere tentabimus, ſi Deus dederit: ὅτι μὲν οὖν ἡ κτίσις ἡμέρᾳ γένοιτο τῇ πρὸ ἕνδεκα Καλανδῶν Μαιῶν, ὁμολογεῖται. νῦν μὲν οὖν οὐδὲν αἱ Ῥωμαϊκαὶ νουμηνίαι πρὸς τὰς ἑλληνικὰς ὁμολογούμενον ἔχουσιν. ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν, ᾗ τὴν πόλιν ἔκτιζεν ὁ Ῥωμύλος, ἀτρεκῆ τριακάδα τυχεῖν λέγουσι. Ex his videtur colligi, prima Vrbis Palilia, quæ fuerunt vndecimo Kalendas Maias, incidiſſe in vltimum menſis Græcorum diem. Sed quiſquis ita colliget, aberrabit à veri via. Nam, ex eo quod Natalis Vrbis dies incidit in vn-

decimum Kalendas Maïas diem, concludit Plutarchus ſua ipſius ætate longo differre interuallo Kalendas Romanorum menſium à Neomeniis menſium Græcorum, νυῦ μὲν οὐδὲν αἱ Ῥωμαϊκαὶ νουμηνίαι πρὸς τὰς Ἑλληνικὰς ὁμολογούμενον ἔχουσιν. Ergo olim non tanto differebant interuallo, ſed propius accedebant ad Romanorum menſium Kalendas Græcorum Neomeniæ, quando Roma condita eſt. Condita enim eſt anno tertio ſextæ Olympiadis. Erat igitur annus viceſimus tertius Iphiteus, qui annus, vt è noſtra conſtat Periodo, fuit embolimæus, eiuſque Hecatombæon cepit Eidibus Iuniis Iulianis. Ergo viceſimus Antheſterionis dies cadet in viceſimum ſeptimum Februarij Iuliani diem. Quare differentia inter veteris Romani menſis Kalendas, & Neomeniam Græci eſt vnius diei; viceſimus namque ſeptimus Februarij Iuliani dies, quo cepit Roma condi, erat vndecimus Kalendas Maïas huius anni Romani veteris, ſiue viceſimus primus Aprilis, idémque fuit, hoc anno, viceſimus dies menſis Antheſterionis. Interuallum eſt vnius diei. Itaque reſcribendum eſt apud Plutarchum; ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν, ᾗ τὴν πόλιν ὁ Ῥωμύλος ἔκτιζεν, ἀτρεκῆ εἰκάδα τυχεῖν λέγουσι. Quod paulò poſt ſequitur, non minus corruptum eſt: ἀποφῆναι τὴν Ῥώμην ὑπ᾽ αὐτοῦ κληθῆναι τῇ ἐνάτῃ Φαρμουθὶ μηνὸς ἱσταμένου, μεταξὺ δευτέρας ὥρας καὶ τρίτης. Nam quæ de Eclipſi Solis in Romuli conceptu dicuntur, non ſinunt nos dubitare diem viceſimum tertium menſis Choïac cadere in viceſimum quartum Iunij Iuliani, anni

ab Orbe condito termilleſimi centeſimi ſeptuageſimi Octaui. Quare, ſi fingamus, quod à Taruntio factum eſt, obtinuiſſe atque vſurpatos fuiſſe annos Nabonaſſari, omnino ſequetur, menſem Pharmuthi anni, quo Vrbs eſt condita, cadere non potuiſſe in menſem Aprilem, ſiue veterem Romanum, ſiue Iulianum. Nam anno ab Orbe condito termilleſimo centeſimo nonageſimo ſeptimo, quo Roma condita eſt, annus Nabonaſſari cepit die viceſimo ſeptimo Februarij Iuliani. Annos erat natus Romulus, cum Romam condidit, duodeuiginti: Natus autem eſt anno ab Orbe condito ter milleſimo centeſimo ſeptuageſimo nono, die viceſimo primo menſis Thoth, qui dies cadit in viceſimum quartum Martij Iuliani. Sed nondum excegerat Romulus annum duodeviceſimum: Nam, vt iam diximus, iacta ſunt Vrbis fundamenta Palilibus, die viceſimo ſeptimo Februarij Iuliani anni termilleſimi centeſimi nonageſimi ſeptimi: Quare fuit dies primus menſis Thoth. Vnde reſcribendum putamus apud Plutarchum: *τὴν δὲ ἐμφανῆ γένεσιν, ἐν μηνὶ Θὼθ, ἡμέρᾳ πρώτῃ μετ᾽ εἰκάδα, περὶ ἡλίου ἀνατολάς. κτισθῆναι δὲ τὴν Ῥώμην ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐν ᾱ τῇ Φαρ Μοὺθ, μηνὸς ἱσταμένου, μεταξὺ δευτέρας ὥρας καὶ τρίτης.* Dicit Plutarchus eodem menſe natum Romulum, Vrbémque conditam fuiſſe: illum quidem natum die viceſimo primo menſis Thoth, *ἐν μηνὶ Θὼθ, ἡμέρᾳ πρώτῃ μετ᾽ εἰκάδα.* hanc verò conditam die primo eiuſdem menſis, *ἐν ᾱ μηνὸς ἱσταμένου.* Sed

quia

Digitized by Google

quia dies menſium ſua habebant apud Ægyptios nomina, hunc diem ſuo deſignauit nomine, τῇ Φαρ Μοὺθ. Quid ſignificet iſtud Φαρ iuxta cum ignariſſimis ſcimus: neque enim volumus indulgere coniecturis ex Hebraïca lingua petitis, quanquam arridere poſſit originatio ἐκ τοῦ פר. Hoc vnum dicere poſſumus veſtigia huius vocis legi in iſtis Φαρὸς, ſimilibúſque, & forte etiam in Φαρῶ. Quod verò τὸ Μοὺθ attinet, vnum eſt ex Iſidis nominibus apud Ægyptios, teſte Plutarcho de Iſide & Oſiride: ἡ δ' Ἶσις ἔστιν ὅτε καὶ Μοὺθ, καὶ πάλιν Ἄθυρι, καὶ Μεθύερ προσαγορεύουσι. σημαίνουσι δὲ τῷ μὲν πρώτῳ τῶν ὀνομάτων μητέρα.

DE EXCESSV ROMVLI.

FVIT vetus opinio Romulum exceſſiſſe è viuis defectione Solis. Sed Ouidius confert tempus mortis Romuli in Quirinalia, menſe Februario: alij in Nonas Quintileis, vt Plutarchus, item Lampridius in vita Commodi: *Indutus toga eſt Nonarum Juliarum die, quo in terris Romulus non apparuit.* Mire hæc turbare videntur, ſed nos facile, σὺν θεῷ δ' εἰπεῖν, componemus & conciliabimus. Quot annos imperauerit Romulus, non omnino cõuenit inter veteres ſcriptores: alij enim annos triginta ſeptem ei adſcribunt, alij triginta octo: ſed hæc inter

ſe fuiſſe moratam, quod optimè conuenit cum tempore ſcriptæ Epiſtolæ: nam ſcripta eſt Epiſtola die viceſimo ſexto Aprilis Iuliani; die verò præcedenti Notus flare, atque pluere ſolet. Addit, *id ſi* ἀργαὶ *erit, vtinam idem maneat Hortenſius, ſiquidem adhuc erat.* Si verò, inquit, νότιον iſtud fiat ἀργαί. Noti epitheton eſt ἀργεστής. Sed puto Ciceronem appellaſſe Νότιον ἀργαὶ, τὸν Λευκόνοτον, de quo Ariſtoteles, Λευκόνοτος· τὸ δ' ὄνομα ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος, λευκαίνεται γάρ. Si igitur, inquit, è Noto fiat Leuconotus, vtinam promiſſis ſtet Hortenſius, ſi tamen adhuc in ea eſt ſententia. Atque de his tantum eſt.

ANNVS. A. V. C. Septingenteſimus quintus Conſules habuit C. Iulium Cæſarem & P. Seruilium Vatiam Iſauricum: annus erat octauus Periodi Romanæ: itaque interkalandus erat menſis impar: ſed interkalatum non eſt, vt ex anno *Confuſionis* conſtat. Cepit hic annus die quinto Decembris Iuliani anni ab Orbe condito termilleſimi nongenteſimi primi, Cyclo Solis decimo ſeptimo: Nam annus proximè præcedens cepit die ſextodecimo Decembris Iuliani anni cIɔ cIɔ cIɔ Iɔ cccc. Adde anni Romani modum. Ergo annus ſequens cepit die quinto Decembris Iuliani anni cIɔ cIɔ cIɔ Iɔ cccci.

ANNVS A. V. C. Septingenteſimus ſextus erat nonus Romanæ Periodi: cepit die viceſimo quinto Nouembris Iuliani anni ab Orbe condito termilleſimi nongenteſimi ſecundi, Cyclo Solis decimo octauo: Cepit namque annus proximè præcedens die quinto Decembris Iuliani anni

cIɔ cIc-

cIↄcIↄ cIↄ Iↄcccci. Adde anni Romani modum. Igitur cepit annus ſequens die viceſimo quinto Nouembris Iuliani anni cIↄcIↄcIↄIↄcccccii. Obſeruandum autem eſt, hunc annum, qui nonus erat Periodi; fuiſſe ἐξαιρεσιμαῖον, ac proinde dierum tantum trecentorum quadraginta quinque.

ANNVS. A. V. C. ſeptingenteſimus ſeptimus erat decimus Periodi Romanæ. Cepit die quinto Nouembris Iuliani anni ab Orbe condito termilleſimi nongenteſimi tertij, Cyclo Solis decimo nono: Nam annus proximè præcedens ceperat die viceſimo quinto Nouēbris Iuliani anni cIↄcIↄcIↄIↄcccccii. Adde anni Romani ἐξαιρεσιμαίου modum, hoc eſt, dies cccxlv. Supereſt, vt annus ſequens incipiat die quinto Nouembris Iuliani anni cIↄcIↄcIↄIↄcccciii. Vertente Ianuario huius anni confectum eſt ſidus Vergiliarum, idque die decimo, ſiquidem ex Eudoxi ſententia die quartodecimo Nouembris Iuliani Πλειάδες ἑῷαι δύνουσι. Vnde intelligenda ſunt iſta è Libro de bello Africano, quæ extremo Ianuario acciderunt: *Per id tempus fere Cæſaris exercitui res accidit incredibilis auditu. namque, Vergiliarum ſidere confecto, circiter vigilia ſecunda noctis, nimbus cum ſaxea grandine ſubito eſt exortus ingens.* Erat autem hic annus decimus Romanæ Periodi, ac proinde interkalaris; interkalatum autem eſt: nam erat annus hic *Confuſionis*, qui habuit è conſuetudine menſem interkalarium parem, vt conſtat è Suetonio, Cenſorino, alijs. Sed quia duo alij præcedentes anni ſine interkalatione tranſacti fuerant, quo retro delictum corrigeret Cæſar,

LIIII.

& in poſterum ex Kalendis Ianuarijs nobis temporum ratio congrueret, duos alios interkalarios menſes, vnum viginti trium dierum, alterum viginti duorum inter Nouembrem & Decembrem interiecit: atque ita hic *Confuſionis* annus factus eſt quindecim menſium, ſiue dierum quadringentorum viginti duorum, quod docet Dio; idque liquet: nam annus hic cepit die quinto Nouembris Iuliani anni cIɔcIɔcIɔIɔccccIII. Superant igitur dies quinquaginta ſeptem ad Kalendas Ianuarias Iulianas anni cIɔcIɔcIɔIɔccccIV. Quare annus Romanus dierum trecẽtorum quinquaginta quinque deſijt die viceſimo quinto Octobris Iuliani anni cIɔcIɔcIɔIɔccccIV. Superſunt igitur dies ſexaginta ſeptem ad Kalendas Ianuarias Iulianas anni cIɔcIɔcIɔIɔccccV. Atque hi ſexaginta ſeptem dies, quos rectè numerat Dio, diſtributi ſunt in tres interkalarios menſes, quorum vnus fuit è conſuetudine, reliqui duo in Nouembrem & Decembrem interpoſiti ſunt à Cæſare, quo retro delictum corrigeret: Hic igitur anni *Confuſionis* modus fuit.

Sed non poſſumus accedere ſententiæ viri maximi in ijs, quæ referuntur Libro de bello Hiſpanico Cæſaris aduerſus Magni filios: Nam quæ hic dicuntur à Cæſare geſta menſe Februario, non ſunt anni *Confuſionis*, ſed ſequentis, qui eſt ab Orbe condito termilleſimus nongenteſimus quintus, Cyclo Solis viceſimo primo: Cæſar quippe in Hiſpaniam aduerſus Pompeij filios eſt profectus, *Africâ receptâ*, cùm C. *Cæſar Dictator III. deſignatus IV.* eſſet, vt habes in

Commentario de bello Hiſpanico, hoc eſt, vt è Dione conſtat, anno *Confuſionis* extremo. Deinde, de quibus agit Vir Ill. non cadunt in diem III. Kal. Mart. ſed potius in diem Nonarum Martiarum anni cIↄcIↄcIↄIↄccccv. Colliges ex his Commentarij de bello Hiſpanico: *Serui transfugerunt, qui nuntiauerunt a.d. III. Nonarum Martij prælio, ad Soritiam quod factum eſt, ex eo tempore metum eſſe magnum, & Attium Varum circum caſtella præeſſe. Eo die Pompeius caſtra mouit, & circa Hiſpalim in olineto conſtitit. Cæſar priuſquam eodem eſt profectus, Luna hora circiter VI. viſa eſt.* Vides prælium ad Soritiam factum fuiſſe die tertio Nonas Martij, ex dinumeratione patet diem hunc, quo profectus eſt Cæſar, fuiſſe Nonas Martias. Adde quod paullo poſt prælium Mundenſe XVII. Kal. Aprileis commiſſum eſt. Neque tamen Nonis Martijs Luna fuit viceſima ſecunda, vt oriretur horâ circiter VI. id eſt, circa mediam noctem, ſed fuit potius Luna ſeptima aut octaua, quæ occidit media nocte: Nouilunium enim commiſſum eſt pridie Kal. Martias, feriâ ſecundâ. Ergo Nonis Martijs, feriâ ſecundâ, Luna fuit octaua. Vnde legendum ſuſpicabamur, *Cæſar priuſquam eodem eſt profectus, Luna horas circiter VI. viſa eſt.* Nonis namque Martijs Luna fuit octaua, id eſt, lucebat horas circiter ſex, & media nocte occidebat.

Plutarchus in Romulo narrat L. Tarrutium Firmanum à Terentio Varrone conſultum de die Natali Vrbis, reſpondiſſe iacta fuiſſe fundamenta Vrbis Palilibus anno tertio Olympiadis ſextæ, deficiente

Sole: ὃς μάλα τεθαῤῥηκότως καὶ ἀνδρείως ἀπεφήνατο, τὴν μὲν ἐν τῇ μητρὶ τοῦ Ῥωμύλου γεγονέναι σύλληψιν ἔτει πρώτῳ τῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος, ἐν μηνὶ κατ᾽ Αἰγυπτίους Χοιὰκ, τρίτῃ καὶ εἰκάδι, τρίτης ὥρας, καθ᾽ ἣν ὁ ἥλιος ἐξέλιπε παντελῶς· τὴν δ᾽ ἐμφανῆ γένεσιν, ἐν μηνὶ Θωὺθ, ἡμέρᾳ πρώτῃ μετ᾽ εἰκάδα περὶ ἡλίου ἀνατολάς. κτισθῆναι δὲ τὴν Ῥώμην ὑπ᾽ αὐτοῦ τῇ ἐνάτῃ Φαρμουθὶ μηνὸς ἱσταμένου, μεταξὺ δευτέρας ὥρας καὶ τρίτης. & paulò ante, ὅτι μὲν οὖν ἡ κτίσις ἡμέρᾳ γένοιτο τῇ πρὸ ἕνδεκα Καλανδῶν Μαΐων ὁμολογεῖται, καὶ τὴν ἡμέραν Παλίλια προσηγόρευον. ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν, ᾗ τὴν πόλιν ὁ Ῥωμύλος ἔκτιζεν ἀκριβῆ τριακάδα λέγουσι τυχεῖν. καὶ σύνοδον ἐκλειπτικὴν ἐν αὐτῇ γενέσθαι σελήνης πρὸς ἥλιον, (ἣν εἰδέναι καὶ Ἀντίμαχον οἴονται τὸν Τήιον ἐποποιόν) ἔτει τρίτῳ τῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδος συμπεσοῦσαν. De Natali Vrbis M. Tullius Lib. II. de Diuinatione: *L. quidem Tarutius Firmanus, familiaris noſter, in primis Chaldaicis rationibus eruditus, Vrbis etiam noſtræ natalem diem repetebat ab ijs Parilibus, quibus eam à Romulo conditam accepimus, Romámque, in iugo cùm eſſet Luna, natam eſſe dicebat, nec eius fata canere dubitabat.* Solinus: *Ibi Romulus manſitauit, qui auſpicatò murorum fundamenta iecit, duodeuiginti natus annos, undecimo Kalendas Maias, horâ poſt ſecundam ante tertiam, ſicut L. Taruntius prodidit mathematicorum nobiliſſimus, Ioue in Piſcibus, Saturno, Venere, Marte, Mercurio, in Scorpione, Sole in Tauro, Luna in Libra conſtitutis.* De anno, quo Romulus eſt conceptus, in ſuperioribus diximus, agemus porro de primis Vrbis Parilibus, cum bono Deo: Vir Illuſtris Taruntij ſententiam excuſſit atque exagitauit: ſed non eſt audiendus:

Digitized by Google

Pharmuthi enim, quem dixit Taruntius, vult eſſe Actiacum: atqui cùm iſta pronuntiabat Taruntius, nondum erant Actiaci Ægyptiorum menſes: adde, quod vbi agitur de Romuli conceptu, Choïac omnino non eſt Actiacus, ſed Nabonaſſari. Præterea non dixit Taruntius apud Plutarchum, Palilia prima Vrbis incidiſſe in viceſimam primam Pharmuthi, ſed in nonam. Rurſum non capio viceſimam primam Pharmuthi Actiaci cadere in viceſimam ſextam Maij: imo cadit in ſextamdecimam Aprilis. Denique viceſima ſexta Aprilis non conuenit cum viceſima prima Pharmuthi Actiaci: Expendit quoque Taruntij reſponſa vir præſtantiſſimus in Examine Temporum ad vetus Kalendarium Romanum: ſed neque is quoque aſcenſum mereri videtur: plane alia enim ſciſcit de anni Boniani modo, ab ijs quæ in literas veterum rerum ſcriptores retulerunt: adde, quod caput eſt, Romani anni caput ſtatuiſſe die viceſimo octauo Martij Iuliani, nullo auctore: Atqui aliud omnino fuit caput anni Romani, vt manifeſtum fiet, ex obſeruatione Eclipſeos Solaris, quæ contigit in exceſſu Romuli, vt infra, θεοῦ διδόντος, ſumus dicturi. Præterea quod ad menſes Ægyptiacos attinet, longe abit à ſcriptura Plutarchi: Quare aliud eſt inueſtigandum. Omnino conſtat è ſententia Varronis & Taruntij Palilia prima Vrbis incidiſſe in annum tertium vertentem Olympiadis ſextæ, qui eſt annus ab Orbe condito termilleſimus centeſimus nonageſimus ſeptimus, ſiue cIɔcIɔcIɔIɔccccLXI. Iulianæ Periodi, Cyclo Solis ter-

tiodecimo, Lunæ nono. Sed cepit annus Romano-rum veterum, cuius Palilia inueſtigamus, tertio Eidus Nouembreis anni Iuliani termilleſimi centeſimi nonageſimi ſexti: idque exigit Eclipſeos ratio, quæ accidit in Romuli exceſſu, vt in ſequentibus demonſtrabimus. Quare Palilia, quæ celebrantur vndecimo Kalendas Maïas Iulianas, ſiue decimo Kalendas Maïas veteris anni, quod idem eſt, nempe viceſimus primus Aprilis dies, cadent in diem viceſimum ſeptimum Februarij Iuliani, ſiue quinquageſimum octauum à Kalendis Ianuarijs anni termilleſimi centeſimi nonageſimi ſeptimi: Quo die, vt è Tabulis Friſicis conſtat, fuit Nouilunium, & Latitudo Lunæ Ecliptica ad Auſtrum vergens; ac proinde Eclipſis in Europa viſa non eſt, ſed in Aſia: itaque illius meminit Antimachus Teius: Eratque Luna in Scorpione conſtituta, & Sol Piſces ingrediebatur, quomodo reponendum iudicamus apud Solinum: Sed quæ leguntur apud Plutarchum & obſcura & inemendata ſunt, è quibus lumen attollere, & menda tollere tentabimus, ſi Deus dederit: ὅτι μὲν οὖν ἡ κτίσις ἡμέρᾳ γένοιτο τῇ πρὸ ἕνδεκα Καλανδῶν Μαϊῶν, ὁμολογεῖται. νῦν μὲν οὖν οὐδὲν αἱ Ῥωμαϊκαὶ νουμηνίαι πρὸς τὰς ἑλληνικὰς ὁμολογούμενον ἔχουσιν. ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν, ᾗ τὴν πόλιν ἔκτιζεν ὁ Ῥωμύλος, ἀτρεκῆ τριακάδα τυχεῖν λέγουσι. Ex his videtur colligi, prima Vrbis Palilia, quæ fuerunt vndecimo Kalendas Maias, incidiſſe in vltimum menſis Græcorum diem. Sed quiſquis ita colliget, aberrabit à veri via, Nam, ex eo quod Natalis Vrbis dies incidit in vn-

decimum Kalendas Maïas diem, concludit Plutarchus ſua ipſius ætate longo differre interuallo Kalendas Romanorum menſium à Neomeniis menſium Græcorum, *νῦν μὲν οὐδὲν αἱ Ῥωμαϊκαὶ νουμηνίαι πρὸς τὰς Ἑλληνικὰς ὁμολογούμενον ἔχουσιν.* Ergo olim non tanto differebant interuallo, ſed propius accedebant ad Romanorum menſium Kalendas Græcorum Neomeniæ, quando Roma condita eſt. Condita enim eſt anno tertio ſextæ Olympiadis. Erat igitur annus viceſimus tertius Iphiteus, qui annus, vt è noſtra conſtat Periodo, fuit embolimæus, eiuſque Hecatombæon cepit Eidibus Iuniis Iulianis. Ergo viceſimus Antheſterionis dies cadet in viceſimum ſeptimum Februarij Iuliani diem. Quare differentia inter veteris Romani menſis Kalendas, & Neomeniam Græci eſt vnius diei; viceſimus namque ſeptimus Februarij Iuliani dies, quo cepit Roma condi, erat vndecimus Kalendas Maïas huius anni Romani veteris, ſiue viceſimus primus Aprilis, idémque fuit, hoc anno, viceſimus dies menſis Antheſterionis. Interuallum eſt vnius diei. Itaque reſcribendum eſt apud Plutarchum; *ἐκείνην γὰρ τὴν ἡμέραν, ᾗ τὴν πόλιν ὁ Ῥωμύλος ἔκτιζεν, ἀτρεκῆ εἰκάδα τυχεῖν λέγουσι.* Quod paulò poſt ſequitur, non minus corruptum eſt: *ἀπεφήνατο τὸν Ῥώμυλον ὑπ' αὐτοῦ κληθῆναι τῇ ἐνάτῃ Φαρμουθὶ μηνὸς ἱσταμένου, μεταξὺ δευτέρας ὥρας καὶ τρίτης.* Nam quæ de Eclipſi Solis in Romuli conceptu dicuntur, non ſinunt nos dubitare diem viceſimum tertium menſis Choïac cadere in viceſimum quartum Iunij Iuliani, anni

ab Orbe condito termilleſimi centeſimi ſeptuageſimi Octaui. Quare, ſi fingamus, quod à Taruntio factum eſt, obtinuiſſe atque vſurpatos fuiſſe annos Nabonaſſari, omnino ſequetur, menſem Pharmuthi anni, quo Vrbs eſt condita, cadere non potuiſſe in menſem Aprilem, ſiue veterem Romanum, ſiue Iulianum. Nam anno ab Orbe condito termilleſimo centeſimo nonageſimo ſeptimo, quo Roma condita eſt, annus Nabonaſſari cepit die viceſimo ſeptimo Februarij Iuliani. Annos erat natus Romulus, cum Romam condidit, duodeuiginti: Natus autem eſt anno ab Orbe condito ter milleſimo centeſimo ſeptuageſimo nono, die viceſimo primo menſis Thoth, qui dies cadit in viceſimum quartum Martij Iuliani. Sed nondum excegerat Romulus annum duodeviceſimum: Nam, vt iam diximus, iacta ſunt Vrbis fundamenta Palilibus, die viceſimo ſeptimo Februarij Iuliani anni termilleſimi centeſimi nonageſimi ſeptimi: Quare fuit dies primus menſis Thoth. Vnde reſcribendum putamus apud Plutarchum: *τὴν δὲ ἐμφανῆ γένεσιν, ἐν μηνὶ Θὼθ, ἡμέρᾳ πρώτῃ μετ' εἰκάδα, περὶ ἡλίου ἀνατολάς. κατατεθῆναι δὲ τὴν Ῥώμην ὑπ' αὐτοῦ ἐν α̅ τῇ Φαρ Μοὺθι, μηνὸς ἱσταμένου, μεταξὺ δευτέρας ὥρας καὶ τρίτης.* Dicit Plutarchus eodem menſe natum Romulum, Vrbémque conditam fuiſſe: illum quidem natum die viceſimo primo menſis Thoth, *ἐν μηνὶ Θὼθ, ἡμέρᾳ πρώτῃ μετ' εἰκάδα.* hanc verò conditam die primo eiuſdem menſis, *ἐν α̅ μηνὸς ἱσταμένου.* Sed

quia

Digitized by Google

quia dies menſium ſua habebant apud Ægyptios nomina, hunc diem ſuo deſignauit nomine, τῇ Φαρ Μοῦθ. Quid ſignificet iſtud Φαρ iuxta cum ignariſſimis ſcimus: neque enim volumus indulgere coniecturis ex Hebraïca lingua petitis, quanquam arridere poſſit originatio ἐκ τοῦ פר. Hoc vnum dicere poſſumus veſtigia huius vocis legi in iſtis Φαρὸς, ſimilibúſque, & forte etiam in Φαραώ. Quod verò τὸ Μοῦθ attinet, vnum eſt ex Iſidis nominibus apud Ægyptios, teſte Plutarcho de Iſide & Oſiride: ἡ δ' Ἶσις ἔστιν ὅτε καὶ Μοῦθ, καὶ πάλιν Ἀθυρι, καὶ Μεθύερ προσαγορεύουσι. σημαίνουσι δὲ τῷ μὲν πρώτῳ τῶν ὀνομάτων μητέρα.

DE EXCESSV ROMVLI.

FVIT vetus opinio Romulum exceſſiſſe è viuis defectione Solis. Sed Ouidius confert tempus mortis Romuli in Quirinalia, menſe Februario: alij in Nonas Quintileis, vt Plutarchus, item Lampridius in vita Commodi: *Indutus toga eſt Nonarum Juliarum die, quo in terris Romulus non apparuit.* Mire hæc turbare videntur, ſed nos facile, σὺν θεῷ δ' εἰπεῖν, componemus & conciliabimus. Quot annos imperauerit Romulus, non omnino cõuenit inter veteres ſcriptores: alij enim annos triginta ſeptem ei adſcribunt, alij triginta octo: ſed hæc inter

Mmmmm

eos differentia oritur propter Palilia Varroniana & Catoniana: Nam idem eſt annus ab Orbe condito apud vtroſque, quo perijt Solis defectione Romulus, verum idem eſt à Palilibus Varronianis triceſimus octauus, à Palilibus Catonianis triceſimus ſeptimus: Rurſum alij exceſſiſſe Romulum referunt circa Quirinalia, quæ die decimo ſeptimo Februarij celebrantur; alij eius mortem conferunt in Nonas Quintileis. Priores illi nondum exactum fuiſſe triceſimum octauum (à Varronianis Palilibus numerum inimus) regni annum ſentiunt. Plutarchus, λέγεται δὲ Ῥωμύλος, τεσσάρων μὲν ἔτη καὶ πεντήκοντα γεγονώς, ὄγδοον δὲ βασιλεύων ἐκεῖνο καὶ τριακοστόν, ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι. Quanquam hic turbat, qui exceſſum Romuli in Nonas Quintileis confert: Atqui ſi perijt Romulus Nonis Quintilibus, Solis defectione, omnino perijt anno imperij triceſimo octauo exacto, vt infra, Deo dante, demonſtraturi ſumus. Annus veterum Romanorum, cuius Palilibus Roma condita eſt, cepit, vt in ſuperioribus diximus, tertio Eidus Nouembreis Iulianas anni ab Orbe condito termilleſimi centeſimi nonageſimi ſexti. Vſurpatam fuiſſe noſtram Periodum ab hinc fingimus. Cepit igitur annus triceſimus nonus die tertiodecimo Kalendas Decembreis Iulianas anni ab Orbe condito termilleſimi ducenteſimi triceſimi quarti: Kalendis autem Decembribus Iulianis huius anni termilleſimi ducenteſimi triceſimi quarti, defecit Sol, vt ab eruditiſſimis viris eſt obſeruatum. Kalen-

dæ verò Decembreis Iulianæ huius anni cIↄ cIↄ cIↄ-ccxxxiv. cadunt in diem tertium decimum Ianuarij veterum Romanorum : atque hoc ipſo die, & hac Solis defectione, periiſſe Romulum, qui memoriæ eius exceſſus conſecrata fuiſſe Quirinalia produnt, omnino intelligunt ; Nam quod ipſis Quirinalibus veteris huius anni perierit, longè aberrat à vero, ſiquidem Quirinalia hæc cadunt in diem tertium Ianuarij Iuliani anni ab Orbe condito termilleſimi ducenteſimi triceſimi quinti: Neque quicquam iuuat Ouidius, qui cauſſam quidem aperit, cur inſtituta ſint Quirinalia;

Eſt locus, antiqui Capreæ dixere paludem.
Forte tuis illic, Romule, iura dabas.
Sol fugit : & remouent ſubeuntia nubila cælum:
Et grauis effuſis decidit imber aquis.
Hinc tonat : hinc miſſis abrumpitur ignibus æther.
Fit fuga : Rex patrijs aſtra petebat equis.

Sed tamen non dicit ipſis Quirinalibus exceſſiſſe: imò contra, ſi quid eius mentem capio, ante Quirinalia periiſſe affirmat : Nam primò docet poſt Romuli exceſſum, Patres veniſſe in crimen cædis illius, cuius abſoluti ſunt, cùm aliquot poſt diebus Albâ rediret Iulius, (nam quando redijt Iulius, Luna fulgebat, idque forte totam noctem,

Digitized by Google

primâ enim luce, vt ipſe Iulius teſtatur apud T. Liuium, apparuit Romulus : atqui Romulus exceſſit Solis defectione, id eſt, interlunio) nunciaretque Romulum cœlo receptum fuiſſe. Huius dictis fides eſt habita, atque ædes Quirino facta, eiuſque nomini dies decimus ſeptimus Februarij ſacratus, & Quirinalia dictus: atque ita inter Romuli exceſſum, & ſacratum illi diem Quirinalia, interceſſit interuallum dierum triginta trium : Expendant eruditi hos Ouidij verſus, ibunt dubio procul in noſtram ſententiam:

Lucus erat : falſaque Patres in crimine cædis :
Hæſiſſetque animis forſitan ipſa fides.
Sed procul è longa veniebat Iulius Alba:
Lunaque fulgebat : nec facis vſus erat.
Cùm ſubito motu ſepes tremuere ſiniſtrę:
Rettulit ille gradus, horruerántque comæ.
Pulcer & humano major, trabeaque decorus
Romulus in media viſus adeſſe via :
Et dixiſſe ſimul : Prohibe lugere Quirites,
Ne violent lacrymis numina noſtra ſuis.
Thura ferant : placentque nouum pia turba Quirinum,
Et patrias artes, militiamque colant.
Iuſſit : & in tenues oculis euanuit auras.
Conuocat hic Patres : iuſſaque verba refert.

Digitized by Google

Templa Deo fiunt : Collis quoque dictus ab illo
eſt :
Et referunt certi ſacra paterna dies.

Qui verò Romulum perijſſe referunt anno imperij triceſimo octauo exacto, conferunt eius exceſſum in diem viceſimum ſextum Maij Iuliani ab Orbe condito termilleſimi ducenteſimi triceſimi quinti, quo die Sol defecit, vt obſeruarunt viri eruditiſſimi : idemque dies eſt, qui appellatur Nonæ Quintileis. Viceſimus ſextus Maij Iuliani dies eſt centeſimus quadrageſimus ſextus à Kalendis Ianuariis. Annus triceſimus nonus veterum Romanorum cepit tertiodecimo Kalendas Decembreis Iulianas anni termilleſimi ducenteſimi triceſimi quarti : adde ſex primos menſes veterum Romanorum : cepit Quintilis Eidibus Maij Iuliani anni cIↄcIↄcIↄccxxxv. Quare dies decimus ſeptimus Kalendas Sextileis veterum Romanorum (erat enim hic annus ἐξαιρεσιμαῖος) cadit in diem viceſimum ſextum Maij Iuliani anni cIↄcIↄcIↄccxxxv. Eoque die exceſſit Romulus, ex illorum ſententia, Solis defectione : Iam vero quod memoria exceſſus Romuli adſcribitur Nonis Quintilibus, in cauſa eſt, quod idem eſt interuallum à Kalendis Ianuariis anni primi Iuliani, qui biſſextilis eſt, ad Nonas Quintileis, quod fuit à Kalendis Ianuariis veteris anni Romani, quo periit Romulus, ad decimum ſeptimum Kalendas Sextileis,

Mmmmm iij

nempe dies centum octoginta nouem. Digeſſit autem Faſtos Cæſar, & ad primi ſui anni formam ordinauit.

LAVS DEO OPT. MAX.

605614
BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google